EDITIONUM COLLEGII HISTORICI ACADEMIAE LIT. CRAC. N. 39.

SCRIPTORES RERUM POLONICARUM.

TOMUS XII.

Continet:

Collectaneorum ex Archivo Collegii hist. Crac.

TOMUM IV.

CRACOVIAE,
SUMPTIBUS ACAD. LIT. CRACOV.

Typis Lad. L. Anczyc et Sociorum.
1888.

Biblioteka
Śląskiego

WYDAWNICTWA KOMISYI HIST. AKAD. UMIEJĘTNOŚCI W KKRAKOWIE N. 39.

ARCHIWUM KOMISYI HISTORYCZNEJ.

TOM CZWARTY.

Treść: Przyczynki źródłowe do ostatnich lat panowania Ottokara II. podał Bolesław Ulanowski, str. 1. — Sprawozdanie z poszukiwań w archiwach i bibliotekach rzymskich szczególniej w archiwum watykańskiem. O materyjałach do dziejów polskich w XVI i XVII wieku, przez Dra Bronisława Dembińskiego, str. 43. — Dokumenty kujawskie. i mazowieckie przeważnie z XIII wieku zebrał i wydał Bolesław Ulanowski, str. 111

KRAKÓW,
NAKŁADEM AKADEMII UMIEJĘTNOŚCI.

Z Drukarni Wł. L. Anczyca i Spółki,
pod zarządem Jana Gadowskiego.
1888.

Biblioteka
Śląskiego

5022.4
III.

X-17855
5022/III T.4.
/1888

Biblioteka Szkolna Stanisławowo

30,000

PRZYCZYNKI ŹRÓDŁOWE

do ostatnich lat panowania Ottokara II.

podał Bolesław Ulanowski.

Przeważna część dokumentów i listów odnoszących się do dziejów króla czeskiego Ottokara II. przechowaną nam została przez współczesne formularze kancelaryjne. Jeden z takich zbiorów formuł znajduje się w odpisie z XV wieku [1]) w bibliotece Uniwersyteckiej w Krakowie. Wspominałem o nim już dwukrotnie w rozprawach po niemiecku pisanych, [2]) ogłaszając 8 z zawartych w nim a dotychczas nieznanych aktów. Obecnie podaję dalszą wiązankę również z tego zbioru zaczerpniętych dokumentów, z których kilka ma nawet dla współczesnych dziejów polskich pewne znaczenie. Są to akty odnoszące się do ostatniej walki Ottokara z cesarzem Rudolfem, w której brały udział i posiłki z Polski nadesłane. Drukując te dokumenty podaję niezbędne objaśnienia historyczne i staram się wprowadzić je w związek ze znanym już zkądinąd materyałem źródłowym.

[1]) W katalogu Dr. Wisłockiego rękopism ten oznaczony jest liczbą 439.

[2]) W pomieszczonej w XVI Tomie „Zeitschrift des Vereins für Schles. Gesch." rozprawie „Über die Datirung der auf Heinrich IV von Breslau bezüglichen Urkunden im Formelbuche des Heinricus Italicus" ogłosiliśmy z rękopismu Krakowskiego jeden list; wydrukowana zaś w 3cim zeszycie VI Tomu „Mittheilungen des Instituts für Oester. Geschichtsforsch." rozprawa „Neues urkundliches Material zur Gesch. Ottokar II von Böhmen" zawiera z tego rękopismu aktów 7.

1. *(an.?) fol. 214⁰ No. 7.)*

Inducitur episcopus, ut quod pluries promiserat, adimpleret.

Claritate morum eximia rutillanti domino B. venerabili Olomucensi Episcopo. . . . [a] de Sicilia se ipsum et suis peticionibus aures patulas exhibere. Expectacionis prolixe dilacio longicedii nutritiua, que optate rei procrastinant exitum, expectantis consueuit animum cruciare. Ecce iam benignissime pater et domine quasi ex quadam violencia tacituri labii seram reserat, diucius indulgentem silencio linguam soluit et prestolantis incitat animum, ut preces incalcet precibus et benignitatis vestre graciam iterum debeat implorare. Arguet in me forsitan viri prudentis discrecio temerarie procacitatis inepcias, dum abiecte mirice humilitas proceram cedri celsitudinem ad se non titubat flectere, dum Olomucensis Episcopi fastigium depressi exulis instancia in suum aduocare presidium non formidat. Agnosco quidem, quod et equitatis excedit limitem et nimis irracionabiliter abutitur racione, qui querit inter dispares obsequii paritatem, sed quia non videtur iniurius, qui consuetudinario iure certat, cum hoc longeui usus auctoritas habeat, ut infima positiui deieccio ad suos profectus suamque promocionem superlatiue asciscat auxilium summitatis, in me reprehensionis non poterunt infligi aliquatenus infectiue. Si enim antique reuoluantur historie, si reuerenda canicies in testimonium adducatur, invenietur utique, quod ille, Mecenas egregius regalis prosapie stegmate denuatus aput Iulium Cesarem orbis orbite domitorem, qui suis deiectus erat possessionibus et humilitate plebeye condicionis abiectus fauorabiliter promouit Vergilium Memo reclamante; et Oracio, quem seruilis vilitas demitebat, ut in imperialem veniret noticiam, auxiliariis suffragium dextre porrexit. Invenietur eciam, quod Cassidorus eloquencie purpuratus stematibus et alte renitens fascibus dignitatis Theodorici Regis in tempore, cum iam translatum esset in Greciam imperium Romanorum, multos ad ipsorum preces exemit de pulvere et insignivit presignibus dignitatum, si autem ad etatis moderne tempora nostre mentis aciem convertemus, inveniemus equidem, quod magistrum Petrum de Vinea exilibus parentibus editum et fama reconditum sub obscura ad ipsius Petri postulacionem Panormitanus [b] archiepiscopus aput Imperatorem promoverit Fridericum eumque splendore clari nominis titularit, necnon et quod dominus papa Clemens istius summi pontificis predecessor Robertum de Baro virum denique non magne sciencie falleris decoratum in tantum aput Karolum regni Sicilie perfidum inuasorem, cesarei sititorem sanguinis omniumque Regum temerarium contemptorem, suis laudibus promouerit, ut eum tocius regni Sicilie cancellarium ordinaret. Nec mirum, quia nisi minor erigitur, nil magnificencie erigentis derogatur, nec sentit in aliquo detrimentum nobilitatis, si res subleuat humiles et attritas, ymo in hoc precipue clemens mansuetudo et mansueta clementia, nobile scil. decus nobilium denotatur, cum de sue altitudinis loco descendens aliquantulum respicere non dignatur, qui prelacionis apice antefertur, et prebere manum iacentibus, ut ualeant exaltari. Quare pro deo pater piissime ad effectum rogo uelitis producere, que michi tantum vestri gratia non meorum exigencia meritorum multociens promisistis, nec in pretorio vestre mentis aliquorum admittatur excepcio, qui me promoto credunt dimoueri, qui eciam et alienigenas, nolo enim [c] ignotos dicere, promouerunt,

---

a) Luka. b) Pannonitanus. c) cum. Cod.

qui nedum pociores, sed pares in sciencia nequeunt tolerare, quoniam illis dictis fidem adhibere non debet prudencie circumspeccio, que de zelo liuentis inuidie profluunt et animo procedunt discretiuo.

Podobnej treści formułę wydrukował Dolliner [1]) a za nim Emler. [2]) Formuła ta znajduje się również w rękopiśmie Krakowskim na karcie 225⁰ ale prócz niej, także ta, którę obecnie podajemy. Stanowiska adresata, jakoteż piszącego, którym był protonotaryusz królewski „Henricus de Isernia", nadają naszemu aktowi pewne historyczne znaczenie.

2. *[Koniec r. 1272 lub początek r. 1273] fol. 232. No. 171.*

Inducit dominus rex ducem Brabancie, quod prestet sibi auxilium contra inimicos suos, regracians sibi, quod ordinare intendebat, ut[a] *filie domini Regis cum filiis Regis Francie matrimonialiter iungerentur, hoc*[b] *arbitrio eius permittens etc.*

Quod unio sanguinis confibulat et sincere insuper dileccionis stringit glutinium et annectit, quelibet debent reputare communia ita, ut quidquid unius honori fauore fortune prosperantis acreuerit, totum hoc cedat decori alterius et ea, que casus emergentis infligit asperitas, equali sortiantur participio, mutuis auxiliis se inuicem adiuvantes. Quare cum nos alterutrum ex generis prosapya, in qua nobis vestra nititur magnificentia complacere, intime caritatis brachys amplexemur et statu ac preterea quadam pura beniuolencia cariores amoris vicissitudine relatiui assistere debemus alterutrum et in necessariis presidiis sufulcari. Unde cum nos ad deprimendos conatus *quorundam principum,* qui zelo emulacionis inique succensi nostre derogauerunt et derogant culmini maiestatis, quorum eciam machinacionibus fuit *mors nostri consanguinei* nequiter procurata, vigentes erexerimus animos et nostrum firmiter erexum[c] conuertentes propositum, ipsos inuadere potencialiter intendamus, rogamus vos, quatinus nobis subministratorii auxilii suffragiis assistatis, ut taliter nostrorum detractorum conteratur proteruia potencie nostre maleo, quod amplius adicere nequeant, ut resurgant. Gratiarum vobis preterea refferimus uberrimas acciones, quod nos Regi Francie nexu cupitis iungere parentele, nam gratum gerit vestra Serenitas et acceptum; et cum filium et filias per dei graciam hebeamus, libenter volumus, ut cum eiusdem regis filiis nostri contrahant liberi connubialis federis per complexum, prout vobis videbitur competens et vestra prouidencia ordinabit.

Adresatem jest książe Brabancki Jan I, który doszedłszy w r. 1268 do pełnoletności, panował aż do r. 1294. O stosun-

a) nec. Cod.; b) hic. Cod.; c) erexi. Cod.

[1]) Codex Epist. Ottocari II p. 15.
[2]) Regesta Bohemiae II No. 2610.

kach jego z Ottokarem świadczy dokument pokoju zawartego 3 Lipca 1271 [1]) między Czechami i Węgrami, w którym jako stronnik czeski wymieniony jest między innymi i książe Brabancki.

Powodu do napisania przytoczonego listu dostarczyły Ottokarowi wypadki na Węgrzech a mianowicie morderstwo, którego dokonał na Beli, bracie królowej czeskiej, Henryk z Güssing. Jak się dowiadujemy z „Continuatio Vindobonensis“ (Mon. Ger. Hist. SS. IX. 704—705) podjął Ottokar w r. 1273 wyprawę przeciwko Węgrom, i na tę to właśnie wyprawę stara się król o posiłki u dawniejszego swego sprzymierzeńca Jana, księcia Brabanckiego.

Z listu naszego dowiadujemy się w dalszym ciągu o rokowaniach prowadzonych w celu zbliżenia Ottokara do dworu francuskiego. Pośrednictwo w tych układach przypadło w udziale księciu brabanckiemu, szwagrowi Filipa III. Wprawdzie było potomstwo Ottokara, t. j. Wacław, Kunegunda i Agnieszka, w bardzo jeszcze podówczas młodym wieku, ale okoliczność ta wobec przyjętego zwyczaju łączenia związkami małżeńskiemi i dzieci, na zawadzie stać nie mogła. Nie można wątpić, że królowi czeskiemu był podobny projekt bardzo na rękę. Sądzimy jednak, że nie od niego wyszła w tej mierze inicyatywa, lecz od Jana Brabanckiego. Dlaczego pomyślny skutek nie uwieńczył zabiegów sprzymierzeńca Ottokarowego, nie trudno wyrozumieć, gdy się zważy, że jednym z najbardziej dla króla czeskiego wrogo usposobionych książąt był stryj Filipa, Karol Neapolitański. Na podobnym akcie jak ten, na którym Ottokar mienił swym sprzymierzeńcem Jana, liczy Stefan Węgierski do swoich — królów, Filipa Francuskiego i Karola Neapolitańskiego. Łatwo pojąć, że Karol obawiał się bardzo wzrostu potęgi czeskiej, bo z nią razem szły w parze starania się Ottokara o tron cesarski, a w dalszej linii rewindykacya Włoch i wyparcie panowania francuskiego z Neapolu. Wpływ Karola przeważył na dworze Filipa. Związki małżeńskie między Przemyślidami a domem Andegaweńskim nie przyszły do skutku, a jedynym dowodem, że czas pewien noszono się z podobnymi planami, jest list Ottokara do księcia Brabanckiego.

Jeżeliśmy przypisali Karolowi główną rolę w zerwaniu zawiązanych przez Jana I rokowań, to trzeba przytem zauważyć, że upatrzona do zbliżenia się z dworem francuskim

[1]) Emler Reg. Boh. p. 3oo.

chwila nie była zbyt szczęśliwie wybraną. W przededniu wojny z Węgrami, mowy być nie mogło o pozyskaniu sympatyi Andegaweńskich; czy w tym jednak zawinił Ottokar, czy książe Brabancki rozstrzygnąć się nie da W każdym razie sama myśl szukania sprzymierzeńców nad Sekwaną była polityczną i położeniu odpowiednią. Młodziutki Wacław, z francuską ożeniony księżniczką, nie byłby zapewne odbierał tak bardzo po ojcu uszczuplonego dziedzictwa.

3. *[przed r. 1273]. Fol. 226⁰ No. 129.*

Sequitur ad laudem domini Regis.

Que iacuistis hucusque confuse
Presseque satis iam dulcescentem Sycylides muse
Lyram tendatis et Helyconis liquore perfuse
Noua conaris (s) grati successus, quia cepit aurora
Nunc arridere, solis aduentum promittens in hora,
Qua revidere ac videre loca queatis, quibus estis excluse.

Dulcis armonie sono condita fundite mela
Metra Rethorice matris polita sunt suadela,
Linquite litus, ventis erudita tradite vela.
Noviter alcius vi racionis est navigandum,
Cum de presignis virtute leonis sit decantandum
Quo tremunt hostes et iacent atrita humana tela.

Hic quidem tante magnanimitatis pollet vigore.
Ut res insignes et strenuitatis mentis agrediatur ardore
Et parcat prostratis Regum de more;
Nec ceruices prosternit elatas
Mole suarum virium gasas effundit paratas
Instar aquarum, sed fidelis Regine maiestatis fouet fauore

Hic est, quem fallax ut fulmen veretur *gens Hungarorum*
Quo solo carnifex ille terretur *dux Apulorum*
Et hic est precelsus, quem mundus fatetur, *rex Boemorum*,
Dominum verum, quem fasces honoris
Imperialis expectant et expectent, ut sue loris
Potencialis virtutis illa superba dometur *faux Ytalorum.*

Hic rex tarpeye potencie statum redintegrabit
Hic dyadema, quod iacet prostratum, Rex releuabit.
Hic illum orbis terre principatum Rex thesaurabit
Huc priuilegio, ut monarchis cunctis elatus;
Neque deinceps thronus Romanie sic nominatus
Si sors iniqua presagio natum non obuiabit.

Poetycki ten utwór znajduje się w rękopismie Krakowskim w postaci zwykłej formuły, a więc bez żadnych znaków pojedyńcze oddzielających strofki. Autorem jego jest oczywiście „Henricus de Isernia“ protonotaryusz królewski, który sztukę rymotwórczą przywiózł z włoskiej swojej ojczyzny do Pragi. Bohaterem naszego wiersza jest Ottokar, a chwilę w której podobny utwór mógł być na czasie upatrujemy w pierwszych dniach, po dojściu do Czech wiadomości o śmierci króla Ryszarda. Autor wiersza wyraźnie mówi o wielkiem zadaniu, jakie przypadnie Ottokarowi w udziale po uzyskaniu przezeń korony cesarskiej, i z naciskiem wspomina o niezbędnem przezeń utwierdzeniu dawnej władzy Ottonów i Fryderyków we Włoszech. — Zachodzi pytanie, jaką mamy przypisać doniosłość źródłową utworowi Henryka z Izernii: czy w rymowaną szatę ubrany program polityczny był istotnie Ottokara programem, czy rzeczywiście łączono na dworze Pragskim, ze śmiercią uznanego przez Czechy króla Niemieckiego, nadzieje tak daleko idące, i czy je tak śmiało wypowiadano, jak to czyni włoski przybysz? — Może to tylko pochlebstwo, może środek zjednania sobie łaski królewskiej. — Nie chcemy się wdawać w dalsze rozbieranie tej kwestyi, i poprzestajemy na odniesieniu na cześć Ottokara napisanego wiersza do połowy r. 1272.

4. *[1274] Fol. 235⁰ No. 200.*

Transmittuntur falcones duci Bauarie.

Quoniam illos, quibus sincere dileccionis glutinium nos confibulat et annectit verumque unitur nostra preeminencia in amorem, in his precipue, in quibus illustris prosapye sunt soliti iocunditate amenantis solacii feriare, ut nosmet ipsos cupimus delectari, duos falcones, qui nobis de *Polonia* fuerant destinati, satis pulchros, per latorem presencium vobis duximus transmittendos, ut cum ipsis vestra magnificencia insompnes debeat releuare curas, quibus illorum frequenter inquietantur pectora, qui in populis principantur, postquam per vos instructi ad venaciones fuerint quam inducti, quas sunt ignari.

Sokolnictwo uprawiane było w Polsce w wieku XIII ze szczególniejszem zamiłowaniem. W każdej niemal wsi znajdowali się liczni „falconarii“. których zatrudnienie stanowiła „custodia falconum, herodiorum“. Sokoły polskie cieszyły się też nie pośledniem uznaniem za granicą. Z niemniejszym zapałem oddawano się polowaniu z sokołami w Niemczech. Autorem najlepszego traktatu o wychowaniu i zaprawianiu sokołów jest cesarz Nie-

miecki, Fryderyk II. (de arte venandi).[1]) Można się domyślać, że podarunek Ottokara chętnie został przez księcia Bawarskiego przyjętym; kiedy jednak nastąpiła ta przesyłka i przy jakiej sposobności trudno bardzo dokładnie oznaczyć Podając w nagłówku rok 1274, stawiamy tylko pewne prawdopodobieństwo mające za sobą hypotezę.

5. *[Koniec r. 1274] Fol. 236 No. 202.*

In talione Moguntino rescribitur, suis titulis pretermissis; malivolus erga ipsum affectus detegitur, benivolencia tamen sub condicione promittitur.

Quoniam suppresso pro magna parte nostri culminis titulo et pretermissis dignitatum titulis, quibus divino describimus munere vestras nobis litteras transmisistis; idcirco nos mutue recompensacionis vicissitudine titulo vestro sub taciturnitate preterito vobis nostras nimirum litteras decrevimus destinare. Quia cum sciretis plurium principatuum et terrarum dominio nostram Magnificenciam prepollere, postquam noluistis nos, prout consueuimus, ab eisdem in salutacionis limite titulari, viceuersa vos nostra Serenitas uoluit describere ab episcopalis fastigii dignitate, etsi vos eodem honore preditos minime ignoremus. Quod autem dicitis vos credere vobis derogatum fore aput nostre preeminencie Maiestatem et quod non racionabiliter nec de vero possunt contra vos detraccionis inpungi spicula, cum aduersus nos nil molliti fueritis, unde detraccio valeat se sulcire; respondemus, quod vos melius scitis, utrum apud nos vobis fuerit veraciter derogatum. De eo vero, quod asseritis, quod si respondistis super aliquo, ex quo nostra excellencia sit offensa, oportuit hoc vos facere de aliorum principum placito, aliter non sentimus, nisi quod ex odii fomite et malivolencie typo, quo vos zelare videmini operis per affectum in vestrum preiudicium perperam respondistis. Quia cum nobis aduersemini, cum nos persequi, ubicunque potestis, toto conamine satagatis, nullius momenti talis censetur esse responsio, quam lingua protulit inimica. Ad id demum quod dampna, que nostri causa passos vos esse astruitis, petitis restaurare taliter duximus respondendum, quod nec tesauri[2]) dampna, si que forte pro nobis sustinuistis, nec aliquid volumus vobis graditudinis impartiri, cum sitis nobis, prout apparet, euidentissime, inimicus. Sed si nobis velletis sinceris amicicie nexibus fibulari, tunc et dampnorum, si que sunt, recompensacione aliisque gratis largicionibus vos nostre liberalitatis munificencia honoraret, alias autem si obices nobis wltis existere, si nos inpedire intenditis, a nostra nil consequi poteritis maiestate, quia nolumus, nec de-

---

[1]) Porównać: Alwin Schultz „Das Höfische Leben im Mittelalter“, „głównie jednak artykuł p. Etienne Charaway w „Revue des Documents hist. I p. 70 sq. i znakomite dzieło p. Leon Gautier „La Chevalerie“ p. 177—184.

[2]) W rękopismie zamiast „tesauri“ — wypisane jest „Cesar ire“. Jest to niezawodnie tylko myłka przepisywacza, która łatwo powstać mogła z „tesauri“. Podobnych myłek niemało jużeśmy milcząco sprostowali.

ceret, ut alicui viro ex nostris vires accrescant diuiciis, qui nos pro viribus nititur denigrare.

Powodu do ciekawego i ważnego tego pisma dostarczył niezawodnie jakiś list arcybiskupa Mogunckiego, w którym zatytułowanym został Ottokar królem Czeskim z pominięciem innych mu przynależnych a przez Rudolfa Habsburskiego zakwestyonowanych tytułów. W podobny zaś sposób mógł Wernher Moguncki pisać dopiero po sejmie Norymbergskim, a więc w końcu r. 1274. Z odpowiedzią nie zbyt zapewne długo dał na siebie czekać Ottokar, a w ostatnich jej wierszach zawarta propozycya odnosić się może tylko do pierwszych chwil rywalizacyi czeskiego króla ze świeżo obranym władcą Niemieckim. O stratach i szkodach, jakie miał ponieść Wernher z powodu Ottokara, nic bliższego powiedzieć się nie da dla braku odpowiednich wiadomości źródłowych; wszelako twierdzić można z pewnością, że wymówka arcybiskupa, jakoby przeciwko Ottokarowi działał wyłącznie „de aliorum principum consilio“ nie mogło wpłynąć na polepszenie stosunków między Wernherem i królem czeskim.

6. *[przed Sierpniem 1274] Fol. 206 No. 25.*

Aquilegiensis [patriarcha] molestias domino Regi denotat cum querela.

Gloriosa dudum Aquilegiensis ecclesia, nunc vero misera proch dolor et nunc miserabilibus confecta gemitibus, afflicta pressuris et in angustiarum mortario amaritudinis pistillo concussa sic peccatis exigentibus est exposita ruine, ut filii et fideles eius filialis dileccionis obliti ruptoque fidei federe insurrexerunt inpie contra matrem ipsamque usque ad sua ipsius precordia demutarunt, ita in ecclesia et clerum non solum hostilis verum eciam domesticus mucro deseuiat, nec religioni parcatur, nec ordini, pauperes quasi sublatis desuper cruoribus exossentur, uictus uiduis et orphanis crudelissime subtrahatur, mercatoribus nullus omnino patet aditus et quod inhumanius est agricolis, preualente inpiorum nequicia, pro maxima parte datis exilio siluescant agri iam fertiles et amena dudum virgulta dumescant, clamat igitur precibus, orat lacrimis, fletu pulsat si forte sit, qui eius pungatur iniuriis, si appareat, qui consoletur eam ex omnibus caris eius, sed quia sunt dolentes referri, omnes amici eius ipsam spreuisse videntur, ymo facti filii sunt, qui est crudelius, inimici. Ecce lamentacionum suarum voces ad clemencie vestre graciam dirigit, erigit brachia, manus expandit, ut in oculis suis influentes iugiter lacrimas conpassionis lintheo detergatis, potest enim uestre magnificencie dextra ipsus reintegrare scissuras, dolores suprimere, luctum et languores diutinos sine periculo recidiue mederi. Nos quoque, qui maternas non possumus angustias non sentire, ac in eius turbacionibus non turbari, utpote qui mentem et mentium in ipsius ecclesie fidelitatem et firmam constanciam pura deuocione pro-

duximus et pro ipsius gloria parati exponere personas et bona, errare nolentes ab utero, nec reputantes nobis quidquam addetur comodum, si matris et domine nostre tam preclare, tam nobilis, tam elegans excellencia et excellens elegancia deprimatur, sencientes eam non prorsus nisi fauore vestre celsitudinis ab instantibus periculis liberari, Serenitatem regiam, quanto deuocius et humilius umquam possumus, presentibus deprecamur, quatinus attendentes, quantam et quam plenam de benignitatis vestre dulcedine gerat ecclesia predicta fiduciam utpote, que in manu vestra mentem suam consistere nouit et vitam, et a vobis precipue post deum spem sue salutis expectat, a tribulacione ipsius habentes necessarie conpassionis affectum, ad quod quidem cause plures vos merito debent inducere et specialiter leta legacio, quam vir nobilis dominus Ul[ricus] de [Hauspach] [1]) capitaneus uester in Karinthia et Carniola per venerabilem magistrum H[enricum] prepositum Werdensem [2]) nouiter nobis misit, videlicet quod vos eidem ecclesie amico conpacientes affectu parati estis ecclesiam ipsam cum fidelibus suis sub defensione vestra suscipere protegendam, remoto cuiuslibet more ac dilacionis obstaculo, quemcunque de vestris specialibus (s) magnitudo vestra elegerit ad partes istas in defensorem ecclesie predicte ac nostrum, cuius eciam ope et opera factis detur securitas, mittere festinetis. Nos enim eidem nomine nostro et viribus adherere fideliter curabimus et studio cuiuslibet promptitudinis intendemus, donec nos specialem habere contigerit dominum et pastorem. Omnes namque nos et singuli cum aliis eciam omnibus, quos ad hec inducere ac solicitare poterimus, clipeo proteccionis et defensionis vestre exaltacionum ecclesie predicte et vestri nominis ac honoris augmentum nostrumque atque ac terre Foriiulii statum prosperum nos hylariter duximus subponendos, eligentes et cupientes omnimodis per potencie vestre nomen pocius, quam per alium quemlibet defensari. Ceterum ecce virum providum et discretum magistrum Nicolaum de Lupico domini prepositi scriptorem plebanum de... plene instructum [cui] in omnibus que vobis ex parte nostra retulerit, fidem velitis plenariam adhibere.

Kilkakrotnie miał Ottokar sposobność mięszania się do zatargów pomiędzy Patriarchą Akwilejskim i hrabiami Gorycyi. W roku nawet 1267 [3]) sprawował wraz z Władysławem arcybiskupem Salzburgskim urząd rozjemczy. Ogłoszony przez nas list należy do r. 1274, a napisanym został w czasie opróżnienia stolicy patryarchalnej, zpodowanego złożeniem Filipa z piastowanej przezeń godności. Porównanie naszego listu z zamieszczonymi w Regestach Emlera pod No. 902 i 906 aktami dowodzi trafności naszego przypuszczenia a zarazem pozwala nam upatrywać w Sierpniu 1274 r. „terminum ad quem“ dla zatraconej obecnie daty wystosowanego do Ottokara ze strony kapituły Akwilejskiej pisma.

[1]) Cf. Emler Regesta Boh. II No. 908.
[2]) cf. ibidem No. 906.
[3]) Formelbuch des Henricus Italicus, Archiv für Oester. Gesch. XXIX No. XCIX, C, CI;.— także Fontes Rev. Austr. II Abth. I p. 87.

7. [1276?] Fol. 232⁰ No. 173.

Per omne demonstratiuum genus demonstratur pro hiis, quos latebat veritas, de eodem et roboratur dictu eandem personam aput illos, quibus scribitur, accusando.

Ne signantis mendacii viciata veritatis corrumpatur integritas uel taciturnitatis suffocata silencio delitescat, honestum fore dinoscitur, ut negocia, de quibus ambigitur, secundum quod acta fuerunt, personarumque condicio declarentur. Solet enim plerumque detestanda nequicia virtutum forinsecus colorari, ut multi multociens apud ignotos aprobentur ydonei, qui propter illa, que comiserunt enormia, sunt merito reprobandi. Presentis igitur tenore pagine ueritati admodum perhibentes [testimonium] vobis certo cercius duximus declarandum, quod olim Brunnensis prepositus per nostre Maiestatis munificenciam, dum eundem virum fore putaremus honestum, dum ipsum ire per fidei semitam crederemus, et nostris largicionibus et multis existit honoribus decoratus, sed ipse tamquam homo, qui ex innata malicia nouit rependere pro melle venenum, inficiende perfidie commerciis se inuoluens nostrarum graciarum ingratus terras nostras in manus hostiles procidit et non modicam secum furtiue detulit nostre pecunie quantitatem, unde quod ea, que de ipso prouidus et honestus vir uobis dixerit, in quantum nostrum tangit negocium, omnimoda veritate nitantur, [eaque] potestis credere firmiter absque dubitacionis scrupulo alicuius.

Listu tego, pochodzącego niewątpliwie od Ottokara, nie udało się nam mimo usilnych starań ani wprowadzić w związek ze znanemi nam już osobami i faktami, ani bliżej chronologicznie oznaczyć. Zaliczając go do roku 1276 czynimy przypuszczenie, które dałoby się udowodnić tylko w razie wykrycia nowych jakich dokumentów. Tak jak dotychczas znamy współczesne źródła, nie możemy nigdzie znaleść bliższych jakich wiadomości o proboszczu Berneńskim, którego zdrada tak bardzo Ottokara obeszła. Tem cenniejszym nabytkiem jest nasz list, zawierający nieznany zupełnie a na wszelką wiarę zasługujący i niepośledniej wagi szczegół.

8. [1277] Fol. 207⁰ No. 28.

Comendatur fidelis per Regem, qui Romanorum Regi per emulos de infidelitate fuerat accusatus.

Excellentissimo domino suo R. serenissimo Romanorum Regi semper augusto O. dei gracia etc. deuotam et debitam ad eius beneplacita voluntatem. In sinceritate sincere integritatis fidei et sine omni duplicitate testamur, quod Adolfus de.... nunquam contra vos uel quod in vestrum esset preiudicium procurauit aliquid vel tractauit, et secure

dicimus, quod quamqam idem nobis deuote seruiuerit, quamquam nos dilexerit puro corde et nos ipsi nostre Serenitatis lumine fauorabiliter arrisimus, pro eo, quod a tenere puerilitatis tempore ipsum educauerimus, nunqam tamen nostro scire idem adolescens quidquam excessit seu commisit in vestri culminis Maiestatem, [unde] dispendium uobis immineret, aut derogaretur in aliquo vestre celsitudinis glorie et honori. Et si forte sibi detrahitur coram vobis, hoc non ob aliud procurat detestande emulacionis nequicia, nisi quia idem adolescens videtur nos devote fidelitatis ardore zelare, quare vestram excellenciam attencius duximus exorandam, quatinus aures Regie Maiestatis ad detractiones aliquas, quibus dictum Adolfum lingwa venenata reddere conatur exosum, [non] prebeatis flexibiles, sed intuitu nostrorum precaminum ipsum habere dignemini, dequibuslibet, quibus iniquorum eum dampnare delacio sathagit, excusatum, non procedentes contra ipsum et in bonis eius eum molestari de consueta regie benignitatis mansuetudine non sinentes. In quo si nos exaudiuerit vestre preeminencie celsitudo, tanto devociorem nostram Serenitatem inveniet, quanto videbimus cercius vos detraccionis non attendere iacula, quod facere atque semper exequi eo magis Romanorum decet principem, quo per plures aput eum alieni delacio nominis fieri consueuit. Datum etc.

Jeżeli porównamy niniejszy list z innym również przez Ottokara do Rudolfa Habsburgskiego pisanym a ogłoszonym w Codex Epistolaris Dollinera p. 70 [1]), to przyjdziemy do przekonania, że jeżeli nie o tych samych osobach w obu jest mowa, to w każdym razie podobne zupełnie przyczyny wywołały obu pism wygotowanie. Ponieważ nic nie można zarzucić przeciw proponowanej przez Dollinera dacie dla wydanego przezeń *listu*, na którą zresztą zgadza się i Emler, uważaliśmy za stosowne odnieść i nasz list do tego samego czasu; co się zaś tyczy tak gorąco przez Ottokara poleconego królowi Niemieckiemu Adolfa, to może jest on identyczną osobistością z owym kapellanem królewskim Adolfem, z którym spotykamy się na kilku współczesnych aktach. (Emler Reg. No. 2539, 2540, 2796). Przypuszczenia tego stwierdzić z pewnością nie dozwala brak źródeł.

9. *[1278] Fol. 207[1] No. 30.*

[Racione inducuntur duces Polonie, ut inpendant auxilium domino regi.]

Perquirentes racionis circumspecte scrutinio gentium genera diuersarum inuenimus, quod nobis magis est conformis spaciose *Polonie* nacio, et inter uniuersas orbis prouincias nostris, quas auctore deo gubernamus, regionibus eadem cuiusdam proprietate similitudinis magis eciam est affinis; ipsa

[1]) Podobne przeznaczenie ma także na str. 77 ogłoszony list, w którym się Ottokar wstawia do Rudolfa za Henrykiem Priczlinus.

enim in lingue consonancia nobis conuenit, ipsa proxima loci contiguitate nullius intersecta distancie spacio, terris nostris coniungitur; ipsa et unione glutinatur sanguinis, et affinitatis nobis connectitur vinculo, et demum tantum inter ipsam nostramque Serenitatem reperitur conformitatis conparitas, ut suos alumpnos et nos ex eiusdem vena profluxisse scaturiginis glorietur. Ob istius itaque consideracionis aspectum, veris utique racionibus veroque prouisionis tramite procedentes, in illius transimus disposicionis habitum, et ad hoc naturalibus inducimur suasionibus ut magnificos Polonie principes, barones, milites et populos uniuersos, quos sue amplitudinis sinu conplectitur atque fouet, striccioris dilecciones prosequamur beniuolencia, ipsorum gaudeamus in prosperis, et turbemur aduersis, ipsis cupiamus esse presidio, suique honoris et glorie continuum zelemus augmentum. Ex hoc eciam consideracione magna nobis emergit fiducia, et consurgit ac prouenit spes infracta, ut vos in necessitatis articulo requirere debeamus intrepide, nobis quod letanter curetis subuenciones et auxilia exhibere. Unde cum dominus Rudolphus rex Romanorum non contentus, quod abstulit terras nostras, feruens adhuc malignandi cupidine offendendi nos amplius siti estuet pociori, cumque nos ad resistendum sibi viriliter desidiosum hucusque nunc erexerimus, animum, velimusque suis occurrere, potencia nostre manus obice, contumeliosis insultibus et pressuris, dilecciones vestram attencius duximus exorandam, quatinus nobis in auxilium venire dignemini cum strenua, sicut vestram decet excellenciam, armatorum militum comitiua ita, quod *in festo Penthecosten nunc venturo sitis in ciuitate nostra Opauie,* constituti, ubi per solemnes nuncios nostros vos et vestros decenter faciemus recipi eo tempore, et honorifice conduci ad nostre presenciam Maiestatis. Sed ad huiusmodi quidem nobis impendendum subsidium non solum prefata vos debet inducere racio, verum eciam cause alterius efficax argumentum, quia si, quod absit, nos contigeret prefati Regis oppresione pessundari, insaciabiles Theutonicorum hiatus se liberius expanderent, et manus improbas facilius usque in ipsam prouinciam extenderent ipsorum noxii appetitus. Sumus enim vobis et terris vestris quasi firmum secure tuicionis preurbium, quodsi forte ante seuientis indignacionis faciem non posset, quod deus auertat, resistere, intelligere potestis, uobis et vestris subditis magna tunc pericula imminere, quia procax habendi fames contenta non esset nos tantum sibi subicere, sed bona vestra diriperet, et in vos insuper intellerabilibus angustiarum grauaminibus inseuiret. O quantis affliccionibus exosa Theutonicis vestre tunc opprimeretur nacionis numerositas, o quam dire seruitutis iugo libera submitteretur *Polonia*, o quanta sub clade fatisceret tunc uniuersitas vestre gentis, certe in promptu satis est aduertere magisque vos potestis preconicere, quam deceat nos referre. Quapropter intendite in adiutorium nostrum, intendite, et ad propulsandum longius distantis adhuc flamme incendium opem et operam efficaciter exhibete, attendentes consulcius fore obstare principiis, quam postquam ignis vorago nimis invaluerit, iam resistenciam non timentis, et quod is, qui vicinam domum, ne comburatur, defenderit, tuetur propriam mansionem. Ad hec nuper nostra serenitas intellexit, quod dictus rex Rudolphus suis suasoriis legacionibus vos non solum a nostra quesierit amicicia et ab inpensione iuuaminis remouere, verum eciam inter nos dissidentis tyranie lolium seminare. Qua de causa, cum, si bene velitis attendere, hoc ad honorem vobis non accederet, sed pocius ad iacturam, affectuose deposcimus, quatinus ipsius suggestionibus aures nolitis patulas adhibere, quin ymo nostrum, qui de vestre sumus gentis genere, in auxilium accingamini hilariter ac potenter, deliberacione aduertentes prouida, quod si vestrum

inueritis, vos iuuatis, et utique, si nobis prebebitis auxiliaris dextre subsidium, nos aduersus aduersarios vestros nostrarum exponemus potenciam virium, et vobis potencialiter assistemus, siue iidem aduersarii vestri christiani fuerint vel pagani. *Preter hec, quidquid talis super hiis vobis pro parte nostra retulerit, credatis dubietate qualibet proculmata. Datum Prage etc.*

Proklamacyę tę króla Czeskiego, do Polskich wystosowaną książąt, ogłosił po raz pierwszy Dolliner [1]), a po nim Stenzel [2]) i Emler [3]). Wszyscy ci trzej historycy korzystali z rękopismu Wiedeńskiego, który chociaż zazwyczaj na pierwszeństwo wobec Krakowskiego zasługuje, w tym wszakże wypadku dostarczył o wiele gorszego textu; zwłaszcza z powodu opuszczenia dwóch nader ważnych ustępów, wyróżnionych przez nas w texcie za pomocą kursywy. Okoliczność ta upoważniła nas do ponownego ogłoszenia tego aktu, który właściwie, dopiero obecnie, w zupełniejszem pojawia się brzmieniu.

Niemieccy wydawcy Ottokarowego listu, żadnego nie wyrazili powątpiewania co do jego autentyczności, dopiero pierwszy pan Grünhagen [4]) uważał za stosowne wydrukować w swych Regestach streszczenie naszego aktu mniejszemi czcionkami, co już zewnętrznie miało okazać, iż w oczach sląskiego krytyka okólnik Ottokara łaski nie znalazł. Uczony historyk sądzi, że śmiesznem by prostu było ze strony króla czeskiego w podobny odzywać się sposób do książąt, na których czele stał Henryk IV Wrocławski, zaszczytne między Minnesingerami Niemieckimi zajmujący miejsce. Pan Grünhagen uważa omawiany dokument za stylistyczną próbę spisaną w w XIV przez jakiegoś czeskiego notarjusza; a jak twardo stoi przy swem zdaniu, dowodzi okoliczność, iż w świeżo wydanej przez siebie Historyi Sląska [5]) silnie obstaje przy poprzednio wyrażonym sądzie.

Zapatrywanie historyka Wrocławskiego nie zyskało uznania u badaczów niemieckich. Odrzuca je sumienny Busson [6]), odrzuca je najnowszy całość dziejów austryackich przedstawiający historyk Huber [7]), — a nie mniej stanowczo występuje przeciw opinii p. Grünhagena Teodor Löschke w rozprawie drukowanej w XX Tomie Czasopisma historycznego Sląskiego [8]). Pan Löschke bardzo słusznie podnosi, że cały układ listu Ottokara, jakoteż

[1]) Codex Epist. Ottocari II p. 93.
[2]) Script. Rer. Siles. II p. 479.
[3]) Regesta Bohemiae. II No. 1106.
[4]) Cod. Dipl. Sil. VII. 2. p. 257—238.
[5]) Gesch. Schles. I p. 36 Uwaga 15.
[6]) W Rozprawie „Schlacht bei Dürnkrut" pomieszczonej w LXII Tomie Archiv für Oesterr. Gesch. p. 16 uwaga 4.
[7]) Gesch. Oesterreichs. I p. 608 uwaga 2.
[8]) Die Politik König Ottokars II gegenüber Schlesien und Polen namentlich in den letzten Jahren seiner Regierung; p. 97—120.

dobór użytych w nim wyrazów wskazuje przekonywająco na autorstwo Henryka z Izernii, nie sądzi też p. Löschke aby treść naszej odezwy była w sprzeczności ze stanowiskiem Czech do Polski, lub wyrażała uczucia i poruszała względy nie mogące znaleść na Slązku odpowiedniego oddźwięku. Zasługa p. Löschke tem jest większą, że znaną mu jest proklamacya Ottokara tylko w owej obciętej formie, w jakiej znajduje się w wydaniach Dollinera i Stenzla. Sądzę, że nawet i p. Grünhagen wróciłby do bardziej trzeźwego sądu, gdyby przed jego sformułowaniem, znał był text dostarczony przez rękopism Krakowski. Niektórzy historycy niemieccy starają się rozpowszechnić zdanie, że w wieku XIII odbywała się germanizacya na Sląsku i w Czechach bez żadnego oporu ze strony ludności; czytając ich możnaby nawet sądzić, że brakło wówczas jakiegokolwiek poczucia grożącego z zachodu niebezpieczeństwa. Nie chcemy twierdzić, aby już przed laty 600 zarysowywało się przeciwieństwo plemienne, na wzór stosunków dzisiejszych, ale równocześnie przypominamy, że klasy oświeceńsze, duchowieństwo zwłaszcza, nie było tak nieczułe, jakby się to mogło zdawać, na niezwykłą natarczywość, z jaką odbywała się immigracya niemiecka.

Przytoczymy tu słowa arcybiskupa Gnieznieńskiego Jakuba [1]) skierowane do 2 członków kardynalskiego kollegium, słowa bardzo jaskrawo malujące zniechęcenie, germańskiego żywiołu:

„Nunc vero subintrante gente *Theutonica* et iam per multa loca *Poloniam* occupante non tantum vestre Sanctitati, verum eciam et nobis graue dispendium in nostris iuribus prouenit atque dampnum.... Nobis vero per eiusdem gentis Theutonice ingressum ecclesiastica libertas et iura nostra adimuntur, deuote per Polonas primitus obseruata, ymmo quedam penitus denegantur, sicut in solucione decimarum patet liquido, quas quidam eorum omnia non soluunt, quidam vero non iure consueta, sed iuxta primam conseutudinem gentis sue. Sed et alia mala per eiusdem gentis ingressum multiplicata sunt in terra, dum gens Polonica per eos opprimitur, despicitur, guerris concutitur, iuribus et consuetudinibus patrie laudabilibus priuatur, noctis intempeste silencio in propriis commodis capitur, et quod hiis est deterius, ecclesiarum emunitas violatur et ecclesiastica censura per eosdem contempnitur et paruipenditur omnino".

Podobne zapatrywania znajdowały swój wyraz i w Czechach, wywołane tam przez ucisk, jakiego krajowi Minoryci doznawali od niemieckich przybyszów [2]). Drobne te i na razie wcale nie

[1]) Stenzel. Bisth. Urk. von Breslau p. 154; list z 24 Marca 1285 r.

[2]) Patrz listy w Palackyego Formelbücher p. 287, 288 No. 54, 55; także Emler Reg. No. 2504, 2506.

groźne starcia przyczyniły się zwolna do wyrobienia nienawiści plemiennej, przyczem wina nie po polskiej ani po czeskiej leżała stronie.

Byłoby to zapoznawać całkowicie Ottokara, gdybyśmy chcieli widzieć w nim zgermanizowanego władzcę. Potęga jego i stanowisko w Europie kazały mu przyswajać sobie wszystkie cywilizacyi zachodniej owoce, kazały mu uczynić z Pragi stolicę z zakrojem wielkoświatowym. Panując nad kilkujęzycznym narodem musiał i sam utrzymywać się stale na roli, za którą tak dzielnie się dobijał. Licząc kilka milionów Niemców jako swych poddanych, a nie chcąc ich za podbitych lub uciemiężonych uważać, starał się uchodzić w obec nich nie za barbarzyńskiego jakiegoś księcia, lecz za władzcę nie ustępującego co do poloru i ogłady zewnętrznej ani niemieckim ani innym zachodnim książętom. Ztąd owo zamiłowanie do form i zwyczajów rycerskich, ztąd dokładne obeznanie się z językiem i zwyczajami najbliższych sąsiadów. Tylko mierne zdolności i liche charaktery ulegają do tego stopnia zewnętrznym formalnej natury wpływom, aby z nowym sposobem życie, z nowej przywdzianiem szaty, postradać dawne tradycye, wyrzec się najdroższego skarbu, własnej narodowości. Takiego zarzutu nie mamy prawa uczynić Ottokarowi mimo wielu jego błędów i poświęcania interesów słowiańskich dla widoków osobistych. — Pilna uwaga, z jaką zawsze się zwracał ku Polsce, troskliwość, z jaką starał się o zawiązanie bliskich stosunków z książętami Śląskimi i Bolesławem Wstydliwym, wskazują wyraźnie, że sławy i znaczenia szukał wprawdzie Ottokar na zachodzie, ale to tem śmielej, że czuł za sobą ku wschodowi i północy szerokie krainy pobratymczym zamieszkane ludem, u którego wiedział, że w nieszczęściu wiernego znajdzie sprzymierzeńca.

Zaraz w pierwszych chwilach zatargów z Rudolfem zawiera Ottokar z księciem Krakowskim zaczepno-odporne przymierze [1]), a pamiętać należy, że zawsze, bądź co bądź, miał władający Krakowem książe pewną moralną wśród innych Piastów powagę, która w danej chwili stanowiła dla króla Czeskiego niejako rękojmię powszechnej wszystkich dzielnic polskich z Czechami łączności.

Oczyszczając Ottokara, nie będziemy surowsi dla Henryka IV Wrocławskiego. Wprawdzie w tym przypadku opinie polityczne młodego księcia, którego p. Grünhagen czyni niejako wszystkich innych śląskich książąt przedstawicielem, o tyle mniejszą dla nas mają wagę, że Ottokar nie do śląskich wy-

[1]) Formelbuch d. Heinricus Ital. No. XXXVI, XXXVII; Emler Reg. 2285, 2288.

łącznie, lecz do wszystkich polskich książąt się zwraca; ale byłoby to błędem historycznym niemałej wagi sądzić o Henryku w sposób, w jaki to czyni historyk urzędowy śląski. Henryk był wychowańcem Władysława Salzburgskiego, zawdzięczał też wiele pobytowi swemu w Pradze i bliskim stosunkom z dworem czeskim, był on Ottokarem na małą skalę z mniejszą przedsiębierczością, a z mniejszą przedewszystkiem potęgą. Lecz był on Słowianinem nie gorszym od innych współczesnych Piastów. Czyniąc mu zarzut, — z niemieckiej strony będzie to pochwałą, — że wspierał kolonizacyę niemiecką, pamiętać należy, że naśladował w tem wszystkich innych książąt polskich, uważających kolonizacyę jako skuteczny środek ekonomiczny do zwiększenia w krótkim czasie materyalnych zasobów kraju. Gdy mu wytkniemy, że pojął w małżeństwo margrabiankę brandenburgską, to chyba wypadnie rozciągnąć tę naganę i na Przemysława, który w tym samem gnieździe książęcem upatrzył sobie trzecią małżonkę.

Lecz choćby i bardzo Henryk zgrzeszył, jako krańcowy słowiański książe, to winę jego i odpowiedzialność zmniejszają zarządzenia polityczne uczynione przezeń w pamiętnym akcie ostatniej woli, w którym jako dziedzic Krakowa figuruje Przemysław. Zniemczały książe pewnieby nie wybierał głównego obrońcę Polskości i przyszłego wskrzesiciela idei monarchii piastowskiej na dziedzica swego i rozpoczętej polityki kontynuatora.

Dla nas więc, tak jak dla pana Löschke, nigdy nie była proklamacya Ottokara, aktem podejrzanym. W dzisiejszej swej postaci, którą przyoblekła dzięki rękopismowi Krakowskiemu, byłyby dalsze wątpliwości zupełnie już nie na miejscu.

Lecz w rękopiśmie Krakowskim nietylko zyskujemy bezwzględny dowód na autentyczność listu Ottokara, ale znajdujemy dwa dotychczas nieznane ustępy, wielkiej bardzo doniosłości. Pierwszy zaświadcza nam, że punkt zborny dla posiłków polskich naznaczony był w Opawie, dokąd ściągnąć miały na dzień 5 Czerwca; drugi wskazuje, że odezwę czeską zawiozło do Polski osobne poselstwo mające za zadanie upewnić się co do pomocy książąt polskich.

Jak wiadomo domyślał się Dolliner, że brakującą w służącym mu do wydania rękopiśmie datę, należałoby uzupełnić na podstawie współczesnego rocznika[1]), w którym czytamy: „Anno domini 1278 5 kal. Iulii rex Ottokarus profectus est ad expeditionem contra R. electum versus Morauiam reseditque in Brunna expectando duces Polonia et militiam ipsorum, nobiles

[1]) Continuatio Canonicor. Prag. — Mon. Ger. Hist. SS. IX p. 192.

Bohemie atque Morauie, quorum auxilio sperabat se victoriam obtinere."

Na podstawie tej zapiski sądzono że Berno na punkt zborny a dzień 27 Czerwca na dzień zebrania się wszystkich sił zbrojnych Ottokara, zostały przeznaczone.

Z rękopismu Krakowskiego dowiedzieliśmy się, że ani jedno ani drugie przypuszczenie z rzeczywistością się nie zgadza, bo posiłki polskie miały przybyć do Opawy i to już 5 Czerwca; o znaczeniu tej historycznej daty pomówimy raz jeszcze, w związku z innymi aktami, które obecnie podajemy.

10. *[Początek r. 1278] Fol. 207 No. 27.*

Animatur fidelis per Regem et, ut ad expedicionem supra Regem Romanorum se preparet, postulatur.

Cum dominus Rudolphus Romanorum Rex variis violenciis et pressuris nos exacerbauerit adeo, ut et si vellemus, tamen non possumus ultra pati, excitati sumus nouiter, velud hactenus dormientes, et festinas urgere manus ad opprimendum nostras et nostrorum pressuras, ad obuiandum iniuriis, quibus idem Rex nos non desistit lacessere, nec inhereri affectu volumus, nec insegniter disposuimus. Quapropter quia legalitatis tue sinceritas in conspectu maiestatis nostre tante devocionis conspicua placiditate refulget, ut plenam nobis fiduciam prebeat, quod absque dubietatis hesitacione cuiuslibet industrie tue auxilium requiramus, affectuose deposcimus, quatinus nobis adhereri studeas et nostris beneplacitis te pergrati exhibicione obsequii coaptaris opponendo te prefato Regi et aliis nobis contra eundem suffragiis fideliter assistendo, sciens, ambiguitate qualibet proculmota, quod si nostris te devovebis et ascribes obsequiis, si firmiter in nos devocionis direxeris tua vota, si per signa, et manifesta et probabilia, te nostrum patefeceris fidelem et aduersarium dicti Regis, te tuosque filios et totius posteritatis tue prosapiam perpetuis premiorum retribucionibus et amplis largicionum nostrarum muneribus attollemus, atque de nostra mente funditus odii cuiuslibet rancore secluso te, speciali fauore nisum nostre gracie, fouebimus, prosequemur benignitatis dulcedine et continuis magnificabimus incrementis. Datum Prage etc.

Okólnik ten był niezawodnie skierowany do rycerstwa Austryackiego i Styryjskiego; na przypuszczenie to naprowadzają przedewszystkiem słowa: „de nostra mente funditus odii cuiuslibet rancore secluso". Treść tego aktu zdaje się stanowczo upoważniać do odniesienia go do pierwszych miesięcy roku 1278.

Zamieszczamy jeszcze kilka aktów, które odnoszą się wszystkie do roku 1278 i illustrują przygotowania Ottokara do

ostatniej jego walki z Rudolfem. Kilka z tych aktów zasługuje na szczególniejszą uwagę z powodu zawartych w nich chronologicznych oznaczeń.

11. *[1278] Fol. 208 No. 31.*

Insinuacionis veridice declaracione percepimus, quod multa incommoda multasque molestias occasione nostri protuleris, nec adhuc molestatoris manus ob eandem causam desinit agitare. Nos autem in singulis tuis aduersitatibus conpassivum gerentes animum, sic tibi, pro certo noueris, condolemus, ut eisdem afficiamur incomodis, et una tecum easdem molestias quodammodo paciamur. Et quoniam non dubitamus de tue deuocionis, quam ad nos geris, sinceritate, quin prout facta nostro culmini certa fides, nostri zelas honoris augmentum et libenti videres animo felicibus nos gratisque successibus prosperari, notum tibi facimus per presentes, quod terras illas, quas numerose perdidimus, dante deo, prout speramus, rehabebimus infra breuis temporis spacium, et cite uniuersis nostris honoribus pociemur. Quapropter fidei tue, quam ad nos habes, ardorem petimus attendas feruencius ipsamque per effectum operum manifestes, pateat clarius tue legalitatis constancia et deuocio prodeat in apertum, te nostrum fore fidelem signis ostendas patentibus, et educ forinsecus fidelitatis tue puritatem, que hactenus in pectore latitauit et nobis actualiter adhereas, qui hucusque mentaliter adhesisti; sciens ambiguitate qualibet proculmota, quod te, filios tuos et tocius successure progeniei lineam generosius prosequemur fauoribus, et si nostris per opera patencia te ascribas et deuoueas obsequiis, et honorem nostrum studueris pro uiribus promouere, te ac tuos amplis munificencie largicionibus curabimus premiare, ut gaudere possis perpetuo nostre magnificencie fideliter adhesisse. Ceterum per dilectum nobis... talem quandam tibi mittimus pecunie quantitatem, ut illum, quo te prosequimur, cognoscas affectum, volentes nichilomimus succedentibus temporibus tibi multo maioribus liberalitatis nostre muneribus arridere et taliter promocionibus tuis intendere, ut incrementis semper continuis seruiendo nobis et assistendo fideliter augearis. Nolumus enim, quam nunc transmittimus, contentus sis pecunia, sed tibi, si nobis patenter constiteris, nostre largitatis dextram sic volumus aperire, ut gracie nostre ubertate profusus redundes influencia facultatum.

12. *[1278] Fol. 208[1] No. 32.*

Insinuacionis veridice (et infra usque ad illum locum: «quoddammodo paciamur» — postquam adde sicut:) et quoniam, prout nobis facta est non minus certa fides, quam placida, quod ad nos geris sincere deuocionis affectum, scias absque dubio, quod proinde gratis [te] beniuolencie nostre brachiis amplexamur tuisque profectibus taliter intendemus, et perpetuo gaudere te valeas nostris beneplacitis coaptasse. Quidquid preterea super huiusmodi... dilectus nobis tibi proculminus nostri parte retulerit, indubitanter credatis, ac si nos personaliter loqueremus.

13. *[1278] Fol. 208[1] No. 33.*

O ZAŁOŻENIU I UPOSAZENIU STRZELNIENSKIEGO KLASZTORU.

Zaraz na wstępie uważam za stosowne podnieść, że prawdziwie znakomite opracowanie dziejów Norbertańskich klasztorów w Polsce posiadamy w ogłoszonem przed 2 laty dziele księdza Knapińskiego. Uczony autor nie rozporządzał jednak dostatecznym materyałem, dlatego też nawet po tem, co o Strzelnie nieraz z wielką bystrością powiedział, musimy uskutecznioną w części przez niego pracę na nowo podjąć.

Ogłoszony przez nas zasób dokumentów Strzelnieńskich bynajmniej nie reprezentuje całego odnośnego materyjału, który niegdyś przed 6-ma wiekami znajdował się w archiwum tamtejszem. Nie mogąc ocenić, ile nam właściwie brakuje obecnie dokumentów, wolno nam przypuszczać, że kilka przynajmniej uległo zniszczeniu, aby dostarczyć falsyfikatom z XIV wieku niezbędnie potrzebnych pieczęci.

Daje się zwłaszcza dotkliwie uczuć brak przywilejów na pierwotne uposażenie klasztoru. Że takie, lub chociaż jeden taki przynajmniej istniały, żadnej nie może ulegać wątpliwości. Były one niechybnie o lat kilka wcześniejsze od bulli z roku 1193, i należały prawdopodobnie do 9 dziesiątka XII-go stulecia.

Pierwsze zaraz nastręcza się pytanie, kiedy i przez kogo został klasztor Strzelnieński założony. Odpowiada na nie jeden tylko Długosz twierdząc, że założył go Piotr Dunin w r. 1133 i to „in honorem et titulum s. Crucis et s. Mariae Virginis“.

Ksiądz Knapiński przyjmuje z opowieści Długosza jedną tylko osobę fundatora, dwa inne szczegóły uważa za nieprawdziwe.

Dowodzenia swe zaś opiera na następujących okolicznościach: 1) że Strzelno należało jeszcze w roku 1148 do kanoników regularnych w Trzemesznie, co zbija podaną przez Długosza datę; 2) że klasztor Strzelnieński nazywany bywa w dokumentach „monasterium s. Mariae“, lub też „s. Trinitatis et beatae Mariae“, co niepozwala zgodzić się na wspomniany przez Długosza tytuł św. Krzyża; 3) co do osoby fundatora to ponieważ prócz Długosza dawniejsza od niego kronika Wielkopolska [1]) (Boguchwała) donosi o wprowadzeniu przez Piotra Włosta Norbertanek do Strzelna, niema więc powodu podania tego odrzucać. Ostatecznym rezultatem, do którego dochodzi ksiądz Knapiński jest, że klasztor Strzelnieński powstał między rokiem 1148—1153 [2]); a zdanie swe stara się autor ze znanych sobie dokumentów bliżej uzasadnić

Rozbierając między innemi treść wyroku Opata Mengoza z roku 1215 zaznacza, że wypada tenże dlatego na korzyść klasztoru w Strzelnie, ponieważ udowodnionem zostało poprzednio 40-stoletnie pobieranie przez Norbertanki zakwestyonowanych dziesięcin. Tym samym wykazanemby było istnienie klasztoru Strzelnieńskiego w roku 1175. Przypatrzmy się sprawie tej nieco bliżej.

W braku właściwego dokumentu fundacyjnego musimy oczywiście brać za punkt wyjścia bullę konfirmacyjną papieską. Jak poucza nas doświadczenie zaczerpnięte z historyi założenia innych klasztorów, potwierdzenie takie w lat kilka dopiero po faktycznem zaistnieniu fundacyi następowało, ale całkiemby to było anormalnem zjawiskiem, żeby dopiero w lat kilkadziesiąt, w naszym przypadku w lat 40 co najmniej, udawano się do papieża z notyfikacyą powstania nowej klasztornej siedziby i z prośbą o jej potwierdzenie. Z tego powodu przemawia data bulli konfirmacyjnej stanowczo przeciw przypisaniu zasługi wprowadzenia Norbertanek do Strzelna Piotrowi Duninowi.

Czy jednak potwierdzają późniejsze dokumenty Strzelnieńskie nasze powątpiewania.

W wyroku Mengoza jest wprawdzie mowa o „prescripcio quadragenaria“, ale czyż mamy koniecznie wyrażenie to tak rozumieć, że 40 lat upłynęło odkąd klasztor był w posiadaniu spornych miejscowości. Czy nie należy raczej przyjąć że „quadragenaria“ znaczy w tym wypadku tyle co „extraordinaria“, a ze względu, iż to instytucya duchowna jest w sporze interesowaną, że właściwie 30 letni tylko okres czasu mają delego-

[1]) Mon. Pol. Hist. II p. 520.
[2]) W roku tym zmarł Piotr Dunin.

wani przez Synod sędziowie na myśli. Zresztą ponieważ dowód na ową preskrypcyą przeprowadzony został przez świadków, to wielkiej po nich ścisłości oczekiwać nie można.

Przyjmując 30 letnie przedawnienie, dopatrzyliśmy się pierwszego śladu istnienia klasztoru Strzelnieńskiego w roku 1185, dacie tak już bliskiej chwili wydania bulli papieża Celestyna, że zbytecznemby już było domniemywać się w danym wypadku jakiejś nieprawidłowości.

Niedatowany dokument Konrada (Nr. 4) wspomina również tylko o nadaniu uskutecznionem na rzecz klasztoru w Strzelnie przez syna Mieszka Starego, Bolesława kujawskiego, który poległ w bitwie nad Mozgawą w roku 1195; a więc o czynności, która pewnie była z wydaniem bulli papieskiej równoczesną.

Inny niedatowany przywilej Konrada wspomina o nadaniu Norbertankom przez biskupa kujawskiego Stefana młyna w Kwieciszowie [1]).

O Stefanie mamy najpóźniejszą wzmiankę w dokumencie z 11 Listopada 1198 roku [2]); wzmiankowana więc w dokumencie Konrada zamiana przypada niewątpliwie również na czas po wystawieniu bulli Celestyna.

Gdy zaś w wyroku z 1238 r. mowa jest o 46-letniem posiadaniu przez klasztor kilku legowanych mu posiadłości, to chwilę objęcia ich przez Norbertanki Strzelnieńskie upatrywać należy w roku 1192 lub 1193.

Dokładna data bulli papieskiej jest 9 Kwietnia 1193 roku; wydaną zaś ona została na piśmienną prośbę przełożonej mniszek, zapewne Beatryczy, która pismo swe z załączeniem kopii lub oryginału dokumentu fundacyjnego przesłała do Rzymu niewątpliwie jeszcze w roku 1192. Czyż może więc zadziwiać, że nie są w bulli papieskiej wyliczone wszystkie te miejscowości, o których wspominają dyplomata z roku 1215, 1238 i oba niedatowane przywileje Konrada, skoro najprawdopodobniej zostały one już dopiero po wysłaniu pisma przełożonej do Rzymu klasztorowi nadane. Zresztą nie było to wcale przeznaczeniem bulli papieskiej, aby wszystkie klasztorne posiadłości wyliczać; znaczenie jej polegało na zatwierdzeniu samej fundacyi jako takiej i według wszelkiego prawdopodobieństwa, nie byłyby Norber-

---

[1]) Rzyszcz. i Muczk. II p. 23 Nr. XXVI. — Odnośny ustęp brzmi: „Testamur insuper et iureiurando firmare possemus, quod ad multam collegii Strelnenses instanciam, quod absque molendino sustentari non poterat, dominus *Stephanus* venerabilis Cuiauiensis episcopus contulit ipsi molendinum in Quetsev, quod adhuc idem possidet monasterium, et recepit villam Otlutsin cum suis pertinenciis supranominatis; quam ipse ac successores eius hactenus exigente iusticia quietissime possederunt.

[2]) Perlbach, Pommerel. Urkundenb. p. 7.

tanki Strzelnieńskie posyłały do papieża na żaden sposób wszystkich udzielonych im dokumentów, gdyby ich nawet przed rokiem 1192 znaczniejszą miały liczbę, ale poprzestałyby na przesłaniu najważniejszego i najdawniejszego swego dyplomu, tj. tego, który im pierwotne zapewniał uposażenie.

Według ogłoszonej przez nas pod Nr. 5 zapiski był w roku 1216 w chwili konsekracyi kościoła Strzelnieńskiego patronem tegoż Krystyn syn Piotra Własta. Czy nie najstosowniejby było upatrywać w nim i założyciela Strzelnieńskiego klasztoru. Przekonywujemy się, że nikt bardziej od niego nad dobrobytem Norbertanek nie czuwał, widzimy zresztą, że był fundacyi Strzelnieńskiej patronem, a donosząca nam o tym szczególe zapiska, nie dodaje przy wzmiance o Krystynowym ojcu Piotrze, że synowi dlatego przynależy prawo patronatu, ponieważ założycielem kościoła i klasztoru był jego rodzic.

Że tradycya przypisywała obok tylu fundacyi także i osadzenie Norbertanek w Strzelnie Piotrowi, tem mniej może zadziwiać, że własny syn Piotra czynu tego dokonał; krytyka historyczna jednak zbytby istotnie była dla tradycyi powolną, gdyby i w takich wypadkach nie kierowała się nawet wbrew niej bardziej istotnymi względami.

Ale powrócić jeszcze musimy do przypisanego fundacyi Strzelnieńskiej przez Długosza tytułu Świętego Krzyża, aby zaznaczyć jak często są informacye najdawniejszego naszego dziejopisa niezmiernie cennemi.

Tak w obecnym wypadku dowodzi przytoczony przez nas pod Nr. 1 niedatowany dokument Konrada, że Długosz bezpodstawnie wzmianki tej w dziele swem nie zamieścił. Dla czego tytuł ten następnie zastąpiony został przez tytuł św. Trójcy, i w jakich zdarzyć się to mogło okolicznościach, wytłumaczyć nie umiemy, może objaśnią nas w tym względzie bieglejsi w starożytnościach kościelnych badacze duchowni.

Niemało jeszcze wiadomości dostarczają ogłoszone przez nas przywileje o osobistych i majątkowych stosunkach Strzelnieńskiego klasztoru. Tak potwierdza dokument z roku 1220 podaną przez księdza Kraszewskiego wiadomość o występującym w roku tym proboszczu Strzelnieńskim Wojciechu.

Nie zupełnie jest pewnem, ale przynajmniej wiele ma za sobą prawdopodobieństwa, że znana nam z dokumentu Konrada (Nr. 1) córka Bolesława Kujawskiego, Wirzchosława, była sama Strzelnieńską mniszką.

Nieobojętnym jest również szczegół, że pierwsza nieznana nam żona Kazimierza Kujawskiego, a jeżeli dokument z r. 1234 mieć powinien w istocie późniejszą datę, że Konstancya pocho-

waną została w Strzelnie; tłumaczy się tem niezwykła Kazimierza dla Norbertanek Strzelnieńskich szczodrobliwość, która zapewne była przyczyną, że oba najważniejsze falsyfikaty Strzelnieńskie ułożone zostały pod imieniem tego księcia.

Dostatecznego obrazu uposażenia Strzelna nie dają ogłoszone przez nas dokumenty z tej przyczyny, że brak między nimi kilku najważniejszych, a mianowicie przynajmniej jednego z czasów przed rokiem 1193 i kilku późniejszych, których wystawicielem był niewątpliwie Kazimierz Kujawski. Zawsze jednak dostarczają nam zwłaszcza przywileje z r. 1220 i 1246 bardzo pożądanych wiadomości o majątku Norbertanek Strzelnieńskich.

Poprzestajemy na tych kilku uwagach, odsełając czytelnika do wspomnianego już przez nas dzieła o Norbertanach; a zarazem wyrażamy życzenie, aby podjął się kto wydania całkowitego dyplomataryusza Strzelnieńskiego, do którego niniejsza skromna praca powinnaby dać zachętę.

II.

DOKUMENTY KATEDRY PŁOCKIEJ.

Kodeks Dyplomatyczny Mazowiecki nie wyczerpał całego materyjału, jaki zawiera archiwum Kapitulne w Płocku. Materyjał ten składa się z ogromnej ilości oryginałów i z bardzo porządnie prowadzonego kopijaryjusza. Zapewne było ich przedtem kilka, ale obecnie dochował się tylko jeden z XVI-go pochodzący wieku i 1176 stronnic liczący kopijaryjusz. Przedstawia on tę właściwość, że bardzo wiele dokumentów jest dwukrotnie do niego wciągniętych.

Dyplomata, które ogłaszamy w tej grupie, są z wyjątkiem niewielu, dotychczas całkiem nie znane. Drukowane już, jedynie dlatego uwzględniamy, że albo znajdują się one luźnie przy jakiej rozprawce, lub też że błędnie zostały wydane. Pierwotnie zamierzaliśmy pomieszczone w tej grupie przywileje ogłosić jako dodatek do rozprawy naszej o uposażeniu biskupstwa Płockiego [1]); ponieważ jednak liczba ich jest stosunkowo dość znaczna, a przestrzegany w wydawnictwach Akademii Umiej. porządek nie pozwala na ogłaszanie większą objętość mających źródeł w Sprawozdaniach Wydziałów, przeto ogłaszamy dyplomata Katedry Płockiej w zbiorze naszym dokumentów Kujawskich i Mazowieckich, ale chcąc ich odrębność nacechować, i nie pozbawiać ich charakteru allegatów do wymienionej poprzednio rozprawy, umieszczamy je osobno, nie łącząc ich z grupą obejmującą resztę dokumentów Mazowieckich.

Oryginały niektórych dokumentów, które w archiwum Kapitulnem Płockiem dochowały się jedynie w kopijaryjuszu, znaj-

[1]) Rozprawy Wydziału Hist. XXI p. 1—48.

dują się w zbiorach Muzeum ks. Czartoryskich w Krakowie. Oczywiście służyły nam wówczas oryginały te jako podstawa do naszego wydawnictwa.

TEKSTY.

1. Anno [1206—1227?].

Ego Getco dei gracia episcopus Mazouie protestor et sum protestatus coram Conrado duce mazouie et cuiauie et eius baronibus, quod atauus noster Woyczszlaus ex atauia nostra filia Kelconis, que fuit prima uxor eius, genuit auos nostros ianusonem et troianum. Post hec accepit secundam uxorem dobechnam filiam Kiliani, de qua cum non suscepisset aliquam prolem, nec speraret se suscepturum, contulit ei omnes villas, quas habet ecclesia Sancte Marie in Plocsk, que de nomine eius uocatur ecclesia *Woyzlaue*, ut de eis faceret quidquid uellet, siue uenderet, siue daret illas libere, cuicunque uellet. Ipsa uero Dobechna preponens deum pecunie et omnibus amicis terrenis, defuncto eodem uiro suo, edificauit prefatam ecclesiam, quam dodatam eisdem villis omnibus in consecratione contulit episcopo et kathedre ecclesie plocensis [cum] ipsis prediis, instituit in ea quatuor canonicos et unum prepositum addens eis quasdam [vil]las, post hec dominus Wernerus factus episcopus Plocensis constituit in ea bertoldum abbatem cum suis monachis. Rursus dominus [Witus] Episcopus post bertoldum introduxit in eam fulcoldum abbatem, et ne propter antiquitatem per successum temporis hoc factum labatur a memoria hominum, ego presenti scripto profiteor et sum professus coram eodem duce presente petre[nula] Troiani non contradicente, quod ego in eadem ecclesia non dominor ut heres, quia nec ego, nec cognati mei omnes habent aliquid iuris, uniuerso iure in Episcopum et maiorem ecclesiam Plocensem collato per dobechnam, que in nullo cognata nostra fuit, sed dispono de ea ut episcopus, et omnes successores mei episcopi habent de ea disponere libere. Et ne post decursum longioris temporis cognati mei atemptent hoc ius avellere a Kathedra plocensis episcopi et ecclesie, sicut aliquando frater meus Otto per uiolentiam atemptauit. ego presens scriptum confirmo auctoritate mei sigilli.

Dok. oryg. perg. mocno zniszczony. O ile się da obecnie rozeznać, pieczęci było u niego zawieszonych cztery, z tych dochowała się pieczęć książęca bardzo już uszkodzona, napis w otoku: S. Conradi [ducis Mazovie et Cui]avie. Jest to pierwsza pieczęć konna Konrada. (Vossberg Siegel des Mittelalters Tablica XVI u samej góry; Stronczyński, Pobieżny przegląd pieczęci Piastowskich p. 39 i 70). Jest ten dokument ogłoszony w Kod. Dypl. Mazow. p. I Nr. II, ale niedość dokładnie, dlatego zamieszczamy go powtórnie.

2. Anno 1207. in capitulo Plocensi.

Sciant presentes, noverintque posteri, quod ego Johannes magister ecclesie Plocensis prouidens vtilitati mee et successorum meorum in magistratu cum consensu ducis Conradi et domini Episcopi Plocensis Gethkonis et eius capituli conueni cum Geruoldo filio Geruoldi ita, quod ipse in *Bresnic*, villa magistratus, edificaret molendinum de propriis expensis et medietas expensarum exsolueretur ab ipso operariis, reliquam medietatem ego persoluerem. Similiter medietatem vsus eiusdem molendini haberem ego, et medietatem haberet pretaxatus Geruoldus et eius successores tamdiu, donec ego vel meus successor persolueret ei illam medietatem expensarum, quam ipse ex parte sua soluit operariis. Et tunc totus usus eiusdem molendini cederet in ius magistri, omnibus expensis plenarie exolutis Geruoldo. Fuit autem summa predictarum expensarum viginti sex marcharum puri argenti. Ex qua summa cum ad presens teneretur pro mea medietate exoluere Geruoldo tredecim marchas, non valui nisi tres, sed precepi ei exolui decem. Reliqua autem medietas, quam ipse pro sua parte soluit operariis, remanet exoluenda eidem Geruoldo vel eius pueris a me vel a successore meo magistro, qui voluerit habere totum vsum prefati molendini. Actum publice in capitulo Plocensi presentibus hiis personis: preposito Berwoldo, decano Gunthero, Archidiacono Johanne, Magistro Johanne, cantore Gothardo, et hiis canonicis: Gunthero, Petro, Goszlao, Andrea, Nicolao, Stanislao Nicolai, Johanne, Anselmo, Stephano, Arnoldo et aliis. Anno dominice Incarnacionis Millesimo ducentesimo septimo.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 396—397 i 970—971. Jest ten dokument ogłoszony w Kod. Dypl. Polskim I p. 18 Nr. VIII z zamieszczonego w Tekach Naruszewicza odpisu. Odpis ten uskuteczniony na podstawie kopijaryusza Płockiego jest niedokładny, dlatego ogłaszamy dokument Jana powtórnie.

3. Anno 1219.

Sciant presentes, discant et posteri, quod, canonicis ecclesie Plocensis et comite Nicholao filio Dobrogosti astantibus coram me duce Mazouie Conrado, Guntherus decanus eiusdem ecclesie, eodem comite Nicholao presente et audiente, proposuit, quod comes Cristinus filius Pomnani in ultima uoluntate sua contulit Domino et maiori ecclesie beate Marie in Ploczk has uillas: *Gori, Zuchodol et Brodino.* Postmodum comitissa Pribislaua, quondam uxor prefati Cristini, nunc autem coniunx iam dicti Nicholai ueniens coram domino Henrico archiepiscopo Polonie, tunc legato Romane curie, renouauit donacionem Cristini uiri sui causa mortis factam et renuncians possessioni predictarum villarum assignauit canonicis ecclesie Plecensis proprietatem et possessionem earundem. Post hec intercedente eodem Archiepiscopo idem canonici concesserunt eidem comitisse P., ut nomine eiusdem ecclesie uteretur eisdem uillis, quam diu ipsa uiueret, et post eam redirent ad eandem ecclesiam. Super hiis interrogatus prenominatus comes N., utrum uera essent ea, que prefatus decanus proponebat, in iure respondit plane, quod uera essent, et confessus est plane, quod uxor eius P. tenebat eas nomine predicte ecclesie, ita, sicut predictus G. decanus proposuerat. Acta sunt hec anno M°CCXIX coram me Conrado duce Mazouie, presentibus baronibus meis: domino Barthone episcopo Cuiavie, Arnoldo palatino Mazouie, Zuentoslao pincerna Mazouie. Et ne hoc factum lapsum a memoria inpugnaretur per aliquam calumniam, dignum diximus ipsum roborare nostris scripto et sigillo.

Dok. oryg. perg. trzema pierwotnie opatrzony pieczęciami, od których pozostały tylko dwa jedwabne sznurki. Dokument ten ogłosił dwukrotnie pan Kętrzyński, raz w rozprawce «O założeniu i uposażeniu biskupstwa Płockiego» pomieszczonym we Lwowskim Naukowym i Literackim Przewodniku za Maj i Czerwiec roku 1886, a następnie w przedmowie do wydanej przez siebie w V Tomie Mon. Pol. Hist. «Zapiski» o majątku biskupstwa Płockiego.

4. Anno 1244 d. 15 Augusti in Płock.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Que aguntur in tempore, simul cum labente labuntur tempore, nisi ut legum sanxit auctoritas in scriptis redigantur et sigilli impressione roborentur. Igitur nouerint omnes tam presentes, quam futuri, quod ego Boleslaus dux Mazouie domino Andree cancellario curie

mee preposito Plocensis ecclesie et fratre eius Ipolito pro peticione eorum et seruicio michi valde grato contuli eis quandam sortem famulorum meorum trium horum: Nesebudonis, Saniconis, Crisani, officio ad castrum culmense pertinencium, in eadem villa propria domini Andree et fratris eius Ipoliti, que nuncupatur *Wletropi*, ipsis et posteris ipsorum iure hereditario possidendam. Huius rei hij testes sunt Barones mei, qui tunc temporis mei assessores fuerunt, me in Ploczk festum Assumpcionis Beate dei genitricis Marie celebrante: primus Petrus Thezaurarius, Albertus subagazo, Petrus subpincerna Climas, Damianus, Voytech Nagorka, Rambel, Nicolaus filius et Broslaus, Boguslaus filius Swanthoslai cuba (s), Cechoslaus, Jacobus capellanus curie, Petrus Lopata, Vitalis clericus. Hoc autem actum est anno Incarnacionis domini Millesimo ducentesimo quadragesimo quarto.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 897, 898.

5. Anno 1245 d. 13 Septembris in Płock.

In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Nos Bolezlaus dei gracia dux Mazouie cupientes gloriose virginis et matris domini patrocinio apud ipsum, quem genuit, adiuuari prioribus donacionibus Ecclesie Plocensis vel eciam libertatibus deuote a nobis uel ab antecessoribus nostris impensis hanc specialem liberaliter addere voluimus, videlicet vt castrum *Poltousk* in nulla solucione nobis de cetero teneatur. Indulgemus igitur domino Andree patri nostro prefate Ecclesie Episcopo et omnibus eius successoribus ab hodie et deinceps VI vaccas, VI vrnas mellis, VI arietes, que annuatim Duces Mazouie percipere in castellatura de *Poltousk* consueuerunt, quatinus dicti castri homines perpetuo ab hac ducali exactione liberati aliquantulum ab assiduis afflictionibus, quas iugiter passi a gentilibus pene defecerunt, ualeant respirare, et nos post cursum huius uite nostrorum debitorum interueniente piissima virgine Maria indulgentiam graciosam adipisci. Et ut hec nostra donacio robur perpetuum firmitatis possit obtinere, ne forte nostri successores ausu temerario eam conentur infirmare, hoc scriptum appensione nostri sigilli duximus muniendum. Actum in Plocezk in domo fratrum predicatorum. Anno gracie M°CC°XL°V° Jdus Septembris.

Arch. Kapituły Płockiej. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci, od której pozostały skrawki pergam.

6. Anno 1247 in Płock.

Quoniam ea, que geruntur in tempore, pro mutabilitate temporis uariantur, nisi fuerint scripture testimonio uel uoce testium confirmata; nos igitur B. miseracione diuina dux Mazouie notum facimus presentibus et futuris, quod accedens ad presenciam nostram L. miles pincerna curie Matris nostre humiliter postulauit, ut uillam *Zuchouo* et cum ecclesia ibidem sita, quam ex donacione patris nostri et nostra fuerat assequtus, ex nostro quoque beneplacito et assensu domino P. episcopo Plocensi conferre posset pro suorum remedio peccatorum. Et quoniam opera misericordie, que fiunt intuitu salutis eterne, non solum approbari, sed quantum in nobis est modis debentur omnibus adiuuari, donacionem prefati L. uiri nobilis et honesti admisimus et admittimus in presenti possessionem eiusdem signo cyrothece una cum ipso in dominum episcopum tunc presentem et omnes successores eius liberaliter transferentes. Ne igitur huic facto processu temporis possit aliqua calumpnia soboriri, scripto nostro et aposicione sigilli perpetuo idem conmunimus. Actum in Plotsk. Anno gracie M°CC°XLVII Indictione V.

Arch. Kapituły Płockiej. Dok. oryg. pozbawiony pieczęci, od której pozostał sznurek jedwabny różowy.

7. Anno 1247 in castro Plocensi.

Nos B. miseracione diuina dux Mazouie notum facimus vniuersis, quod P. canonicus Plocensis et prepositus sancti Michaelis in nostra presencia constitutus ob reuerenciam diuine pietatis, et suorum necnon parentum ipsius indulgenciam peccatorum patrimonii sui tale constituit testamentum. Cum enim disposicionis diuine nutu secundum legem humane condicionis parentum esset solacione destitutus, villam, que dicitur *Zyromino*, quam ex donacione auunculi sui bone memorie Pakozlaui iure hereditario possidebat, et aliam nomine *Celkouo*, que sibi iure patrio conpetebat, ad manus episcopi Plocensis conferens et ad mensam, beatam Mariam fecit dominam et heredem nostro ad hoc accedente beneplacito et consensu. Nos igitur in hoc facto ipsius uoluntati libenti animo concurrentes donacionem ipsius piam et honestam in presencia [nostra] factam auctoritate nobis debite dignitatis et sigilli nostri munimine confirmamus. Actum in castro Plocensi anno gracie M°CC°XXXX°VII° indiccione. II[da]

Arch. Kapituły Płockiej. Dok. oryg. perg. mocno już nadniszczony, pieczęć książęca wisi na sznurku jedwabnym żółtym. Pieczęć dobrze zachowana przedstawia księcia na koniu z dzidą i tarczą, napis w otoku: S. Bolezlai ducis Mazouie. (Stronczyński. Pobieżny Przegląd pieczęci piastowskich p. 82).

8. Anno 1248 d. 25 Februarii in Płock.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Quoniam literalibus titulis annotata perpetuam gestorum solent memoriam continere, ideo nos dei gracia B. dux Mazouie fiduciam diuine misericordie pre oculis habentes damna Plocensis ecclesie circa prouentus Episcopales illata redintegrare cupientes notum facimus presentibus et futuris, quod pro satisfaccione et solucione dampnorum plenarie facienda villam, que dicitur *Parime* ex utraque parte fluminis *Strqua*, que quondam fuerat Johannis filii Voymyri, et medietatem ville de *Lbowo* et iterum medietatem alterius ville, que dicitur *Dlusnowo*, non annumerata parte territory spectantis Episcopatui in utrisque villis ex antiquo, et sortem unam in villa *Ceskowo*, ubi nunc decimus nomine *Ponircz* habitauit, nobis pertinentem cum pascuis, venacionibus, piscacionibus et captura castrorum, ita, quod prefate ville simili prerogatiua gaudeant libertatis, qua ex antiquo omnia predia ecclesie sunt fulcita, Domino P. Plocensi Episcopo tradidimus et in ecclesiam plocensem transferimus pleno iure. Ne igitur nostre disposicionis et debite satisfaccionis decursus aliqua mutabilitate temporis violaretur Plocense capitulum firmitatis et testimonii causa rogatum acciuimus presentibus militibus nostris W. castellano Plocensi, P. thezaurario et Damiano, sigilli quoque nostri munimine confirmamus presens scriptum, et qui tentauerint uiolare refusa prius pecunie quantitate, videlicet sexcentarum marcarum argenti Episcopi Plocensis Ecclesie cum Datan et Abiron accipiant porcionem. Actum in Ploczk anno gracie Millesimo ducentesimo quadragesimo octauo indiccione prima (s) in die beati Mathie bisexto et inchoante.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 881, 882.

9. Anno 1249 d. 7 Aprilis in Baltarsk.

Semouitus dei gracia dux Mazouie et Chyrnensis vniuersis tam presentibus quam futuris salutem in eo, qui est salus omnium. Quoniam propter inopinatam humane condicionis ruinam studio omnimode decreuimus exercere, sicut a pristinorum

cognouimus decretorum ventilacione, quod gestorum modernorum constanciam per intitulacionem scripti procuraremus roborare, ne a posterorum edacitate vel malignitate possint hec violari. Sciant igitur moderni noscant et posteri, quod relicta quondam Grimizlay ad nos accedens et coram nobis ecclesie sancte Crucis de *Bealtarsk* et domino A. preposito ecclesie Plocensis et eciam iam dicte ecclesie canonico et suis successoribus hereditatem, que uulgariter *Dambroua* nuncapatur, contulit pro anima uiri sui et sua et omnium suorum predecessorum et pro spe uite eterne salutis iure hereditario inperpetuum sine omni concussione possidendam cum omnibus utilitatibus ad eandem spectantibus, videlicet agris, siluis, pratis, mellificiis et aliis omnibus, que umquam in eadem usibus habitancium competierint. Nos autem inclinati ad utriusque partis peticionem et instanciam donacionis prefate fulcimentum scripti nostri seu sigillorum necnon capellanorum testimonio nostrorum et baronum dignum duximus roborare. Anno gracie M°CC°XL°VIIII°. Datum in baltarsk in octaua Resurrectionis domini cum a festo reuerteretur dux S. Mazovie dictus K. fratris ducis Cuyaviensis per manum Johannis subcancellarii. Hii sunt testes huius facti: Domas thesaurarius, Menera subcamerarius, Mutina filius Johannis quondam de Raua, Vitus frater Anselmi clerici, Damianus. Pribizlaus subagazo, Paulus filius Degnonis, comes Thomas filius Petrconis milites et alii quam plures, Baldvinus canonicus de Grodech, Vroczlaus plebanus de Radicov, Vitalis scolasticus sancti Michaelis, Johannes parrochianus de Ylou, Nicolaus clericus, Robertus canonicus Plocensis, capellani curie et alii quam plures. Septimo Idus Aprilis.

Arch. Kapit. Płockiej. Dok. oryg. mocno nadniszczony, szczątek pieczęci wisi na bardzo wyblakłym żółtym sznurku jedwabnym (cf. Kod. Dypl. Maz. Nr. XVII).

10. Anno 1250 mense Julio, in colloquio apud villam Vilckouici.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi Amen. Quoniam litteralibus tytulis annotata, perpetuam gestorum solent memoriam retinere, ideo Nos Semouitus dei gracia Dux Mazouie et de Cirnzk, notum fieri volumus presentibus et futuris, quod cum pie recordationis frater noster Bolezlaus quondam Dux Mazouie proprie non immemor salutis pro iniuriis illatis Ecclesie Plocensi, dampnis et rapinis, et etiam pro summa pecunie, qua dux idem tenebatur, villam *Parime* super Strquam, et medietatem ville *Lbouo*, et medietatem alterius, que dicitur *Dlusnouo*, insuper sortem vnam in villa *Ceskouo*, vbi decimus Ducis habitauit,

venerabili patri Domino P. dei gratia Episcopo Episcopatuique Plocensi ex integro contulerit perpetuo possidendas, prout ex eiusdem Ducis priuilegio confecto super hoc ostenditur manifeste; nobis et Episcopo predicto, Capituli sui accedente consensu, quedam de contentis in priuilegio prelibato visum est reuocare, videlicet quod predicte ville *Lbouo* et *Dlusnouo*, sicut olim fuerunt pro parte a nostris hominibus et pro parte ab Episcopalibus pariter possesse, sic perdurent, articulo super villa *Parime* et super sorte in villa *Ceskouo*, sicut in predicto priuilegio inuenitur, non mutato remanente. Et Nos pro predictis partibus de *Lbouo* et de *Dlusnouo* ad ius et dominium nostrum reductis, et etiam pro quadam pecunie summa, in qua ipsi Episcopo empti causa tenebamur, villam, que dicitur Dobra, quam olim homines Ducales inhabitarunt, et alterius Episcopalis ville, que dicitur *Gramblouici* sortes quasdam ad nostrum dominium pertinentes, quarum vnam ministeriales nostri, aliam Prutemus quidam nomine *Rukala*, reliquam vero Petrus clericus cognominatus *lopacic* ex ducali concessione tenuerunt, vt sic eadem villa *Gramblouici* totaliter integretur, sepedicto Episcopo et eius Episcopatui plenarie contulimus, hereditario iure possidendas, cum simili prerogatiua libertatis, qua cetera Plocensis Ecclesie predia sunt munita, eas in Ecclesiam Plocensem pleno iure transferentes. Ne igitur hec nostra dispositio, contractus siue collatio processu temporis queat irritari, nostri et ipsius Episcopi necnon et Plocensis Capituli sigillorum appensione presentem paginam duximus perhennandam. Actum in Colloquio apud villam, que dicitur Wilckouici, anno domini M°CC°L° Mense Julio, in Octaua Apostolorum Petri et Pauli.

Oryginał pergaminowy, dobrze dochowany, opatrzony był pierwotnie trzema pieczęciami, zawieszonemi na sznurkach z pąsowego niekręconego jedwabiu. Pierwsza oderwana, druga okrągła, w zwykłym wosku, cokolwiek uszkodzona wyobraża rycerza zbrojnego na koniu z tarczą i proporcem, zwróconego w stronę prawą. W otoku napis uszkodzony: .... moviti ducis Mazovie et Ch.... Trzeciej mały upadek wyobraża Matkę Boską z dzieciątkiem. Reszta napisu... Cap..... Arch. XX Czartor. Szuf. I. — W kopiarzu katedry Płockiej p. 588—591.

11. Anno 1252 d. 29 Septembris, in Dobryn.

In nomine patris et filij et spiritus sancti amen. Nos K. dei gracia Dux Cuiauie et Lanchicie, bonorum omnium largitori graciarum immensas refferimus actiones, qui non nostrorum intuitu meritorum, sed solum dono solite pietatis et uirtute sancte crucis

gentilium compescuit feritatem et fidem christianam in parte ducatus nostri, que *Zaborouo* nunccupatur, penitus iam extinctam, dignatus est nostris temporibus reformare. Vt autem pie matris pio filio Jhesu Christo debite seruitutis obsequia persoluamus, et donorum non simus immemores acceptorum, notum facimus presentibus et futuris, quod castri beate Marie virginis gloriose episcopatus Plocensis: *Ruz* uidelicet et *Swece* in iudiciis, foro, tabernis, venacionibus et aliis iuribus, sicut antiquitus habuerunt, villis eciam eiusdem episcopatus in predicto dominio nostro constitutis a *pouoz*, *poduoroue*, *Strosa*, *Podymne* et aliis angariis siue perangariis, tam predialibus, quam personalibus, sicut in priuilegiis ecclesie Plocensis perspeximus plenius contineri, plenam et omnimodam conferimus libertatem, et nostri sigilli munimine roboramus. Qui uero hanc donacionem ecclesiastice libertatis maliciose temptauerit uiolare, cum Dathan et Abyron accipiat porcionem. Actum in Dobryn. Anno incarnacionis domini M°CC°LII°. III° Kal. Octobris.

Oryginał pargaminowy dobrze dochowany. Na sznurku z pąsowego niekręconego jedwabiu, wisi okrągła pieczęć w zwykłym wosku wyciśnięta, nieco brzegami uszkodzona, przedstawiającego przed bramą forteczną o jednej wieżycy zbrojnego księcia przebijającego mieczem lwa. W otoku szczątki napisu.. S. Kazimiri..... Cviavie..... Arch. XX. Czartoryskich Szuf. I. Dokument ten ogłoszony jest w Lelewela, Polska w wiekach średnich t. III p. 159.

12. Anno 1256 d. 18 Aprilis, in Insula.

In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Noverint vniuersi presens scriptum inspecturi, quod in nostra S. dei gracia ducis Mazovie presencia nobilis vir Conradus donacionem, quam primitus fecerat, in ecclesiam Plocensem resignans proprietatem predy sui, quod wlgo magna *Wcra* dicitur, venerabili patri domino A. Plocensi Episcopo nomine Episcopatus possidendi nostro tribunali sponte se offerens viua voce publicauit transferens in ecclesiam Plocensem antefatum predium cum omnibus emunitatibus et vtilitatibus, quas obtinuerat et pacifice possiderat iure hereditario ex antiquo, videlicet venacionibus, mellificiis, piscacionibus et castóribus infra metas eiusdem predii percipiendis, que a superiori parte fluuii incipiunt ab antiquo ponte protenso ambitu ad populum. Deinde ad tumbas paganorum, postremo usque ad viam publicam, que ducit in *Ratsiz*, reseruato sibi michilominus et uxori sue Boguslaue, si prefatam dominam sibi superstitem esse contingeret, nec secundas nupcias antefata

domina post mortem ipsius eligeret, usufructu, quoad uixerint, sub patrocinio domini Plocensis Episcopi seu eius tutella percipiendo. Et ne tractu temporis hec munificencia calumniam paciatur, ad instanciam donatoris eandem liberalitatem sigilli nostri caractere communimus. Testes huius rei sunt: Paulus pincerna Mazouie, Thomas cancellarius, Laurencius thezaurarius, Nicolaus Anselmi, Thomas dapifer, Petrus filius ipsius, Jacobus Mandrosthi, Potrek filius Pauli, Blasius subagazo, Strachotha, Nicolaus alumnus, Jacobus Viti, Panczlaus [de] Zaborowo et alii quamplures. Actum in Insula anno domini Millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto quatuordecimo Calendas Maii.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 105—107 i p. 782—783.

13. Anno 1264 Wratislauie.

Nos A. dei gracia Warmeniensis Episcopus in Polonia et Pruscia sedis Apostolice Legatus, J. Gneznensis Archiepiscopus, et T. Wratislauiensis, et W. Wladislauiensis Episcopi, vniuersis notum esse volumus presentibus et futuris, nos vidisse duo priuilegia Plocensis Ecclesie, exhibita nobis et ostensa per Venerabilem Fratrem nostrum P. eiusdem Ecclesie Episcopum, que cum diligenter inspexissemus, inuenimus integra et sana, tam cartis et filis quam sigillis, nec viciata vel abolita in aliqua sui parte. Quorum tenorem predicto Episcopo Plocensi petente fecimus de verbo ad verbum presentibus adnotari.

=(Sequuntur privilegia: ducis Conradi ex anno 1231 datum in Varca VII Idus Novembris, et ducis Semoviti ex anno 1257 datum in Mistreuo V kal. Julii)= [1]).

Nos igitur supradicti pontifices ad instanciam supplicem memorati Plocensis Episcopi propter turbatum ipsius Ecclesie statum et casus imminentes in huius rei testimonium duximus ad cautelam presentem paginam sigillorum nostrorum appensione muniendam. Datum Wratislauie Anno domini M°CC°LXIIII°.

Oryginał pergaminowy, opatrzony był pierwotnie czterema pieczęciami na paskach pergaminowych zawieszonemi. Z tych pozostała tylko ostatnia, podługowata, w zwykłym wosku wyciśnięta, znacznie uszkodzona, wyobrażająca postać biskupią z pastorałem w prawej, księgą w lewej. W otoku napis ...S. Wolimir..... lavien..... (Arch. XX. Czartoryskich, Sz. I). Kopiarz Katedry Płockiej p. 287—294.

[1]) Dokumenty te ogłoszone są w Kod. Dypl. Mazow. pod Nr. VIII i XXVIII.

14. Anno 1267 d. 3 Februarii, in choro Lanciciensi.

In nomine domini amen. Nos Blasius custos, Vethlinus, Marcus canonici et capitulum Ecclesie Lanciciensis notum facimus vniuersis, quod comes Thomas filius Potrconis in choro nostre Ecclesie constitutus proposuit, quod cum nepotibus suis Thworiano videlicet et Mrochcone filiis Nicolai hereditatem, que *Racowo* dicitur, iure testamenti legauisset, et hoc ipsum quodam instrumento illustrissimi principis domini Cazimiri dei gracia ducis Cuyawie et Lancicye roborari procurasset, ipsi non expectata hora, qua solent testamenta confirmari, se ipsos indignos eiusdem testamenti beneficio reddidissent, cum sibi grauem iniuriam intulissent, equum ipsius septem marchas argenti valentem et alia quedam bona ipsius mobilia violenter auferendo, vnde huiusmodi ingratitudinis causam gemebundus proponens dictum testamentum solenniter reuocabat, ibidem dominum Petrum dei gracia ecclesie Plocensis Episcopum et ipsius successores Episcopos eiusdem hereditatis *Racouo* scilicet cum suo districtu ac vniuersis vtilitatibus ipsius ob suorum remedium peccatorum publice et solenniter constituens perpetuos possessores et heredes asserebat, et quod vniuersa predicta propositurus et declaraturus coram principe iam dicto in castro eiusdem loci existente venerat non absque sue dispendio senectutis; verum quia grauis egritudo eiusdem principis dicti secus negocium pariter et effectum impediuit adeo, ut nullatenus ad eius presenciam adire potuisset, humiliter supplicauit, ut saltim ecclesie Lanciciensis capitulum contra futura aduersa in predictis sibi miserando prouideret. Nos igitur predicti B. V. et M. et nostrum capitulum communi habito consilio sua miserabili moti instancia in predictis, que vidimus et audiuimus, nostre protestacionis testimonio sibi duximus annuendum, dantes ei super hoc presentem litteram sigillo nostri capituli roboratam. Actum in choro Lanciciensi presentibus viccariis eiusdem ecclesie: Michaele presbitero, Fredrico presbitero, Theodrico presbitero, Woyzlao, Benedicto, Beczlao dyaconibus, Johanne, Bernardo viccariali (s), Boguslao subdiaconibus, et aliis quam pluribus probis viris anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo septimo in die beati Blasy Martiris.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 803—804.

15. Anno 1275.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Bene rebus futuris prouidemus et presentes gubernamus, si gesta preterita innouando relinquimus noticie posterorum. Hinc est, quod nos Lesthco dei gracia Syradiensis et Wladislawie iunioris dux vniuersis presentes litteras inspecturis publicamus, quod cum super iure libertatis ville Plocensis ecclesie, que *Sandzyno* dicitur, dubium haberetur, venerabilis ac fidelis nobis pater in domino Thomas, miseracione diuina Plocensis Episcopus, coram nobis constitutus venerande memorie domini et patris nostri K. ducis priuilegium in nulla sui parte viciatum presentauit continens has expresse libertates, quod dicta villa *Sandzyno* cum suo districtu a *powoz*, a vacca *Podworowa*, a solucione *strose*, et quod a nullo alio sed tantum a solo principe, dum in districtu Cuyavye fuerit, prouocetur et iudicetur, penitus est immunis, ab alys nichilominus angariis siue perangariis tam predialibus, quam personalibus liberrima, quocunque conseantur nomine. Et quia superflua non viciant contractum et habundans cautela non nocet, idem pater supplicauit dictas libertates nostre munificencie robore innouari. Nos itaque et paternum pium factum fauorabiliter prosequentes et ipsius patris nobis fidelis preces iustas benigne admittentes, predicta omnia confirmando, presenti nostra littera duximus innouanda ac ei, ut petiuit, liberaliter offerenda. Datum anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 885, 886. Znanym był ten dokument dotychczas tylko z przytoczenia w Hist. Polskiej Naruszewicza ed. Lipska T. VII p. 203 uw. 3, — odpis jego znajduje się w Archiwum X Czartoryskich w Tekach Naruszewicza.

16. Anno 1279 in Gostinin.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen. Nos Boleslaus, diuina clemencia Mazouie dux, uniuersis presentibus et futuris declarando publicamus, quod cum ecclesiam Plocensem nostrorum predecessorum pia munificencia emunitatibus gloriosis cognouerimus non mediocriter illustratam, quod et honorem in terris ampliorem meruerunt et in celi fastigiis gloriam et coronam, ipsi cupientes eorum fieri idonei sectatores pro nostra salute et nostrorum remedio peccatorum promittimus non solum easdem emunitates inuiolabiliter obseruare, sed et ad humilem supplicacionem nobis deuoti et venerabilis patris Thome, dei gracia

Plocensis Episcopi, hanc nostre liberalitatis graciam addicimus specialem, ut villa *Pirischewo* dicta et alia, que *Gori* wlgariter dicitur, eadem gaudeant libertate, quam antique ville ex nostrorum predecessorum priuilegys noscuntur obtinere. In cuius rei testimonium presens scriptum ipsi Episcopo et ecclesie obtulimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum et actum in Gostinin anno domini Millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 869, 870.

17. Anno 1279 d. 18 Septembris in castro Budensi.

Uniuersis presentes litteras inspecturis Phylippus miseracione diuina Firmanus Episcopus, apostolice sedis legatus, salutem in domino. Tenorem quarundam litterarum bone memorie Semouiti ducis Mazouie, sicut sub sigillo ipsius contineri perspeximus, presentibus de uerbo ad uerbum fecimus annotari, quarum tenor talis est:

=(Sequitur priuilegium ducis Semoviti ex anno 1254)= [1].

In cuius rei testimonium et munimen presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum in castro Budensi anno domini M°CC°LXX° nono XIIII° kalendas Octobris. Pontificatus domini Nicolai pape tercii anno secundo.

Archiw. Kapit. Płockie. Dok. perg. oryg.; pieczęć Filipa wisi na skrawku pergaminowym; w otoku napis: † S.. Phylippi dei gracia Episcopi et Comitis Firmani.

18. Anno 1282 d. 11 Novembris in Blone.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Nos Conradus, dei gracia dux Mazouie et terre Czyrnensis, notum facimus vniuersis, quod nobilis femina Sara, Marcusy militis filia, villam *Pyasky*, quam antea idem pater suus ei dotis nomine contulerat, iure hereditario coram nobis ac per nos obtinuerat confirmari, venerabili patri Thome Plocensi Episcopo ibidem presenti et successoribus eius ac Plocensi ecclesie donauit perpetuo iure dominy transferens in eos hereditarie possessionem et proprietatem perpetuam ac verum dominium cum omni inte-

[1]) Dokument ten ogłoszony jest w Kod. Dypl. Mazowieckim p. 18 Nr. XXIV.

gritate vtilitatum et districtus tam in terra quam in aquis et insulis pertinentibus dicte ville; et quia idem pater et presignata femina S. nobis humiliter supplicarunt, ut eandem donacionem perpetuitatis robore dignaremur confirmare, nos eorum precibus inclinati ipsam donacionem et perhenniter confirmamus et presenti pagina cum nostri sigilli appensione communimus. Actum in Blone sub testimonio Andree cancellary, Nicolai castellani Rokicensis, Synsiri iudicis, Clementis subiudicis, Siffridi capellani, Nicolai et Algeri nostre curie clericorum anno domini Millesimo ducentesimo [1]) secundo in die beati Martini Episcopi.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 832, 833.

19. Anno 1291 d. 29 Aprilis in Lubowia apud Drewanciam.

Nos Thomas, dei gracia ecclesie Plocensis episcopus, notum facimus omnibus has litteras inspecturis, quod de consensu [nostri capituli] terminos seu granicias trecentorum mansorum, quos nobis Wernerus, ecclesie Culmensis episcopus, de consensu sui capituli nobis . . . et nostris successoribus assignauit in terra Lubovie, duximus [distingu]endas. Prima itaque granicia habetur contra *Swozciam*, ubi influit *Brennizia* in *Drewanciam*, deinde [tractis] centum et triginta quinque funiculis in ascensu *Drivancie* in quadam [abiete] est signata meta secunda, cum omni utilitate medietatis *Drivancie*, sicut ad Culmensem ecclesiam pertinebat. A *Driwancia* vero directe procedendo per viam antiquam apud locum, qui dicitur *Suchayna* [in] quadam quercu distante a fine dicti lacus [viginti octo] funiculis contra [solis ortum] metam terciam signauimus, ipso lacu scilicet *Suchayna* Culmensi episcopo et canonicis remanente, sed lacus littore versus meridionalem plagam ad nos et Plocensem ecclesiam pertinente. Ceterum ab eadem quercu ductis centum et [quinquaginta] funiculis apud lacum Zambre inclusum [limita]cionibus [Plocensis Ecclesie usque [ad Brennic]iam quartam metam vel graniciem [in quadam] quercu signari [fecimus. Ita quod] lacus *Zambre* ad nos Plocensem episcopum pertinebit. A quarta itaque meta [in de]scensu *Brennizie* usque ad primam metam iuxta *Swezciam* sexaginta funicul[i continentur]; defectum autem, si quem in premissis CCC mansis infra [metas prescriptas] reperiri contigerit, supplere [nobis] Culmensis episcopus et sui canonici [tenebuntur] iuxta [suos terminos] in latudinem in ascensu *Brennizie* proce-

[1]) Tu opuścił kopista niewątpliwie: „octuagesimo“. Ten dokument wskazuje, że i pod Nr. XXXII w kod. Dypl. Maz. wydrukowany dokument należy do r. 1282.

dendo, [in] longitudinem autem ad graniciam, que tringinta distat funiculis . . . . . extendendo. Ad restitucionem siquidem re[sidui], si quid ultra trecentorum mansorum numerum repertum fuerit, tenebimur vice versa. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in *Lubowia* apud Drewanciam anno domini MCCXCI, III kalend. Maii.

Oryginał tego dokumentu znajdował się niegdyś w archiwum kapitulnem Chełmińskiem. Był on jednak bardzo już zniszczony, jak tego dowodzi uskuteczniony zeń w r. 1773 odpis, według którego ogłoszonym został ten przywilej bardzo fragmentarycznie w Kodeksie Dypl. Biskupstwa Chełmińskiego (I p. 88 Nr. 124). Znalazłszy w Archiwum Kapituły Płockiej odpowiedni dyplomatowi Thomasza dokument biskupa Chełmińskiego Wernera uzupełniliśmy z niego brakujące w poprzednim wyrazy, i tak po raz pierwszy drukujemy przywilej biskupa Płockiego w całkowitym niemal jego brzmieniu.

20. Anno 1291 d. 16 Maii in Culmense.

Nos frater Wernerus, dei gracia Culmensis Ecclesie Episcopus, notum facimus omnibus has litteras inspecturis, quod de consensu nostri capituli terminos seu metas trecentorum mansorum, quos per fratrem Henricum dictum de Strasburg, nostre Ecclesie prepositum, et per fratrem Henricum de Munstriberg et fratrem Johannem, nostros canonicos, Plocensi ecclesie assignauimus in Lubowia, taliter sunt distincte: prima meta vel granicia habetur contra *Swyeczye*, vbi influit *Brennicza* in *Drwanciam*, deinde tractis centum et triginta quinque funiculis in ascensu *Drwancie* in quadam abiete est signata meta secunda, vbi Plocensis ecclesia medietatem *Drwancie* cum omni vtilitate et libertate, sicut ad nostrem pertinebat ecclesiam, obtinebit. A *Drwancia* vero directe procedendo per viam antiquam apud lacum, qui dicitur *Suchayna* in quadam quercu distante a fine dicti lacus viginti octo funiculis contra solis ortum graniciam terciam signauimus, ipso lacu scilicet *Suchayna* nostre Ecclesie remanente, sed lacus littore versus meridionalem plagam posito ad Plocensem Ecclesiam pertinente. Ceterum ab eadem quercu ductis centum et quinquaginta funiculis apud lacum *Zambre* inclusum limitacionibus Plocensis Ecclesie usque ad *Brenniciam* quartam metam vel graniciem in quadam quercu signari fecimus; ita quod lacus *Zambre* ad Plocensem Ecclesiam pertinebit. A quarta itaque meta in descensu *Brennicie* usque ad primam metam scilicet contra *Sweciam*, vbi *Brennicia* et *Drwancia* confluunt, sexaginta funiculi continentur, supplementum autem defectus, si quem defectum in

ipsis trecentis mansis reperiri contigerit infra metas prescriptas, ubicumque a *Brennicia* contra lacum *Saminum* iuxta suos terminos acceptandum duxerit Plocensis Episcopus, ipsius relinquimus opcioni, excluso nichilominus *Samino*, qui ad nostram Ecclesiam pertinere debebit. Residuum vero vel superfluum, si quod in hiis trecentis mansis repertum fuerit, quo loco vel situ Plocensis Episcopus nobis refundere voluerit, eciam in eius ponimus voluntate. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Culmense anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo primo, decimo sexto Calendas Junii.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 423—425 i p. 999—1001.

21. Anno 1292.

Nos Wladislaus diuina clemencia dux Cvyawie, Siradie et Sandomirie vniuersis presentes litteras inspecturis declarando publicamus, quod cum venerabilis et dilectus nobis in Christo pater Thomas, dei gracia Plocensis Episcopus, coram nobis proponendo exposuisset suas persecuciones, insidias et timores, non solum forinsecos sed eciam intestinos petiuissetque suppliciter et instanter, vt sibi concederemus municionem construere in villa episcopatus Plocensis, que *Opogy* dicitur, ab omni onere fisci vacuam et securam; nos tam vera, que proponebat, quam iusta, que petebat, plenius cognoscentes postulata concessimus perenniter et liberaliter presentibus nostris litteris cum nostri sigilli effigie legitima roboratis. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre donacionis munificenciam violare, aut ei ausu temerario contraire. Datum anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 431—432.

22. Anno 1292 in dominio Cracouiensi ante Miechow.

In nomine domini amen. Quoniam omnia memorie commendare pocius diuinitatis, quam humanitatis existit, ideo antiquorum sanxit auctoritas acta humana scripturarum et testium testimonio roborari. Proinde tam presens etas nouerit, quam futura, quod nos Wladislaus dei gracia dux Sandomirie, Cvyawie et dominus Siradiensis volentes profectum ac honorem Ecclesie Plocensis non diminuere, sed pocius augmentare, necnon ad peticionem venerabilis in Christo patris nostri domini T. dei gracia Episcopi Plocensis, damus ac concedimus sibi liberam ac

omnimodam facultatem in villa sui Episcopatus, que wlgariter nuncupatur *Opogy*, que sita est in terra Cuyawiensi castrum edificare et plantare, prout sibi melius et Episcopatui suo comodius videbitur expedire. Et ne ambiguitas suboriri valeat de cetero super his aliqualis, presentes scribi iussimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum in dominio Cracouiensi ante Myechow per manum domini Fulconis cancellarij Cuyauiensis presentibus quam plurimis fidedignis sub anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo secundo.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 432—433.

23. Anno 1299 d. 6 Augusti in Płock.

In nomine domini amen. Quoniam plerumque accidit, quod ea, que a sapientibus prouide et districte ordinantur perpetuo mansura, fluxu temporis a memoria labuntur hominum, nisi litterarum testimonio muniantur. Nouerint igitur vniuersi tam presentes, quam futuri, quod nos Boleslaus dei gracia dux Mazouie et Czyrnensis considerantes, quod quedam controuersia seu difficultas sepius agitur inter homines ecclesie Plocensis et nostros pro eo, quod sortes nostre villis ecclesie et ecclesie nostris coniuncte sunt et commixte, volentesque huiusmodi dispendium amputare, commutacionem fecimus cum venerabili in Christo patre domino Johanne Plocensi Episcopo suoque capitulo dantes sibi sueque ecclesie in perpetuum nostras sortes in *Reczino, Mlodochowo* et *Souoclescz*, que nos contingebant, pro sortibus memorate ecclesie, videlicet *Dzarnowo, Lvowo* et *Minino*, liberantes ipsas ab onere seruitutis, ita ut gaudeant pleno iure ac libertate, quo vel qua gaudent cetere ville ecclesie sepius iam prefate. Vt autem hec nostra commutacio robur perpetue obtineat firmitatis, presens scriptum nostri sigilli munimine precepimus roborari. Actum et datum in Ploczk anno gracie millesimo ducentesimo nonagesimo nono in crastino beati Dominici confessoris presentibus hijs comitibus: Criuosando palatino, Zbigneo thezaurario, Cristino succamerario, Henrico subiudice, domino Floriano et domino Gunthero nostris capellanis, et aliis nobilibus terre nostre.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 863, 864.

24. Anno 1300 in Płock.

In nomine domini amen. Quoniam acta hominum nonnunquam obliuiosus error subripit adeo, quod a memoria cunctorum plerumque [euanescunt] si linguis testium aut litterarum testimonio non fuerint perhennata. Nouerint igitur vniuersi tam presentes, quam futuri [presentem paginam] inspecturi, quod nos Boleslaus dei gracia dux Mazouie et Chyrnensis commutacionem fecimus cum venerabili patre domino [Johanne Plocensi], dedimusque ei hereditatem nostram *Racicouo* uulgariter nuncupatam contiguam [hereditati ecclesie Plo]censis eodem nomine uocate, pro predio eiusdem ecclesie Plocensis, quod *Jassyno* uulgari uocabulo appellatur, tradidimus in perpetuum possidendam sub hac forma, vt prefata hereditas eadem gaudeat libertate, qua gau[dent cetere vil]le ecclesie memorate. Ut autem hec nostra commutacio robor perpetue optineat firmitatis, presens scriptum [appensionis nostri si]gilli munimine precepimus roborari. Actum et datum in Plozc anno domini M° Trecentesimo, presentibus hiis: comite Henrico subiudice, Stanislao subpincerna, Sassino subdapifero, Suantoslao subuenatore et alii fidedignis.

Archiw. Kapituły Płockiej. Dok. perg. oryg. mocno zniszczony; znaczna część całkiem wydarta czy też wygryziona; pieczęci brak, od której pozostał szczątek sznurka jedwabnego.

25. Anno 1307 d. 2 Julii in castro sancte Marie.

Nos frater Carolus de Treveris generalis magister fratrum ordinis hospitalis beate Marie Thevtonici Jerosolimitani notum facimus vniuersis presentes visuris earundem tenore protestantes, quod cum ante annos aliquot cum inclito principe domino Wladislao duce Cracouie causa colloquy super diuersis causis secum tenendi apud antiquam Wladislawiam conuenissemus quamplurimis nostris fratribus nobiscum tunc ibidem existentibus inter alia nostra cum ipso placitata tandem in hoc specialiter secum concordauimus, quod illa bona in *Schynyceu* cum quinquaginta mansis circa *Golubam* sibi dimisimus et assignauimus, non tamen sub alterius modi iure aut condicionibus, quam sub quo et qualibus eadem bona predicta receperamus ab illustri principe domino Semowitho duce Dobrinensi illius germano clare momorie, ac eciam tenueramus temporibus retroactis. Protestamur eciam his scriptis illa bona *Granczew* nuncupata iuxta territorium *Michalowo* situata detinere, ymo esse venerandi in christo patris

domini Johannis Plocensis Episcopi, quemadmodum scire potuimus in ipsius litteralibus instrumentis super hoc confectis presentatis ac lectis eciam coram nobis. In quorum testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in castro sancte Marie anno domini Millesimo tricentesimo septimo die Processi et Martiniani martyrum.

Kopiarz Katedry Płockiej p. 425—426 i 1002—1003.

III.

DOKUMENTY KUJAWSKIE.

Skupionych razem znajduje się dokumentów Kujawskich najwięcej w II-gim Tomie Kodeksu Dyplomatycznego Polskiego. W mniejszych ilościach nie brak ich w niejednej z nowszych publikacyji średniowiecznych dyplomatów; tak spotykamy zarówno w Kodeksie Dypl. Wielkopolskim, jak we Wschodnio Pomorskim, Pruskim, biskupstwa Chełmińskiego, jak nareszcie w II i III Tomie Kodeksu Dypl. Małopolski materyjał z Kujawskich zaczerpnięty archiwów, i dzieje Kujaw rozjaśniający; spotykamy się dalej z Kujawskimi dyplomatami w mniejszych kilku zbiorkach, między którymi „Wzory Pism dawnych“ senatora Stronczyńskiego najcelniejszym są i najbogatszym.

Główną skarbnicą dokumentów Kujawskich jest archiwum Kapitulne we Włocławku, później dopiero wymienić wypada archiwum Kościoła Strzelnieńskiego, o którem już poprzednio po krótce zdawaliśmy sprawę, jeszcze później archiwum Państwowe w Poznaniu, w którem przechowane są przywileje Cystersów Byszewskich, a nareszcie kilka kollekcyj prywatnych, między którymi celuje pewna biblijoteka prywatna w Warszawie, posiadająca w swych zbiorach część przywilejów biskupstwa Włocławskiego, i Muzeum ks. Czartoryskich w Krakowie, niezmiernie w dokumenty średniowieczne zasobne. Żałować wypada, że kassata klasztorów w Królestwie Polskiem spowodowała rozstrzelenie się znacznej ilości cennych zabytków, a zwłaszcza ubolewania jest godnem, iż srogi ten los dotknął i archiwum najbogatszej może fundacyi Cysterskiej w Polsce, archiwum klasztoru Sule-

jowskiego. Wiele Sulejowskich dokumentów jest już ogłoszonych drukiem, kilka bardzo ciekawych przynosi badaczom dopiero zbiór obecny, ale właściwie nie mamy dotąd żadnej wiadomości, jak wielkim był całkowity zasób dyplomatów tego klasztoru. Nie był wprawdzie Sulejów klasztorem Kujawskim, ale znajdując się na granicy Małopolski doznawał on szczodrobliwości książąt Kujawsko-Łęczyckich na każdym kroku, a ztąd mogą przywileje Sulejowskie wzbogacić tak dobrze Małopolski jak Kujawsko-Łęczycki Dyplomataryjusz. Dotąd odszukanym nie został żaden kopijaryjusz przywilejów Sulejowskich, chociaż najmniejszej nie ulega wątpliwości, że było ich kilka, i że jeszcze w pierwszej połowie naszego stulecia znanym był jeden z nich kilku badaczom.

Poszukiwania nasze chociaż przedsiębrane były we wszystkich archiwach i biblijotekach w których można było liczyć na obecność Kujawsko-Łęczyckich dokumentów, nie są jednak wyczerpujące. Rozporządzając krótką stosunkowo ilością czasu, zmuszeni byliśmy najważniejszy przedewszystkiem uwzględniać materyjał, i dlatego, o ile mniemamy, wyczerpnęliśmy całkowicie tylko dokumenty z w. XIII. Co się tyczy wieku XIV, to Włocławskie jedynie dokumenty w całości uwzględnione zostały, Byszowskie odpisaliśmy tak jak Strzelnieńskie jedynie z w. XIII.

Głównie mieliśmy na oku wyszukanie nieogłoszonych dotąd dokumentów, przeważna też część dyplomatów, w obecnej umieszczonych gruppie, po raz pierwszy wydaną zostaje. Z zasady nie przedrukowywaliśmy materyjału pomieszczonego w nowszych wydawnictwach i tylko w niewielu wypadkach staliśmy się tej zasadzie niewiernymi. Zazwyczaj zachodzi to wówczas, kiedy większej wagi dokument na podstawie kopii ogłoszonym został, a myśmy mieli sposobność korzystania z oryginału. Co się tyczy mniejszych zbiorków, lub trudniej przystępnych a zwłaszcza dawniejszych wydawnictw, to nie wahaliśmy się zaczerpnąć z nich do Kujaw odnoszących się dokumentów. Tak np. włączyliśmy do naszego zbioru materyjał zawarty we „Wzorach pism dawnych“ Senatora Stronczyńskiego, lecz oczywiście tylko o tyle, o ile nie został on już w innych przedrukowany publikacyjach, jak zwłaszcza, w nowym Dyplomataryjuszu Pruskim. Sądzę, że rzadkość „Wzorów“, z których 40-tu znanych egzemplarzy, żaden nigdy w handlu księgarskim się nie znajdował, że dalej okoliczność, iż tekst drukowany umieszczony przy „Wzorach“ nieraz jest bardzo błędnym a obecność podobizn sprostowanie omyłek umożliwia, dostatecznie usprawiedliwiają objęcie znajdujących się we „Wzorach“ dokumentów Kujawskich w niniejszej gruppie,

jak również usprawiedliwią pomieszczenie z tego samego źródła zaczerpniętych dokumentów Mazowieckich w gruppie następnej.

Zaznaczyć się nam godzi, że nie zamierzając przygotować na razie kompletnego Dyplomataryjusza Kujaw i Łęczycy, chcieliśmy tylko uzupełnić znany już zkądinąd materyjał, a ztąd ma nasz zbiorek dokumentów Kujawskich z konieczności pewien fragmentaryczny i urywkowy charakter, którego zaprzeczać bynajmniej nie zamierzamy. Nie przestając jednak w dalszem zbieraniu materyałów, nie wątpimy, iż po pewnym przeciągu czasu zdołamy dotychczasowy nasz zbiór znakomicie uzupełnić, a wówczas, zwłaszcza jeżeli się znajdą odpowiednie środki, możebnem będzie przystąpić do pracy nad wyczerpującym Dyplomataryjuszem Kujawsko-Łęczycko Sieradzkim, który obejmować będzie cały tak nieogłoszony dotychczas, jak już z rozmaitych wydawnictw znany materyjał. Tymczasem więc zechcą badacze łaskawie nie przykładać do naszej publikacyi miary, którą słusznie oceniać mogą na większą skalę opracowywane dyplomataryjusze, pomnąc, że jedynie dlatego dzielimy się z nimi dotychczasowym naszym plonem, aby przedsiębrane na polu historycznem prace na o ile możności kompletnym opierały się zasobie dokumentów. Odnosi się to tak dobrze, do nieznanych dotąd aktów, jak do wydrukowanych w nieprzystępnych prawie zupełnie zbiorach, lub do pomieszczonych luźnie w jakiem czasopiśmie, a najczęściej wówczas przez większość badaczy nieuwzględnionych dokumentów.

Co się tyczy opisu archiwów, z których korzystaliśmy, to po części wyręczyli nas poprzednicy, jak pp. Zakrzewski i Perlbach, z których każdy wszystkie nasze objechał archiwa i biblijoteki. Oprócz więc wzmianki, że w Arch. Państwowem w Poznaniu znajduje się obok z klasztoru Koronowskiego pochodzących oryginałów, także w końcu XVII stulecia zapisany kopijaryjusz, wypadnie nam chyba tylko bliżej opisać kopijaryjusze kapituły Włocławskiej, które wprawdzie są już przez pana Perlbacha dwukrotnie [1]), ale nie dość dokładnie opisane. Nie czynimy oczywiście ztąd żadnego zarzutu znakomitemu wydawcy i krytykowi, boć nie było to jego zadaniem, wydając dyplomataryjusz Pomorski, rozwodzić się w wyczerpujący sposób nad każdym z licznych kopijaryjuszy, jakie z niestrudzonym zapałem i z wielką szybkością przeglądał. Ponieważ jednak Włocławskie to właśnie archiwum najwięcej nam dostarczyło dokumentów do gruppy niniejszej, przeto staje się nieodzownym dla nas obowiązkiem,

[1]) Najpierw w pomieszczonym w „Zeitschrift des Westpreiss. Vereins“ — „Bericht über eine für das pommerell. Urkundenb. übernommene Reise nach Polen“ p. 3, a następnie w przedmowie do Dyplomataryjusza Wschodnio Pomorskiego p. XXVI.

nieco bliżej kapitulne omówić kopijarze. Nas obchodzących kopijaryjuszów znajduje się w Archiwum Kapitulnem Włocławskiem 5.

1. Kopijarz I., pisany w drugiej połowie XVI wieku liczy w pierwszej swej części kart 504 i zawiera dokumenty rozłożone według kluczy (claves) w porządku systematycznym. Część druga zawiera indeks na początku którego czytamy napis: „Catalogus omnium priuilegiorum, libertatum, immunitatum, dotacionum, empcionum, bonorum Ecclesie cathedralis Wladislaviensis per venerabilem Andream Naramowski et Andream Witowski canonicos Wladislavienses conscriptus anno domini 1578 die 16 Aprilis". — Następują potem w części drugiej liczne odpisy dokumentów przeważnie z w. XVI a między innemi stanowią osobny dział: „Priuilegia venerabilis collegy vicariorum Wladislaviensium".

2. Kopijarz II., pisany w r. 1551 liczy w pierwszej części kart 132 tekstu i 6 kart indeksu. Napis na pierwszej stronie brzmi: „1551, Summarius litterarum et priuilegiorum ecclesie Cathedralis Wladislaviensis episcopi et capituli in capitulo generali Assumpcionis Virginis Matris dei ad rectificandum comendatus". Druga część zaczyna się od napisu: „1551, Summarius et index litterarum et priuilegiorum venerabilis capituli Ecclesie catedralis Wladislauiensis, que venerabile capitulum anno domini Millesimo quingentesimo quinquagesimo primo in capitulo generali Assumpcionis Marie Virginis Marie dei instituit regestrare tezaurario suo venerabili domino Petro Piotrkowsky canonico Wladislauiensi simul et fabricatori ac conseruatori supellectilis et rerum omnium ecclesie prefate Wladislauiensis, prius enim nonnulla priuilegia et littere scripte erant in librum statutorum et eapropter in hoc regestro non inueniuntur, et que scripta sunt eo indice in nomine domini dei locantur iuxta ordinem dicti summary. Jesus Cristus, Maria"; poczem następuje indeks na 4 kartach i 254 kart tekstu jedną pisanych i liczbowanych ręką, a następnie idzie jeszcze ze sto kart różnemi zapisanych rękoma z XVI i początku XVII wieku.

3 Kopijarz III pergaminowy z r. 1611, liczy kart perg. 183 prócz systematycznie ułożonego indeksu. Kopijarz ten opisał Dr. Perlbach w przedmowie do Dyplomataryjusza Wschodnio-Pomorskiego p. XXVI.

4. Kopijarz IV., z początku XVII wieku, liczy kart 549 wielkiego formatu i opatrzony jest indeksem; odznacza się tem, iż brakuje w nim dokumentów odnoszących się do klucza Pierkowskiego i Łagowskiego.

5. Tak zwany „Liber sculteciarum" ztąd, iż przeważna ilość zawartych w nim dokumentów, ma za przedmiot osadzenie wsi

biskupich na prawie Sredzkiem. Kopijarz ten opisał Dr. Piekosiński w przedmowie do II Tomu Kod. Dypl. Małopolski p. XI. Zawarty w Liber Sculteciarum materyjał bardzo jest wprawdzie ze względu na stosunki majątkowe biskupstwa ważnym i ciekawym, ale pomieszczone w nim dokumenty niezmiernie jednostajną odznaczają się stylizacyją. Dlatego ograniczyliśmy się przy korzystaniu z tego kopijaryjusza do wieku XIV.

Prócz tego mogliśmy, dzięki wskazówkom Najprzewielebniejszego księdza Prałata Chodyńskiego, wypisać kilka dokumentów z ksiąg archiwalnych, w których tylko wyjątkowo odpisy przywilejów zamieszczone zostały.

TEKSTY.

1. Anno 1224, in Ylow.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Omnia, que aguntur in leui tempore, simul transeunt cum fuga temporis, quia non leuia a leuibus trahunt originem, nisi fuerint scripti memoria perhennata. Notum sit ergo presentibus, nec lateat eciam posteritatem, quod ego Conradus dux Masouie et Cuiauie in remissionem meorum pecatorum contuli villas istas: *Ylow* cum omnibus ascripticiis in eadem villa manentibus cum ecclesia, *Lubotin* cum duobus lacubus et theloneo, medietatem *Visocka* cum medietate lacus [et] castoribus tam in lacu, quam eciam in *Visla* manentibus in vtraque ripa, prout longe termini eiusdem hereditatis protenduntur, domui et fratribus de *Suleiow* iure perpetuo possidendas cum omni libertate, filiis sui Boleslawo et Semouito coram eodem stantibus et patris donacionem approbantibus. Ut autem hec donacio robur habeat firmitatis, nostri sigilli munimine est roborata. Actum est autem hoc anno domini MCCXXIV in Ylow coram iis testibus: Thoma subiudice, Vitgone, Boseo, Pribizlauo, Gismaro, Vilelmo, qui hoc idem priuilegium conscripsit. Qui autem hoc violare presumpserit, anathema sit in perpetuum.

Arch. kapit. Włocł. kopiarz I fol. 221.

2. Anno [1227] d. 29 Junii in Horlow.

Michael, dei gracia Cuyauiensis episcopus, licet indignus vniuersis Cristifidelibus eiusdem diocesis presentes litteras inspecturis salutem et paterne dileccionis augmentum. Licet omnibus nostre diocesis ex iniuncte nobis administracionis officio teneamur pro loco et tempore verbi dei pabulum ministrare ac eciam vniuersarum curam gerere animarum, ad quod tamen non sufficimus per nos ipsos, libenter id per alios procuramus. Noueritis igitur, quod nos dilectis et deuotis fratribus ordinis Predicatorum in Gdanzk per totum episcopatum nostrum comisimus officium predicacionis eisdem auctoritatem plenariam concedentes, ut in quibus diebus et locis, in quibus populo ministrauerint verbum dei, ad plus quadraginta dierum indulgenciam facere possint, et minus eciam secundum diem, festum et quantitatem ac deuocionem populi congregati. Damus insuper eisdem fratribus auctoritatem audiendi confessiones ac penitencias iniungendi et introducendi exclusos homines in ecclesiam ac eciam dispensandi, cum quibus dispensandi viderint provide et magnitudinem contricionis et qualitate (s) et quantitate (s) delicti. Quidquid autem super predictis et aliis signis, [que] eisdem occurrerint, provide duxerint faciendum, ratum et firmum habemus. In cuius rei euidenciam presens scriptum nostri sigilli munimine iussimus insigniri. Datum Horlow in [III?] Calendas Julii.

Archiwum Kapitulne we Włocławku Lib. 19 fol. 165. Ten i trzy następne dokumenty dochowały się jedynie w potwierdzeniu następcy Michała, biskupa Wolimirza, które brzmi w sposób następujący: «Nos igitur Wolimirus dei gracia Episcopus Cuiavie et Pomeranie anno gracie MCCLIIII supradictis indulgenciis ac privilegiis tam ipsis, quam eorum sigillis diligenter reuisis et examinatis in nullo invenimus ipsa penitus violata aut conmaculata, propter quod fratribus predictis in Gdanysk hec omnia nostra auctoritate ratificamus et approbamus. In huius rei testimonium presens scriptum studuimus nostri ac Wladislaviensis capituli sigillorum munimine roborare». — 'Wszystkie cztery dokumenty biskupa Michała dla Dominikanów Gdańskich są bez daty roku. Przyjmując rok 1227 jako datę ich wystawienia oglądamy się na wydane w pierwszej połowie tego roku przywileje Świętopełka i biskupa Michała, które ogłosił Dr. Perlbach (Pommerell. Urkundenb. Nr. 34, 36), również do klasztoru Dominikanów Gdańskich się ściągające. Nie sądzę, aby autentyczność, któregokolwiek z czterech dyplomatów biskupa Kujawskiego uledz mogła uzasadnionym zarzutom.

3. Anno [1227] d. 29 Junii in Horlow.

Michael divina miseracione Episcopus Cuiavie et Pomeranie licet indignus cunctis Cristifidelibus in suo episcopio literam hanc inspecturis salutem et profectum de virtute in virtutem. Quamvis nostri officii sit . . . . . predicacionis spinas et tribulos diversorum peccatorum de terra cordium subditorum nostrorum eradicare et virtutes et bona opera inserere, tamen quia per nos ipsos exercere non valemus, dilectis fratribus ordinis predicatorum, qui sunt per nos et per ducem Swanthopolcum in Gdanyszk ad sanctum Nicolaum collocati, studuimus committere. Quia vero, quamdiu est homo in hoc mundo, sine domicilio esse nequit, fratres predicti in magna solicitudine positi sunt, quia ecclesiam et claustrum ceperunt edificare et non habent unde consumare, et sic quandoque predicacioni non possunt vacare. Vt igitur fratres memorati in tranquillitate cordis et pace omnimoda, ecclesia perfecta et claustro consumato, queant habitare et sancte predicacioni, que est saluti hominum valde proficua, semper valeant intendere, quicunque ad opus predictum eos iuuerint confisi de misericordia Dei et iniuncta penitencia, [ipsis] decem dies relaxamus. Et ut istud firmum sit, paginam presentem sigillo nostro munimus Datum in Horlow III Calendas Julii.

Archiwum kapitulne we Włocławku Lib. 19 fol. 165.

4. Anno [1227].

Michael divina miseracione Episcopus Cuiavie et Pomeranie omnibus Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in salutis auctore. Cum tempus instabile [sit] sicut et rerum acciones, que perennari poterint, si in scriptis reducentur causa memorie posteris imprimendo. Nouerint igitur tam presentes quam futuri, quod nos ecclesiam sancti Nicolai fratrum predicatorum in Gdansk XV° Calendas Julii consecrantes uniuersis Cristifidelibus in anniversario dedicacionis illius ad illam confluentibus indulgenciam unius anni, confisi de gracia superni, inspecturis contulimus, duo vero altaria videlicet beati Petri V° Calendas Julii et sancti Nicolai XIIII° Calendas Julii, in eadem ecclesia consecrantes in anniversario consecracionis altaris principis apostolorum XL dies, gloriosi vero pontificis Nicolai LX dies populo fidelium congregato indulgencie condonamus. Indulgenciam eciam XL dierum per legatum domini pape quondam Mutinensem Episcopum consecratorem altaris Beate Virginis ad dictam confir-

mavimus. Ut vero scriptum hoc tanquam frivolum et irritum non reputetur, presentem literam nostri sigilli munimine roboramus.

Archiwum Kapitulne we Włocławku Lib. 19 fol. 165.

5. Anno [1227].

Michael dei gracia Cuiavie et Pomeranie episcopus universis plebanis eiusdem Pomeranie salutem et paternam dilectionem. Significamus vobis omnibus, quod licet fratres nostri charissimi Fratres Predicatores ad sanctum Nicolaum in Gdanyszk nostra donacione et exempcione ad nullam partem de sepultura reddendam sint obligati, tamen pro bono pacis, si voluerint et eis placuerit, hoc declaramus et definimus, ut de spoliis tantum defunctorum, non de offertorio, terciam partem spoliorum conferant, eis vero, qui missam defuncto, si ad eorum ecclesiam portatus fuerit, non celebraverint, si funus secuti non fuerint, si vocati et petiti ad confessionem ad dandam evcharistiam et extremam inunctionem venire neglexerint, ipso facto hec eadem porcio eis denegetur, pena nichilominus ab archidiacono, vel qui vices eius habuerit eis pro tali negligencia infligenda remaneat. Volumus insuper et precipimus, ut plebani in Gdanyszk villas circumiacentes, a quibus decimas et utilitates percipiunt, in sacramentis teneantur procurare. Et hoc ipsum sigilli nostri munimine roboramus.

Archiwum Kapitulne we Włocławku Lib. 19 fol. 165.

6. Anno [1233—1257].

Quia non minus est salubre, quam decorum, si momentanea corporum comoda in iuges censeantur usus animarum, ego Paulus Crusuiciensis Ecclesie Archidiaconus accedente fauorabili consensu incliti ducis Kazimiri villam *Chelmen* a duce Boleslao nostro patri collatam et ad me hereditario iure deuolutam ecclesie confero Crusuiciensi cum omnibus uidelicet, que ipsius uille nomine dinoscor possidere. Et ut hec nostra donatio calumnie non pateat emulorum, presentem cartulam Ducali, episcopali, Ecclesieque sigillis pro cautelarum abundantia roborare decreui.

Archiw. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 17°. Datę tego dokumentu dokładnie oznaczyć się nie da. Paweł występuje jako

scholastyk Kruszwicki na dokumencie Kazimierza Kujawskiego z roku 1233 (Rzyszcz. i Muczk. Kod. Dypl. Polski II. 1. p. 12), pierwszym zaś znanym nam archidyjakonem Kruszwickim jest Jan (ibidem p. 610; Perlbach Pommerell. Urkundenb. p. 141), występujący na dokumencie Sambora z roku 1257. Ztąd należy wnosić, że zajmował Paweł godność archidyjakona kollegijaty Kruszwickiej nie wcześniej jak w roku 1233 [po 6 Października] a nie później jak przed rokiem 1257.

7. Anno 1233 d. 6 Octobris in Juvene Wladislav.

Michael diuina miseracione episcopus Cuiauiensis. Quoniam gesta memoria digna tunc denique sunt in perfeccione, cum in posteritatis noticiam per literarum deriuantur monimenta, vniuersos episcopii nostri prelatos, canonicos, necnon plebanos scire dignum duximus, quod nos accedente Vladizlauiensis capituli coniuencia archidiaconalem personatum ecclesie restituimus Crusuiciensi, quem dominus quidem Hogerius iam dicte decisum ecclesie, Vladizlauiensi archidiaconatui, qua nescimus, vniuerat intencione. Quod factum et si dominus Bartho dissimulare quam corrigere maluerit, nos nichilominus a deo nobis collato pocientes patrocinio maluimus germanas ecclesias debitis gaudere personatibus, quam alterius incrementum in relique cedere detrimentum. Acta sunt hec in Vladizlav Juvene anno gracie M°CC°XXX°III° pridie nonas Octobris sacra synodalia nobis celebrantibus.

Archiw. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. pozb. pieczęci, od której wiszą sznurki jedwabne różowe.

8. Anno [1240] [1]).

Cum piarum sit mentium ibi culpam agnoscere, ubi culpa minime reperitur, multomagis hiis uigilare debet sollicite et studiose, quem culpa deprimit manifesta et euidentia patrati sceleris deo reddens alienum ab ecclesie excludit unitate, qualiter ualeat et possit matris ecclesie in gremium reuocari, ac graciam deperditam consequi sui conditoris. Pensatis igitur hiis et aliis exhortacionibus patrum beatorum et in corde nocte dieque reuolutis ego Conradus dux Lanchicie pensans me deum ac ecclesias scilicet Wladizlauiensem et Plocensem enormiter offendisse ex hoc, quod in calore indignacionis intemperate ductus consilio

[1]) Co do bliższego oznaczenia daty tego dokumentu per. Perlbach, Preussisch-Poln. Studien I p. 122 Nr. 93.

peruersorum dominum J. scolasticum earundem ecclesiarum suspendy morte absque deliberacione iussi interire, ecclesiam Romanam de necessitate super hoc dum consuluissem ab ipsa munus absolucionis postulando uel absolucionis per venerabilem patrem meum F. Gneznensem Archiepiscopum michi super hoc impertite petendo confirmacionem, quam absolucionem sedes apostolica reddens irritam et inanem uenerabili uiro domino T. Episcopo Wratislauiensi et discreto uiro domino G. scolastico Cracouiensi delegauit, ut recepta a me condigna satisfaccione mihi inpenderent munus absolucionis. Predicti uero patres mei in negocio sibi conmisso racione preuia incedentes rigorem iuris erga me misericorditer temperando ad absolucionem meam processerunt suscepta a me eadem satisfaccione, quam in accessu absolutionis primo facte ad instanciam domini Archiepiscopi ecclesiis prenominatis meo detestabili facto lesis et dehonestatis contuleram humiliter et deuote. Verum quia in satisfaccione exhibita assensum meorum filiorum dominus Episcopus Wratislauiensis et scolasticus Cracouiensis supradicti non inuenerant ad hoc accessisse, negocium absolucionis mee aliquantulum extitit propter hoc prorogatum et me extunc pia monicione ac paterna exhortacione sollicitauerunt, quatenus filii mei scilicet B. Mazouie et K. Cuiauie duces in suis ducatibus ecclesiis nominatis satisfaccionem inpensam et libertatem perpetuo indultam suo gratuito assensu solidarent. Videntes autem filii mei nominati, hoc ecclesie sancte cedere ad honorem et anime mee esse ad salutem, satisfaccionem iam datam et libertatem inpertitam ratam habentes, inclinati paterna peticione, domino T. Episcopo Wratislauiensi propriis sigillis instrumentum libertatis communitum, in quo libertas ecclesiarum predictarum plenius continetur specificata, transmiserunt. Vt autem hec donacio robur sorciatur perpetue firmitatis et a meis successoribus inuiolabiliter conseruetur sine omni concussione, patribus meis reuerendis domino M. Cuiauie et domino P. Mazouie Episcopis presens instrumentum conferendo duxi supplicandum, quatenus has meas collaciones non solum in armario ecclesie Wratislauiensis fideliter et diligenter faciant conseruari, inmo per sedem apostolicam meis temporibus procurent eciam confirmari, ut zelus ambicionis nullum meorum successorum, dum clausero diem extremum, flectat et inducat ad facti tam pii perturbacionem.

Archiw. Kapit. Włocławskie. Dok. oryg. perg., pieczęć księcia mocno zniszczona wisi na sznurku jedwabnym różowym. Na pieczęci widać postać księcia na koniu, trzymającego chorągiew. Jest ten dokument ogłoszony w Kod. Dypl. Wielkop. I. Nr. 226.

9. Anno 1242 d. 7 Junii in Semolbo.

In nomine domini amen. Quod geritur in tempore, simul cum labente labitur tempore, nisi testimonialis littere memoria perhennetur. Notum sit igitur vniuersis tam presentibus, quam futuris, quod nos Kazimirus dei gracia dux Cuiauie hereditatem *Dobrcham* cum lacu suo, quam dominus Yvo Cracouiensis Episcopus domui sancte Marie sanctique Thome de *Svliov* hereditario iure contulit perpetuo confirmamus et in remedium anime nostre predecessorum ac successorum nostrorum hanc vti volumus omnimoda libertate, ita, quod coloni manentes in eadem villa liberi sint et inmunes ab omnibus solucionibus et exactionibus videlicet a *pouoloue* et *podvoroue*, a *povos*, a *wiuos*, a *naras* et ab omni *prewod*, ad castra construenda uel constructa reparanda et linienda et ad expediciones nullatenus ire conpellantur, conductum nullum ducant, nec ab aliquo recipiant, capita nichilominus, que ab incolis prefate ville contingerint, nullus nisi fratres dicte domus recipiant, et vbicunque uadunt, emunt uel uendunt, theloneum nullatenus soluant. Vt autem plenaria perpetuo gaudeant libertate, volumus, ut ad nullam secularem prouocentur uel citentur audienciam preter nostram et hoc cum littera nostra et sigillo. In cuius rei testimonium presentem paginam supradictis fratribus contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Huius vero rei testes sunt: Mirozlaus iudex, Stanizlaus venator, Criuozud et frater eius Grimizlaus, Zbilut, Cosma, Martinus subcancellarius et alii multi. Datum in Semolbo in vigilia Pentecosten anno domini M°CC° quadragesimo secundo.

Arch. Kapit. Włocł. Dok. oryg. perg. pozbaw. pieczęci.

10. Anno 1244 d. 22 Junii apud Ciuitatem Castellanam.

Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis abbati monasterii sancte Marie et sancti Gothardi iuxta Wladizlauiam eiusque fratribus tam presentibus, quam futuris religiosam vitam professis. In perpetuam memoriam. Religiosam uitam eligentibus conuenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito reuocet, aut robor, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis peticionibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genitricis et virginis Marie et sancti Gothardi iuxta Wladizlauiam, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra proteccione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institucionem Cisterciensium fratrum a nobis post concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruentur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium impresenciarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum uel principum, oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma nobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinenciis suis in *Bolezlaui* in *Gleuo*, in *Gansin*, in *Bikouo*, in *Raccino*, in *Clemin*, in *Lypcino*, in *Colenkou*, in *Porczcin*, in *Orimengo* et in *Pouescin* villis, possessiones et redditus cum lacu eciam et pertinenciis earundem cum pratis, uineis, terris, nemoribus, usuagys et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et inmunitatibus suis. Sane noualium uestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit siue de ortis, uirgultis et piscacionibus uestris uel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seclo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monesterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licencia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere Quod si quis forte retinere presumpserit, licitum vobis sit in ipsos monachos vel conuersos regularem sentenciam promulgare. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius Capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum est, facte fuerint, eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus, ne aliquis monachus siue conuersus, sub professione vestre domus astrictus, sine consensu abbatis et maioris partis Capituli vestri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium Capituli vestri providentia constitutum, nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere forte presumpserit, non teneatur Conuentus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis, sive civilem sive criminalem contineant questionem, fratrum vestrorum testimoniis uti, ne pro defectu testium ius vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper

auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel qualibet alia persona ad Sinodos vel conuentus forenses vos ire, vel iudicio seculari de vestra propria sustantia vel possessionibus vestris subiacere compellat; nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel conuentus aliquos publicos conuocandi venire presumat, nec regularem electionem abbatis vestri impediat, aut de instituendo vel remouendo eo, qui pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus, in cuius parrochia domus vestra fundata est, cum humilitate ac devotione, qua conuenit, requisitus, substitutum abbatem benedicere et alia, que ad officium episcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum sit eidem abbati, si tamen sacerdos fuerit, proprios novicios benedicere et alia, que ad officium suum pertinent, exercere, et vobis omnia ab alio episcopo percipere, que a vestro fuerunt indebite denegata, illud adicientes, ut in recipiendis professionibus, que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur, ea sint episcopi forma et expressione contenti, que ab origine Ordinis noscitur instituta: ut scilicet abbates ipsi saluo Ordine suo profiteri debeant, et contra statuta Ordinis sui nullam professionem facere compellantur; pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro Oleo sacro vel quolibet ecclesiastico Sacramento, nullus a vobis sub obiectu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere; sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcunque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice Sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis, quod postulatur, impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacauerit, interim omnia ecclesiastica Sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis; sic tamen, ut ex hoc imposterum propriis episcopis nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis, si quem episcopum, Romane Sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apostolice Sedis recipere valeatis. Porro, si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum, vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, sive etiam in mercennarios vestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint, vel ad laborandum adiuverint, in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint: ipsam tanquam contra Sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam; nec littere ille firmitatem habeant, quas nomine Cis-

terciensis Ordinis et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nichilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestra paterna imposterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus Ordini vestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, ream se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant, Amen. Amen. Amen.

Ego Innocencius catholice ecclesie episcopus.

† Ego Rainaldus Ostiensis et Velletriensis Episcopus subscripsi.

† Ego frater Jacobus Penestrinus Episcopus ss.

† Ego Oto Portuensis et sancti Rufini Episcopus ss.

† Ego Petrus Episcopus Albanensis ss.

† Ego Willelmus Sabinensis Episcopus ss.

† Ego Stephanus s. Marie trans Tiberim tituli s. Calixti presbiter Cardinalis ss.

† Ego P. tituli s. Marcelli presbiter Cardinalis ss.

† Ego frater Johannes tituli s. Laurencii in Lucina presbiter Cardinalis ss.

† Ego Rainerius s. Marie in Cosmidin diaconus Card. ss.
† Ego Riccardus s. Angeli diac. Card. ss.
† Ego Goffridus s. Adriani diac. Card. ss.
† Ego Octauianus s. Marie in uia lata diac. Card. ss.
† Ego Petrus s. Georgy ad vellum aureum diac. Card. ss.
† Ego Johannes s. Nicolai in carcere Tulliano diac. Card. ss.
† Ego Willelmus s. Eustachii diac. Card. ss.

Datum apud ciuitatem Castellanam per manum magistri Martini sancte Romane ecclesie vicecancellarii X kal. Julii indiccione II, Incarnacionis dominice anno M°CCXLIIII° Pontificatus uero domini Innocencii pape IIII anno primo.

Archiwum Państwowe w Poznaniu Koronowo 1. Dok. oryg. perg., bulla papieska wisi na nitkach jedwabnych żółtych i różowych. — Bulla ta dotychczas drukowaną nie była, wspomina o niej Winter (Die Cistercienser des Nord-östlichen Deutschlands. II p. 375). cf. Janauschek Origines Cisterc. I p. 251 przy klasztorze w Koronowie.

11. Anno 1247 in Pripust.

In nomine domini amen. Ne res gestas aboleat processus temporum, confirmat illas sollempnis titulus litterarum. Ego igitur Kazimirus notum facio vniuersis tam presentibus quam futuris, quod cum dominium Cuiauie a domino Conrado patre meo reciperem, conmutacionem, quam idem pater meus cum Redzslauo et Martino filiis Bozani olim habuerat, dando eisdem R. et M. hereditatem nomine *Vilchino* pro uilla *Hurorco*, innouaui emendaui ac beniuole acceptaui; adieci eciam, quod prefata uilla *Vilcino* a *poduos* et *strosa* perpetuo permaneat absoluta. Et quia probacionum copia sepius subtrahitur et ueritas occultatur, in huius rei testimonio presentem paginam sepedictis militibus R. et M. contuli sigilli mei roboratam. Huius uero rei testes sunt Bozeus iudex, Nicolaus tessaurarius, Pribizlaus pincerna, Albertus subiudex, Thomas subuenator, Pribizlaus subagazo, Vbizlaus, Grozlauus, Johannes Pucosca, Mauricius subcancellarius, Vincencius, Petrus, Stephanus, Raphael, Teodorus, Albrectus, Pribizlauus, Naciuoj et Predzlauus. Datum in Pripust anno domini M°CC° quadragesimo septimo.

Arch. Kap. Włocł. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci, od której pozostał sznurek jedwabny żółty.

12. Anno 1248 in Zcgey.

In nomine domini amen. Ne res gestas aboleat processus temporum, confirmat illas solempnis titulus literarum. Nos igitur Casimirus dux Lancicie et Cuiauie notum facimus uniuersis presentibus et futuris, quod nos Marco capellano nostro, fidele seruicium ipsius in aliquo uolentes recompensare, hereditatem, que dicitur *Lausino*, eidem contulimus, quam dictus M. in nostri presencia pueris suis, videlicet Lazaro et fratribus suis, donauit sibi et suis posteris iure hereditario perpetuo possidendam. Nos vero precibus inclinati capellani nostri prefati Marci ipsius donacionem confirmauimus ac beneuole acceptauimus. In cuius facti testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Adiecimus eciam, quod in dicta villa soluciones, que de consensu nobilium nostrorum infra constituentur, preter *strosam*, a qua eam perpetuo absoluimus, more debito accipiemus. Huius vero rei testes D. Volimirus cancellarius Lancicie, Mauricius cancellarius Cuiauie, Florianus thesaurarius, Jacobus subcamerarius, Johannes subtesaurarius, Vbislaus subpincerna, Curardus, Petrus, Jalbrectus. Datum in Zcgey anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo.

Arch. Kapit. Włocł. Kopiarz papier. (IV) z w. XVII fol. 475; na boku dopisek kopisty: =non scribatur.=

13. Anno 1250 d. 6 Octobris in Syradz.

In nomine domini nostri Jhesu Christi amen. Quia soli diuinitati conuenit in nullo deficere et omnium memoriam habere, ideo condicionis humane fragilitas artificio sibi remedium quesiuit, in quo vigor fabrice naturalis opificis uoluntate defecit. Ne igitur, quod agitur in tempore, cum euolucione temporis a memoria euanescat, apicum karacteribus assolet eternari. Quamobrem presentibus et futuris presentem paginam inspecturis innotescat, quod nos Kazimirus dei gracia dux Cuiauie et Lanchicie zelo karitatis accensi in presencia venerabilium patrum Fulconis, dei gracia Gneznensis archiepiscopi, et Thome, eadem prouidencia Wratislauiensis episcopi, controuersys inter nos ex una parte et venerabilem patrem Michaelem, diuina disposicione Wladislauiensem episcopum, exhortis ex altera, in quos super iuribus et libertatibus ecclesiarum et ecclesiasticorum prediorum concorditer et communiter compromisimus, talis inter nos et iam dictum Episcopum composicio interuenit, vt videlicet ipsa

ciuitas kathedralis Wladeslauia, quantum territorium canonicorum occupat, omnino sit libera a *powoz*, a *prewod* eciam militari, *podimne*, *poduoroue*, *strosa*, a procuracione uenatorum et falconariorum, a lagenariis, a pistoribus et generaliter ab omnibus seruitutibus et iuribus ducalibus et castri, quocunque nomine censeantur, exceptis uenatoribus castorum infra suos terminos tantum, et quod incole ciuitatis coram nullo alio respondebunt preter ducem vel dominos ipsorum, liberi a castri edificacione et omni expedicione preter terre defensionem, si forte aliquis exercitus terminos cuiauie inuaserit. Canonicis eciam eiusdem ciuitatis hoc recognoscimus, quod ad ipsos theloneum pertinet a foro *Zgouendie* usque in Wislam, ubicunque fluuius Zgouendia transeatur, ad quos eciam dicimus pertinere *targowe* de eadem Wladislauia cum theloneo nauium per Wislam ibidem transeuncium, villis autem eiusdem Episcopi necnon predicte Wladislauiensis et Cruswiciensis ecclesiarum antiquis, hoc est ante ingressum nostrum in ducatum cuiauie acquisitis, quas ad differenciam nouarum inferius duximus annotandas, et earum incolis huiusmodi tribuimus libertatem, quod omnes asscripticii tantum episcopi seruicio et ipsius iudicio sint deputati, ita quod ad nos vel nostra seruicia aut soluciones, quibuscunque nominibus censeantur, nullum habeant respectum, eo dumtaxat excepto, quod super hereditatibus coram solo duce respondebunt. Liberi autem easdem villas antiquas inhabitantes a *powoz*, *Naraz*, *podimne*, *poduoroue*, *strosa*, a custodia ecorum (s), a procuracione falconariorum et falconum, a decoccione et euectione potus nostri et ab aliis omnibus seruitutibus, qualitercunque nominentur, debent esse inmunes, preter quod *prewod* ducent militare et uenatores nostros, qui *izstare* nominantur, ac uenatores castorum more militari recipiant, sed si ipsos uenatores ad aliquam talium uillarum pro nocturno declinare contingerit, solo feno erunt contenti, et semel in anno recipientur. Pistores eciam in transitu nostro recipient et panem apud ipsos factum deducent vel ad stacionem ducis vel ad eius proximam villam, prout eis conmodius uidebitur, qui eciam liberi incole earundem uillarum a nemine iudicabuntur preter ipsorum dominos et ipsum ducem, qui fuerit pro tempore, et castellanorum, in quorum fuerint districtu, personas, ita, quod nec coram ipsorum iudicibus citati respondebunt, et si quis alius ipsos iudicare presumpserit, nos iudicium pronunciamus esse nullum. Ad exercitum autem idem liberi homines, quocienscunque nos omnibus aliis publicam fecerimus expedicionem, et non aliter, uenire tenebuntur, eis exceptis sine numeri prefinicione, qui in negociis vel seruicio episcopi remanserint, in quo casu credetur fidei procuratorum ipsius episcopi. Ab huiusmodi eciam expedicione licite

prepositi, decani, cantores, et quelibet alie persone dictarum ecclesiarum, de hominibus liberis pro suis seruiciis quilibet sex, et simplex canonicus tres inpune retinebunt. Qui eciam homines liberi dictarum uillarum ad duo castra nostra Bedigostam et Wizsegrod edificanda siue reparanda uenire tenebuntur, ita tamen quod simul tam episcopi quam dictarum ecclesiarum homines duas tantum stubellas edificabunt vel reparabunt et similiter sub eisdem stubellis fossatum, nec omnes uenire tenebuntur, dummodo opus conpetenter et tempore oportuno perficiatur, nec alias stubellas vel fossatum reparabunt, ipsorum integris remanentibus, quas eciam lapidibus vel lateribus, dummodo velint, ipsis liceat edificare. Clericis autem diocesis Wladislauiensis et omnibus aliis nos hoc ius imperpetuum recognouimus, quod nec a nobis, nec ab alio quocunque iudice seculari preter patrimonia debeant iudicari, eciam si eorum mandato aliqua fuerint per quoscunque laycos conmissa, in quo casu nec ipsi layci debent iudicari, cum clerici de ipsorum, ut diximus, mandato ea, pro quibus layci conueniuntur, in iure confitebuntur esse admissa, sed laycis absolutis clerici ad suos iudices remittentur, coram quibus, si suspecti fuerint, iurabunt, quod maliciose eosdem laycos a suis iudicibus non excipiunt. Promisimus etiam bona fide, quod nec per nos, nec per alium inpediemus vel inpediri permittemus, quominus dicto episcopo et eius clericis liceat libere uendere, ducere ac in uillis nostris et aliorum quorumcunque locare decimas ad ipsos pertinentes, siue de eis aliter, prout eis placuerit, ordinare, et inpeditores, cum super hoc fuerimus requisiti, conpescere, recognoscentes decimam monete eidem episcopo pertinere, sic, ut crescente moneta crescat et decima, in cuius exaccione promisimus nos episcopo assistere, quociens per ipsum fuerimus requisiti. Concessimus eciam, ut quilibet clericus et laycus suum patrimonium in ecclesiam quocunque modo vel tytulo siue moriens siue sanus possit transferre, a nobis vel a nostris successoribus licencia nec habita nec petita, iure tamen ducali pristino in eisdem villis remanente, hoc tamen nobis denunciare tenentur non, ut inpediamus, sed pocius, quod ab ipsis factum est, approbemus et acceptemus. In cuius rei signum *Cobulnizsam* villam Lasconis, quondam canonici Wladislauiensis, ecclesie restituimus Wladislauiensi, et recognoscimus libere et in perpetuum eidem episcopo et ipsius successoribus ius venandi in omnibus siluis et in aquis tam castorum quam et aliarum bestiarum, cuiuscunque generis infra terminos de *Zlotoria*, de *Chechocim* et *Radcinz* constitutis, similiter et in *uince* ius uenandi castores tantum et in lacu *Smevce* et paruo fluuio de ipso descendente, qui *Luchora* appellatur, concedentes eisdem episcopo et suis omnibus [successoribus] ius piscandi in omnibus

ipsorum fluuiis. Quantum autem ad castellaniam de *Voybor*, que ad ipsum episcopum pleno iure pertinet, recognoscimus et promisimus, quod omnem libertatem et omnia iura, quam bone memorie illustris dux Conradus noster pater eidem episcopo et episcopatui suo de nostro consensu concessit, plene et fideliter conseruare. Et specialiter recognoscimus, quod in tota castellatura de *Voybor*, eciam si villa fuerit ducalis vel militis vel cuiuscunque alterius, et specialiter in siluis de *Syroslaue* sibi soli liceat uenari castores et bestias cuiuscunque generis. Nomina autem villarum antiquarum predicti episcopi hec sunt: *Smevce*, *Oselsco*, *Carnov*, *Dzvirstino*, *Lanschsco*, *Charne*, medium molendinum *Parchane*, *Brodna*, *Ostinscovo*, pars de *Murinovo*, *Chleuischa*, *Pribislaue*, *Straszevo*, *Mlechcouo*, *Turno*, *Ratchens*, *Psareuo*, *Otluchino*, *Selino*, *Zlotoria*, *Chechocino*, *Broze* cum castoribus, *Grabcouo*, *Socolouo*, *Lubomino*, *Sosnka*, *Pasci*, *Criri* Woyconis, *Logevo*, piscatorum sors in *Dalcovo*, *Vinare*, *Mozurouo*, sors in *Cvlino* archiepiscopi, *Cvcer*, *Vnome*. Ecclesie vero Wladislauiensis hec: ipsa Wladislauia, in qua ecclesia cathedralis sita est, prout ad canonicos eiusdem ecclesie noscitur pertinere, *Cvressino*, *Loparcino*, *Seuersco*, *Nestoyseuo*, *Chomimino* cum sorte *Sdvnov* ei adiacenti, *Ceslino*, *Brezno*, villa que est iuxta *Yaconov*, *Sadove*, *Coluda*, *Popovo*, *Smoltco*, ecclesie: *Sycorouo*, *Sobota*, *Rosdraseuice*, *Nemche*, *Campa;* Crusuiciensis autem iste: Crusuicia ipsa circa ecclesiam, prout termini ipsorum canonicorum protenduntur, *Petrkova*, *Borcharcce*, *Nysino*, *Jaxino*, due sorte apud piscatores, *Slauencino* in *Radcens;* ville sancti Petri: *Crosino*, *Gora*, *Thupadla*, *Podole*, *Dambroua*, *Slupi*, sors iuncta ville archiepiscopi iuxta *Radeyo*, *Conarevo*, sors decani in *murin*, *Obora*. Hiis igitur uillis et earum incolis nos pro nobis et successoribus nostris libertates et iura supradicta in perpetuum donauimus. In aliis autem uillis, quas idem episcopus vel dicte ecclesie in presenti possident, vel in futurum iustis tytulis acquirent, iura ducalia, qualia nobis prius in ipsius conpetierunt, per omnia reseruamus. In memoriam igitur gestorum presentem litteram tam predictorum venerabilium patrum domini F. dei gracia Gneznensis archiepiscopi et Th. episcopi Wratislauiensis necnon et nostro et prefati domini M. Wladislauiensis episcopi sigillis duximus muniendam. Acta sunt hec anno Incarnacionis domini M°CC°L pridie nonas Octobris in domo fratrum predictorum in Syradz presentibus: Nicolao preposito, Egidio decano, magistro Jacobo cantore, Albero archidiacono, Stephano custode, magistro Petro, Benedicto, Nicolao, canonicis Wladislauiensibus; Volimiro preposito Rodgero decano, Henrico archidiacono, Alberto custode, Sandislauo canonicis Crusuiciensibus, magistro Nicolao scolastico Kra-

couiensi, Reynaldo archidiacono Kalisiensi, Mistiuuyo archidiacono Lanciciensi, Stephano canonico Wratislauiensi.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. opatrzony czterema pieczęciami, z których wiszą arcybiskupia i biskupa Wrocławskiego na białych jedwabnych, a książęca i biskupa Kujawskiego na różowych nitkach; pieczęcie są zaszyte bardzo starannie w białą skórę, na której współczesną ręką wypisane są nazwy osób, do których należą: 1) Sigillum Gneznensis archiepiscopi, 2) na książęcej okrągłej napisu niema, 3) sigillum Wrat. Episcopi, 4) S. Cuyauiensis episcopi. — Jest ten dokument drukowany w Kod. Dypl. Polskim II p. 600 Nr. CCCCXLV, ale pod rokiem 1252 i z późnej stosunkowo kopii.

14. Anno 1255.

Anno gracie MCCLV vicinia de *Wolborz* et alia de *Rosprza* per comitem Budzislauum iudicem curie et Vitum tezaurarium Lancicie illustris Cazimiri ducis Lancicie et Cuiauie auctoritate uocate super eo et requisite, ut terminos et limites supradictarum castellaniarum ostenderent ab antiquo constitutas, cum requisiti fuissent, iuramento affirmauerunt in animas suas accipientes, quod terminos castellanie de *Wolborz* et alterius de *Rosprza* antiqua constitucione isti fluuii sic diuidunt et terminant: primus qui dicitur *Lucosa*, quod influit in *Pilczam*, secundus *Copriwnicza*, vbi influit in *Lucosam*, tercius *Pyrsna*, vbi cadit in *Copriwniciam* et quartus *Smolna*, vbi incidit in *Grabam*, vlterius uero per totam *Grabam* vsque in *Chocessowic* ad bancos, per quos *Graba* transit; fures venacionum castellanie de Wolborz dux iudicabit, exceptis ascripticiis eiusdem castellanie, et iudicatum cedet duci et Episcopo per medium diuidendum. Venator vero ducis et subvenator inde nichil penitus debent percipere, custodes syluarum debent esse, qui dicuntur *Gaiownici*, tam ducales quam episcopales, sed ducales colendam apud asscripticios non accipient, sed eos, cum ad ipsos venerint, in expensis pro sua possibilitate procurabunt. Liberi uero homines in villis ducalibus, episcopalibus, militaribus seu quilibet alii ducales infra metas memorate degentes castellanie, custodes subditorum episcopales et ducales equaliter in expensis et colenda procurabunt. Dux eciam semel in anno castellaniam transiens memoratam venabitur per syluas et nemora, et quandocunque homicidium ocurrerit in castellania sepedicta, penam capitis Episcopus inter suos homines percipiet. Et ne protestaciones huiusmodi cadant apud posteros in abyssum obliuionis, nos Cazimirus Dux Lancicie et Cuiauie venerabili Patri Wo-

limiro, Wladislauiensis Ecclesie Episcopo, presens scriptum contulimus nostri sigilli munimine roboratum promittentes eidem et suis successoribus hoc et alia omnia priuilegia sigillo illustris principis Patris nostri Cunradi bone memorie, quondam ducis predictarum prouinciarum, et nostro sigillata in perpetuum firmiter obseruare.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 254°.

15. Anno 1255 [1]).

In nomine domini amen. Nos Kazimirus dei gracia Dux Lanchicie et Cuyauie notum facimus omnibus presentem litteram inspecturis, quod cum inter nos, ex vna parte, et magistrum P. et fratres domus Thetonnice, ex alia, super diuersis articulis questio uertereturi (s), tandem prudentum consilio mediante, de consensu et voluntate partis vtriusque talis inter nos amicabilis ordinatio interuenit. Dominus P. et fratres domus Theutonice nobis dimidiam partem terre Lubauie secundum tenorem priuilegiorum olim inter dominum B. fratrem nostrum illustrem, principem Mazouie, et inter nos conceptorum, dimitunt nobis cum pleno iure, dominio et potestate, quam eciam dimidietatem terre nostre magis uicinam et melius adiacentem, iusta et recta facta diuisione, nobis assignabunt. Nos eciam dicto magistro et fratribus promisimus omnia adimplere atque (s) per priuilegia patris nostri bone memorie vel nostra sumus obligati; de iniuriis vero et dampnis inter nos factis per nos vel nostros taliter est ordinatum, quod ad ea, que non sunt in forma iudicij vel per alium modum decisa, eligentur quatuor uiri, duo uidelicet Commendator Henricus et Reinko ciuis Culmensis ex parte nostra in terra fratrum predictorum; Magister vero et fratres duos: Comitem Bogusam pallatinum et Witrammum Scultetum de Gnieucou elegerunt, coram quibus omnia iusticia decidentur mediante. Cetera vero, que postmodum emerserint inter homines nostros et fratrum predicatorum, actor forum rei sequetur, vbi si iusticiam non inuenerit, recursus habeatur ad superiorem, piscatura eciam in Wizla, vbi communiter aquam habemus cum fratribus, libera erit per totum nobis cum fratribus sepedictis. Ordinatum est eciam inter nos et fratres sepe dictos, quod quicunque seruorum nostrorum in terram fratrum confugerit, et nos per litteras nostras mandauerimus fratribus dicentes bona fide ipsum nobis esse uinculo seruitutis obligatum, ipse nobis sine omni contradictione

[1]) cf. Perlbach Preussisch Poln. Studien I p. 129 Nr. 167.

restituetur. Si vero seruus noster nobis incognitus est, per sex testes, quos dicemus fidedignos, ipsius conditio probabitur seruitutis, et tunc nobis cum vxore, pueris et bonis suis omnibus dimittetur, saluo in omnibus iure matrimonij, que omnia nos eisdem fratribus promittimus uersa uice. In Wizla vero, que nobis et ipsis fratribus est communis, nec per nos nec per fratres aliqua clausura construetur. Insuper promittimus, quod nulli uolenti inpugnare fratres vel terram ipsorum inpedire, nec per nos nec nostros inpendemus auxilium, consilium vel fauorem, quod eciam magister et fratres ante dicti nobis bona fide promiserunt. Preterea nos omni iuri, actioni siue commodo, quod nobis ex donacione domini pape super terris Pollexia et Golenz competebant, renunciamus, Magister eciam et fratres sue appellationi renunciauerunt. In cuius rei perpetuam memoriam presentem litteram nostro et venerabilium patrum Cuyauiensis et Lubucensis Episcoporum, qui huic negocio interfuerunt, et fratris Herbordi Custodis polonie ordinis fratrum minorum duximus confirmandam. Acta sunt hec in Juuene Lodizlau, anno ab incarnacione Domini M°CC°LV° presentibus: domino Janussio Cancellario nostro, Comite Bogussio Castellano de Crusvicia, Domino Strescone pincerna lanchicie, Magistro Milone et aliis quam pluribus.

Dok. oryg. perg. opatrzony czterema pieczęciami w zwykłym wosku wyciśniętemi, zawieszonemi na paskach pergaminowych. Pierwsza podługowata wyobraża postać biskupa z pastorałem w prawej, z księgą w lewej. W otoku napis: † S. Wolimiri Dei gracia episcopi Wladizlaviensis. Druga bardzo zniszczona okrągła, wyobraża księcia zbrojnego przebijającego lwa mieczem. Poza księciem brama forteczna o jednej wieżycy. W otoku: † S. Kazimir..... Dvcis L..... et....uie. Trzecia podługowata bardzo uszkodzona przedstawia postać biskupią. W otoku: ...Wilhelmi..... episcopi Lubuce... Czwarta podługowata wyobraża popiersie Matki Boskiej. Pod przełęczą klęczący mnich. W otoku napis: ...S. Custodis Wratislaviensis (Arch. XX. Czartor. Sz. I). Dokument ten ogłoszony został z oryginału znajdującego się w Archiwum Państwowem w Królewcu w Preussisches Urkundenbuch p. 224 Nr. 303.

16. Anno 1257.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Nos Casimirus dei gracia Lancicie et Cuiauie dux notum facimus vniuersis tenorem presencium inspecturis, quod ad suggestionem quorundam villam Boriscowo in districtu Wolboriensi situatam, credentes ad nos et nostrum dominium pertinere, Nedabilio de *Lucoslauic* contuleramus, sed postmodum venerabilis in Christo

pater noster Wolimirus Wladislauiensis Episcopus ad nostram presenciam accedens vera ostensione et probacione sufficienti coram nobis declarauit, quod ad ipsius et castellanie de Wolborz supradicta villa pertinet proprietatem. Propter quod eandem villam cum omnibus suis pertinenciis episcopo prenominato et suis successoribus restituimus sine omni concussione in perpetuum possidendum. Et ne super hoc in posterum dubium aliquod suscitetur, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum in Sl... anno gracie MCCLVII.

Arch. Kapit. Włocł. Kopiarz I fol. 25o.

17. Anno 1257 in Chelmecz.

Volimirus diuina miseracione ecclesie Wladislauiensis episcopus uniuersis Christifidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo, qui est omnium nostra (s) salus. Cum inter Michaelem canonicum nostrum Crusficiensem ex parte una et Ozan Slantis (s) ex altera super causa decimarum mota esset discordia, quam dictus Ozan contra iusticiam soluere renuit et propter hoc idem Ozan a nobis sentencia excommunicacionis esset legitime innodatus, tandem partibus in presencia [nostra] constitutis predictus Ozan absolucionis beneficium a nobis meruit obtinere, tali videlicet condicione apposita, quod de omni territorio suo cum ceteris incolis decimam persoluet, sicut sui progenitores hactenus persoluerunt, quadam villa excepta tantum, que *Quilino* nuncupatur, in qua sibi et suis successoribus talem decreuimus facere graciam, quod, decima sue arature in supradicta uilla fideliter collecta, ipsam in proprium horreum deponi facient, quam dicto canonico et suis successoribus dabunt integraliter requisiti. Si uero dictus Ozansz et sui successores in colleccione dicte decime inuenti fuerint fraudem adhibere, hoc comperto et probato, extunc cum ceteris incolis in campo decimam soluere tenebuntur canonico memorato et eidem in prebenda successuris et graciam eis liberaliter factam perdent, nisi aliud postmodum a nobis meruerint impetrare, quod omnibus, quorum interest vel interesse potuerit, tenore presencium duximus intimandum. Vt autem hec roboris firmitatem obtineant, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum et datum in Chelmiecz probis uiris et honestis presentibus: magistro Venceslao phisico, Ehgberto, Liphardo cantore, Alberto canonico Crusficiensibus, Jacobo sacerdote et Venceslao plebano de Chelmiecz anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz IV. fol. 475, z dopiskiem z boku =non scribatur.=

18. Anno 1257 in Wladizlav iuuene.

K. dei gracia dux Lanchicie et Cuyauie vniuersis presencium inspectoribus notum esse uolumus, quod comes Nicholaus Bartholomeijouicz, subpincerna Lanchicie, uillam a nobis sibi uenditam, que *Smensco*, *Vitouo*, *Oscouiza* uulgariter nuncupatur, cum omnibus ad eam pertinentibus venerabili patri domino Wolimiro Wladislauiensis Episcopo Ecclesie pro triginta marcis argenti uendidit ei et successoribus suis iure hereditario in perpetuum possidendam, iure nostro nobis in eadem conseruato. Quam uendicionem quia predictus miles in nostra est presencia protestatus, nos huiusmodi contractui libenti consensimus animo, ipsum sigilli nostri munimine [presentibus] roborantes. Datum in Wladizlau iuuene anno domini M°CC°L°VII°.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. mocno uszkodzony i pozbawiony pieczęci.

19. Anno 1257 d. 10 Novembris in Sger.

In nomine domini amen. Ne res gestas temporum aboleat processus, confirmat illas sollempnis titulus litterarum. Sciant ergo presens etas et futurorum posteritas, quod nos Kazimirus, dei gracia dux Lanchicie et Cuiauie, monasterio sub dicione et dominio nostro posito, quod Byssouia dicitur, Ordinis Cysterciensis, Vladislauiensis dyocesis pro anima coniugis nostre defuncte Constancie bone memorie et pro salute nostra necnon puerorum nostrorum Lestkonis et Semomisly villas duas, que vulgariter *Transchitz* et *Sucow* nominantur in districtu castellature Wischegrod sitas iuxta fluuium, qui Wisla vocatur, cum omnibus pertinenciis suis et utilitatibus uniuersis et castores infra districtum dictarum hereditatum in Wisla manentes cum omnimoda libertate contulimus hereditarie, pacifice ac quiete in perpetuum possidendas, ita quod coloni manentes in eisdem villis plenaria gaudentes libertate a *preuod*, a *pouoloue*, et *poduoroue*, a *pouoz*, a *uiuoz*, a *naras*, a *wymeth*, a *nastaua*, a *vesnica*, a *mostne*, a *poradlne*, a *stroza* et ab omnibus aliis seruitutibus, solucionibus et exaccionibus, quocunque vocabulo censeantur, liberi sint penitus et immunes, ad pontem castri faciendum siue reparandum et ad castra construenda uel constructa limienda

nullatenus laborabunt, neque aliquod vectigal prestabunt, capita eciam, que ab incolis dictarum villarum contingerint, nullus nisi fratres prefate domus recipiant, et theloneum, ubicunque per terram nostram vadunt, emunt vel vendunt, nullatenus solvere teneantur. Liceat eciam ipsis fratribus infra terminos et terminos dictarum hereditatum piscari libere et venari. Et homines in prenominatis villis conmorantes castorum captores non recipiant et *socol* non custudient et ad expediciones communes non ibunt. Ut autem omnimoda gandeant libertate, volumus eos dictas hereditates siue villas cum omni iure, iurisdicione ac iudiciis quibuscunque in omnibus omnino locis dictarum villarum ac hereditatum necnon in viis publicis et priuatis plene et integraliter perpetue possidere. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam presentem paginam ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Actum in Sger in vigilia beati Martini episcopi anno gracia M° ducentesimo quinquagesimo septimo presentibus hiis: comite Setegio palatino Lanichicie, Janussio cancellario, Budrislao iudice, Vito thesaurario, Thoma subdapifero, Joseph scriptore eiusdem priuilegy et aliis multis nobilibus.

Biblioteka prywatna w Warszawie. Dok. oryg. perg., pieczęć, przedstawiająca księcia przebijającego mieczem gryfa, wisi na nitkach jedwabnych różowych. Napis w otoku w większej części nieczytelny ....dei gracia..... Cuiauie. Przywilej ten nie wzbudza podejrzenia ani ze względu na treść, ani co do świadków. Mimo to uznać w nim musimy falsyfikat z XIV wieku, z pierwszych lat Kazimierza Wielkiego. Dowodzi tego pismo dokumentu i cała zewnętrzna jego postać. Pieczęć jest autentyczna.

20. Anno 1258 d. 20 Martii, in Lubane.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi presens scriptum inspecturi, quod nos Bogussa, filius Mecslay, in nostrorum remissionem peccaminum tale condidimus testamentum: Venerabili patri domino Wolimiro, dei gracia Wladislauiensi Episcopo, et successoribus ipsius villam *Pousyno* cum omnibus eius pertinenciis conferentes possidendam, contulimus eciam vxori nostre, Ludimile nomine, *Lubane, Mycanouo, Cucer, Nouigrod, Sytno, Ridaue, Pomorany* et *Mlyn* villas quoadvixerit liberaliter possidendas, ita, quod *Mlyn* pro sua sibi liceat uendere uoluntate, de aliis autem villis, ut de *Nouigrod*, de *Sytno*, de *Ridaue* et de *Pomorany*, volumus et mandamus, ut sic disponat, quod eas ad vsus sancte ecclesie et perpetuam proprietatem ac possessionem post obitum suum conuertat iuxta sue beneplacitum uoluntatis,

Lubane uero, *Mycanouo* et *Cucer*, dicta uxore nostra diem claudente extremum, ecclesie sancte Marie de antiqua Wladislauia omni remota dubitacione pertinebunt, sepedicta uxore nostra cum omnibus, que sibi tempore vite sue concessimus, sub proteccione memorati Episcopi existente. Item *Zlotopole* et *Conarovo* cum omnibus suis utilitatibus confessori nostro fratri Martino ordinis sancti Benedicti conferimus ita, quod eas hospitali sancti Gothardi, sicut ibi dies suos terminare decreuit, possit relinquere, nec alias cum eisdem ad aliam domum ordinis sui libere conuolare. Item *Babche* fratribus minoribus de Juuene Wladislauia, et *Piriseuo* ecclesie Plocensi ad altare sancte Katerine, et *Stpichino* seruienti nostro Cuce contulimus in perpetuum possidendas. Actum in Lubane anno gracie M°CC°L°VIII° quarta feria proxima ante Pasca presentibus: venerabili patre domino Wolimiro Wladislauiensi episcopo, Albero decano, Stephano archidiacono, Sandislao custode, Benedicto et Johanne canonicis Wladislauiensibus, magistro Wenceslao preposito, Rodgero decano, Lyphardo cantore, Johanne archidiacono, Alberto custode, Stephano et Alberto canonicis Crusuiciensibus, Mascone preposito sancti Gothardi, magistro Hartungo canonico Gneznensi, Gostcone et Sdauyo sacerdotibus, et Ludimila uxore nostra ibidem existente et liberaliter consenciente, et aliis quam pluribus fidedignis; et ut hec roboris firmitatem optineant, nec ab aliquo ualeant uiolari, presens scriptum nostri et supradicti Episcopi ac quorundam testium supradictorum sigillorum munimine duximus roborandum.

Archiw. Kapit. Włocław. Dok. oryg. opatrzony pierwotnie 5 pieczęciami, od których pozostały skrawki perg.

21. Anno 1258 d. 24 Junii in Thorun.

In nomine Patris et filii et Spiritus sancti amen. Frater Gerardus dictus de Herzberg, preceptor domus Teuthonice s. Marie in Prussia, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in vero salutari (s). Notum sit presentibus et futuris, quod frater Poppo, cum esset magister domus nostre in Prussia, habito pleno consensu fratris Henrici summi totius nostri ordinis magistri necnon aliorum Fratrum nostrorum in predicta terra degencium vendidit domino Michaeli, Cuiauie et Pomeranie venerabili Episcopo, villam *Cransno* pro LXXV marcis argenti et sex aceruis siliginis, de quibus omnibus ante donacionem presencium protestatus est solucionem plenam sibi et suis fratribus esse factam. Quequidem vendicio facta est cum omnibus utilitatibus ad eandem villam, colliculis et arborum signis

infra terminos notabiles pertinentibus nulla parte sylue, que *Mokry* nuncupatur, exclusa. Quam villam licet predicto Episcopo et suis successoribus in perpetuum iure Culmensi possidendam vendidit, capturam tamen castorum et salis utilitatem, si forsan infra eiusdem ville terminos haberi poterit, eis specialiter, que Culmense denegauit, placuit iudulgere. Ita videlicet, quod sepedictus Episcopus et sui successores in perpetuum fratribus Domus Theutonice in Prussia racione ville memorate annuatim unum Coloniensem soluent nummum et duarum marcarum pondus in cera. Hoc eciam prouiso, quod eiusdem ville incole et aliarum villarum, que in ipso territorio ab Episcopis Cuiauie fuerint pro tempore collocate, ad expedicionem procedent pro defensione terre factam. Hanc ergo vendicionem protestamur esse factam anno domini M°CCXLV mense Marcio, sicut in instrumento super hoc confecto videntes audiuimus plenius contineri. Item nouerint vniuersi, quod frater H. Commendator terre Culmensis interfuit, vbi fratres nostri eidem bone memorie domino M. Episcopo Cuiauie habito consensu eorum, qui ad hoc requiri debuerunt et potuerunt, villas *Ostrowice*, *Vsanseuo*, *Chelmane*, pro centum marcis argenti bene ab eo persolutis cum omnibus vtilitatibus et suis pertinenciis ipsi suisque successoribus iure hereditario perpetuo possidendas sub Culmensi consuetudine legitime vendiderunt, sicut ab ipso Fratre H. et quam pluribus aliis nostris fratribus nobis extitit cercius intimatum. Preterea presentibus et futuris innotescat fratrem Henricum commendatorem de Cristburk stango cognominatum et vicemagistrum Prussie cum consensu eorum, qui ad hoc sufficere videbantur, cum omnibus vtilitatibus et pertinenciis villam *Golube* iure Culmensi et consuetudine Domino M. Episcopo Wladislauiensi suisque successoribus perpetuo possidendam legaliter contulisse cum evictionis caucione. Hec donacio iuxta tenorem literarum super hoc confectarum facta est anno domini M°CC°LIV. II[a] feria proxima post Dom. Circumdederunt. Quas literas vidimus et audivimus sub sigillo memorati Commendatoris non viciatas. Noverint etiam universi, quod frater Hermanus cognominatus Balco quondam Magister in Prussia predia *Pluscowicz*, *Mucowar*, et partem predii *Slotorie* constitutam intra Wislam et Drwencam et semitam, que ducit de uno flumine ad aliud per silvam *Mokry* dictam, quorum ius et proprietas ad Ecclesiam Wladislaviensem pertinuit ab antiquo, sepedicto bone memorie Domino M. Cuiaviensi Episcopo et suis successoribus pleno iure et perpetuo restituit possidenda. In Zane AD. MCCXXX. Nos vero requisito consensu fratrum nostrorum pleniori vendicionem, donacionem et restitucionem omnium prediorum supradictorum ratam et gratam habemus, quantum possumus confir-

mantes. Et, sicut ex literis legitime inde confectis, nec aliqua sui partis viciatis, et testimonio quorundam Commendatorum et aliorum fratrum nostrorum certissime didicimus, omnia supradicta rite et legaliter sunt peracta, et ad peticionem prefati domini M. Wladislaviensis Episcopi de consensu sanioris partis fratrum nostrorum talem dedimus et acceptavimus ordinacionem, ut de toto districtu omnium prediorum supradictorum memoratus dominus episcopus quinque servicia tantum, videlicet phaleratos equos quinque ad defensionem terre Culmensis ducere et nummos Colonienses quinque cum decem marcis cere in pondere singulis annis in festo B. Martini persoluere teneatur, et inhabitatores ea servicia faciant, que inhabitatores terre Culmensis facere consueverunt. Et ut hec roboris firmitatem obtineant, presens scriptum nostri et Commendatoris terre Culmensis ac Commendatoris de Thorun sigillorum munimine duximus roborandum. Actum et datum in Thorun AD. MCCLVIII in die beati Johannis Baptiste presentibus fratribus Richardo sacerdote, Henrico Commendatore de Nessou, Hedingo, Herbordo, Petro et aliis quam pluribus.

Archiwum Kapit. Włocław. Kopiarz Nr. I fol. 198. — Jest ten dokument ogłoszony drukiem przez Dr. Perlbacha w «Altpreussische Monatsschrift. XVIII p. 229 Nr. 4.

22. Anno 1259 d. 29 Aprilis, Anagnie.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri episcopo Lubucensi salutem et apostolicam benediccionem. Detestande consuetudinis vicium vel corruptella potius in Polonie partibus, sicut accepimus, inoleuit videlicet, ut si inter clericos vel personas ecclesiasticas et laicos super quibuscunque querelis agatur et iidem clerici et persone per testes clericos in causis huiusmodi suam intencionem probare voluerint, testimonium eorum nequaquam admittitur, nec fides eidem adhibetur, nisi laici testes una cum eisdem clericis ad perhibendum huiusmodi testimonium producantur, propter quod iura ecclesiarum et clericorum nonnunquam deperduntur eorundem. Nos igitur super hoc, prout ad nostrum spectat officium, salubriter prouidere volentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi consuetudinem, que utpote iuri contraria sine graui ecclesiarum et clericorum ipsorum lesione seruari non potest, auctoritate nostra per te, vel per alium de cetero prohibeas obseruari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo; non obstante si aliquibus ab apostolica sede indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommuni-

cari non possint per litteras apostolicas, nisi expressam fecerint de indulto huiusmodi mencionem. Datum Anagnie tercio Kalendas May, Pontificatus nostri anno quinto.

Archiw. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 89⁰.

23. Anno 1259 d. 11 Maii Anagnie.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri.. Episcopo Lubucensi salutem et apostolicam benediccionem. Cum, sicut peticio venerabilis fratris nostri Episcopi et dilectorum filiorum capituli Ecclesie Wladislauiensis nobis exhibita continebat, quondam Ludmila, relicta quondam Bogusse palatini Lancicie, uidua quasdam villas, terras, possessiones et quedam alia bona ipsius eis et ipsorum Ecclesie, prout spectabit ad ipsam, deliberacione pia et prouida duxerint concedenda, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, nos eorundem Episcopi et capituli supplicacionibus inclinati concessionem huiusmodi, sicut pie ac prouide facta est, ratam et gratam habentes, ipsam auctoritate apostolica duximus confirmandam. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus eosdem Episcopum et capitulum in corporalem possessionem earundem villarum terrarum, possessionum et bonorum inducas et inductos hac vice, sicut iustum fuerit, tuearis. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Datum Anagnie V Idus May Pontificatus nostri anno quinto.

Arch. Kapit. Włocławskiej. Dok. perg. oryg. pozbawiony bulli papieskiej, od której pozostał sznurek konopny.

24. Anno 1261.

In nomine domini amen. Noueritis vniuersi presens scriptum inspecturi, quod nos Kazimirus dei gracia dux Cuiauie deum pre oculis habentes, via eciam recta procedere volentes, villam, que *Plawno* vocatur, comitisse Ludomile, relicte Bogusse quondam palatini Lanciciensis, cum omni pleno iure ad dictam villam pertinentem restituimus, quam occupaueramus pro triplici contumacia et quibusdam aliis ex causis, concedentes eidem liberam facultatem donandi, testandi, vendendi vel quocunque alio tytulo alienandi eandem villam in quamcunque personam voluerit, siue ad pia loca cum omni pleno iure et dominio, quod aliquando in ea dicitur habuisse. In cuius rei testimonium presentem pagi-

nam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum anno M°CC°LX primo.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 321°.

25. Anno 1258—1262.

Reuerendis dominis K. serenissimo duci Cviauie et Lansicie, necnon et venerabili domino abbati de Silio frater H. dictus abbas et conuentus Vallis sancti Georgy Cysterciensis ordinis obsequium et deuotas oraciones in salutis omnium saluatore. Uenit ad nos dominus S. abbas Hospitalis sancti Gothehardi pro se et pro nobis conquerendo, quod Episcopus Cviavie ipsum insolenter inpugnaret auferens sibi dotes Cysterciensis ordinis partem sibi usurpans, partem distribuens consanguineis fundatoris, quas dotes ipse fundator, Bogussa nomine, beate memorie cum consilio et consensu venerabilis domini Episcopi Michaelis et filiarum et cognatorum et quorumlibet heredum suorum pro salute anime sue et suorum proximorum iure perpetuo Cysterciensi ordini contulit possidendas. Abbas igitur Cysterciensis missis abbatibus ad speculandum, si ad abbaciam sufficerent dotes ille, intelligens, quod sufficerent copiose, induxit abbatem Vallis sancti Georgy, ut cum conuentu suo illis dotibus uteretur. Superuenerunt pagani Pruteni et spoliauerunt fratres illos. Post hec denuo reuertendo succenderunt omnia et fratres plurimos ustulauerunt et priorem insuper occiderunt. Cum igitur predicti fratres non possent tantas miserias pluries sustinere, conmuni consensu resignauerunt domvm illam capitulo generali, quam possederunt plus quam viginti annis. Dominus Abbas Cysterciensis, qui est pater tocius ordinis, domum illam conmisit domino abbati Morimundi fideliter collocandam, qui contulit eam in manus domini Petri, abbatis de Silio, cum suis priuilegiis ordinate, nec licuit postmodum fundatori laico minimum agrum siue villam spiritali (s) ordini priuilegiatam ad manus laicas uel ad quemlibet ordinem alium sine auctoritate generalis capituli assignare. Quod si aliquis ei consuluit peruiciose, tantum est, ac si consuleret, ut cum una filia duos uel plures generos generaret. Domine Kazimire, qui estis dux et dominus terre et aduocatus dotis sancti Gothehardi, colonos, quos Episcopus locauit in dote, uel quoslibet aduersantes eicite manu forti. Quod si non sufficitis cum litteris et auctoritatibus Cysterciensis ordinis, ad sedem apostolicam appellate, et sic potestis cum dei gracia preualere. Quia fundator illius domus estis, ius uestrum est et summus decor ad salutem anime uestre, ut ple-

nam detis domui libertatem, ne conducant *prewot* uel *poduwode*, nec custodiant castores uel valcones (s) et hiis similia, que uos scitis. — Frater Helwicus et deuotus uester frater Hartungus, quibus inpendistis beneficia infinita, pro uobis orantes assidue deuotissime uos salutant.

Arch. Kapit. Włocławskiej. List oryg. na perg. spisany, pieczęci brak, która zawieszoną była na skrawku perg. Niezmiernie ciekawy ten i charakterystyczny list opata Vallis s. Georgii niema daty roku. Niewątpliwie jednak wysłanym on został do Polski po roku 1258 a najprawdopodobniej niewiele przed chwilą wystawienia dokumentu ugodowego między opatem Sulejowskim Pawłem a biskupem Kujawskim z roku 1262, który ogłaszamy poniżej. Szczegół wspomniany w liście naszym o oddaniu klasztoru św. Gotarda pod rozporządzenie opata Marymundzkiego znajduje potwierdzenie w następującej uchwale kapituły jeneralnej Cystersów zapadłej w roku 1252: «Cum abbas Vallis s. Georgii renunciaverit in capitulo generali omni iuri paternitatis, quam halebat in abbatiam hospitalitatis S. Gothardi filiam suam penitus destructam, committitur abbati Morimundi, ut auctoritate plenaria capituli, ipsam sibi, si voluerit, retineat, vel tradat alicui abbati de ordine nostro, qui eandem reedificare valeat, prout melius viderit, ordini expedire». Martene et Durand, Thesaurus Novus Anecd. IV Col. 1296; Winter, die Cistercienser des Nordöstl. Deutschlands III p. 226 Nr. 3.

26. Anno 1262 d. 30 Maii, Viterbii.

Urbanus episcopus seruus seuuorum dei. Venerabili fratri.. Episcopo Cuiauiensi salutem et apostolicam benediccionem. Et si tuis honestis precibus aures fauorabiles impendere debeamus, tunc tamen ipsas necessario exaudire nos conuenit, cum pro hiis, que commisse tibi ecclesie fauorem respiciunt, porriguntur. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod apud *Ratcsus* in solo ipsius ecclesie quoddam castrum propter metum Prutenorum et maxime Tartharorum ad tuum et familie ac successorum tuorum confugium et munimen tuis sumptibus et laboribus construxisti et constructum dinosceris possidere. Cum igitur terra Polonie ad Romanam Ecclesiam nullo pertineat mediante, nos tuis precibus inclinati, ut non obstante consuetudine, qua ut dicitur cuiquam in predicta terra preter ducem ipsius castrum edificare non licet, predictum castrum rebus sic se habentibus, ut narratur, libere munire pro tuis et ecclesie ac familie tue utilitatibus et tenere ualeas, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu

temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Viterby III kal. Juny pontificatus nostri anno primo.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. pozbawiony bulli papieskiej.

27. Anno 1262 d. 1 Junii.

Notum sit vniuersis presens scriptum inspecturis, quod nos Wolimirus dei gracia Wladislauiensis Ecclesie episcopus pro nobis et nostris successoribus cum militibus Jacobo et Petro, de *Chalino* heredibus, talem fecimus ordinacionem, quod nos super fluuium, qui *Sgouendia* nominatur, cuius unum litus est unum nostrum et ecclesie nostre, et alterum ipsorum, in nostro litore molendinum construemus, ita tamen, quod noster molendinarius, qui pro tempore dicto prefuerit molendino, prefatis militibus J. et P. demolere tenebitur et eorum heredibus, duobus tantum et non pluribus, annone sexaginta modios annuatim, id est, cuilibet ipsorum triginta. Et ne huiusmodi nostra et dictorum militum ordinacio processu temporis alicui in dubium euertatur, presens scriptum illustris domini K. dei gracia ducis Cuiauie et nostri ac nostri capituli sigillorum munimine fecimus roborari. Actum anno domini MCCLXII kalendas Junii.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 224^0.

28. Anno 1262 d. 19 Septembris in Syradz.

In nomine domini amen. Nos P. abbas de Suleyou ordinis Cisterciensis cum uoluntate et consensu nostri capituli uolentes pro bono pacis sopire contenciones et discordias exhortas inter venerabilem patrem dominum W. Wladislauiensem Episcopum et eius capitulum, ex parte vna, et nos et nostrum monasterium, ex altera, super monasterio Cisterciensis ordinis, quod dicitur hospitale sancti Gothardi, iuxta Wladislauiam et suis pertinenciis, et nominatim super bonis et possessionibus, que comes Bogussa ecclesie Wladislauiensi dicitur reliquisse in vltima uoluntate, habita sufficienti deliberacione et consilio proborum virorum, in concordia recepimus pro nobis et nostro monasterio a dicto episcopo et eius capitulo prefatum monasterium cum suis antiquis pertinenciis adiunctis eidem hospitali per prefatum dominum

Episcopum duabus villis: *Zlotopole* et *Conareuo*, quas dictus comes B. in vltima voluntate specialiter dicto hospitali reliquit, quod eciam hospitale dictus Episcopus cum suo capitulo in perpetuum dotauit decimis harum villarum: *Cholpino*, *Gansino*, quod est hospitalis, et aliud *Gansino*, quod est comitis Vbislai, item decima ville *Pircouo*. Nos autem hiis, que prediximus, pro nobis et nostro monasterio contenti omnibus aliis bonis et possessionibus uidelicet *Pousino* cum suis pertinenciis, *Luban*, *Micanouo*, *Cucerz*, *Nouigrod*, *Sitno*, *Pomorani*, *Ridaue* et *Mlin*, que in suo testamento dictus comes B. ecclesie Wladislauiensi reliquit, dicto episcopo et sue ecclesie in perpetuum renunciamus cedentes omni iuri, proprietati et possessioni et actioni, que super eisdem bonis et possessionibus nobis in presenti conpetebant uel conpetere poterint in futurum, promittentes fide bona, que prediximus, omnia per generale capitulum nostrum, ad quod primo accesserimus, nos ratificaturos; non obstante donacione, que dicitur facta fuisse inter uiuos per sepefatum comitem B. de bonis et possessionibus supradictis memorato hospitali, uel priuilegiis aut instrumentis super hiis confectis seu confirmacione super eisdem a sede apostolica impetrata. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri et predicti monasterii sancti Gothardi abbatis et quorundam testium subscriptorum sigillorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in Siraz Anno domini MCC°LX secundo XIII kal. Octobris venerabilibus patribus presentibus: Domino Janussio Gneznensi archiepiscopo, domino Prandota Cracouiensi et domino Thoma Wratislauiensi episcopis.

Arch. Kapit. Włocławskie. Dok. oryg. perg. opatrzony pierwotnie pięcioma pieczęciami na białych jedwabnych nitkach zawieszonemi, z tych pozostały tylko szczątki dwóch, od dwóch innych wiszą sznurki. Prócz tego dokumentu istnieje w archiw. Kapit. Włocław., drugi zupełnie podobnej treści ale z tą różnicą, że opatrzony był tylko dwoma pieczęciami, od których pozostały skrawki perg.

29. Anno 1262 d. 4 Octobris in Juvene Wladislauia.

In nomine domini amen. Nos Kazimirus, dei gracia dux Cuiauie, notum facimus vniuersis presens scriptum inspecturis, quod cum inter venerabilem patrem dominum Wolimirum Wladislauiensem Episcopum et eius capitulum, ex una parte, et P. abbatem de *Suleyov* ordinis Cisterciensis et eius monasterium, ex altera, super proprietate et possessione hospitalis sancti Gothardi iuxta Wladislauiam et suis pertinenciis ac super bonis, que comes Bogussa ecclesie Wladislauiensi reliquit in ultima uoluntate,

materia dissensionis fuisset exorta et super hiis satis diu litigassent, tandem inter eos mediantibus probis niris accessit conposicio, que nobis postmodum fuit exhibita sub hac forma:

=Sequitur priuilegium Pauli abbatis de Suleyov ex anno 1262 XIII kal. Octobris.=

Datum et ratificatum in Juuene Wladislauia anno domini Millesimo CCLX secundo IIII nonas Octobris.

Arch. Kapit. Włocław. w transsumpcie biskupa Warmijskiego Anzelma z 15 Lutego 1263 r.

30. Anno 1263 d. 15 Februarii.

A. dei gracia Episcopus Warmiensis, per Boemiam et Morauiam necnon per Rigensem, Gneznensem et Saltzburgensem prouincias apostolice sedis legatus, Venerabili in christo patri Wladislauiensi episcopo ac religiosis uiris abbati et conuentui Suleouiensi Cisterciensis ordinis salutem in domino. Quociens postulatur a nobis, quod racioni conueniat, et canonice consonet sanctioni, petencium desideriis facilem debemus prebere consensum, ne in eo difficiles uideamur, quod conuenit celeriter indulgeri. Eapropter venerabilis pater episcope Wladislauiensis et religiosi uiri abbas et conuentus Suleyouiensis ordinis Cisterciensis uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu conposicionem subscriptam a uobis initam acceptamque et longo tempore seruatam insuper per illustrem principem Kazimirum, ducem Cuiauie, ratificatam cum composicione inmediate supposita in hec verba:

=Sequitur confirmacio ducis Kazimiri ex anno MCCLXII IIII nonas Octobris.=

auctoritate apostolica confirmamus. Datum anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo tercio XV kal. Marcy.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. podługowaty, pieczęci szczątki wiszą na sznurkach żółtych jedwabnych.

31. Anno 1264 d. 9 Septembris in Siraz.

Lestco, dei gracia dux de Siraz, uniuersis christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino. Uniuersitati uestre tenore presencium notum esse uolumus, quod venerabilis

pater dominus W. Wladislauiensis Episcopus ad quorundam nobilium preces uirorum Leonardo militi nostro uillam Castellanie sue de Woybor, que *Carnino* nuncupatur, concessit cum omni utilitate, quo aduixerit possidendam, tali uidelicet condicione, quod ei urnam mellis soluat annis singulis usualem. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Siraz anno domini M°CCLXIIII in crastino Natiuitatis sancte Marie.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci zawieszonej pierwotnie na skrawku perg.

32. Anno 1265 in castro Torun.

Vniuersis presentem paginam inspecturis Jo. Kruszwiciensis Ecclesie prepositus et magister H. cappelle sancti Vincency ibidem cappellanus, salutem in vero salutarij. Nouerint vniuersi huius littere inspectores, quod nos villam, que *Mlyn* dicitur, a fratre Lvd. magistro terre Pruscie suscepimus in hunc modum, videlicet quod predictam villam cum omni libertate, quamdiu vixerimus, dinoscimur possidere; eo tamen excepto, quod talentum cere ac Koloniensem denarium in die beati Martini annis singulis domui persoluemus. Et dum vnus nostrum ab hoc seculo deo iubente emigrauerit, alter quamdiu superuixerit, villam iam dictam integraliter possidebit; post mortem autem vtriusque nostrum hec eadem villa cum omnibus structuris ad fratres domus theutonice reuoluetur, set de omnibus rebus nostris, que in ipsa villa fuerint, libere, quicquid nobis placuerit, faciemus. Vt autem hoc scriptum nulli sit ambiguum et nec qua possit suboriri calumpnia, presentem paginam sigillo venerabilis Kvlmesensis Episcopi F. ac fratris F. Gardiani fratrum Minorum in Thorun, pariter et nostro duximus roborandam. Datum anno domini M°CC°LX°V. In Castro Thorun.

Dok. oryg. perg., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony był pierwotnie trzema pieczęciami, na paskach pergaminowych zawieszonemi, z których tylko dwie pierwsze pozostały, obie podługowate. Pierwsza wyobraża biskupa z pastorałem w prawej, kluczem w lewej ręce, napis w otoku uszkodzony: ....Fratris Friderici Dei gracia Culmensis... Druga wyobraża zakonnika z księgą na piersiach. W otoku napis: ....Johannis prepositi Crusuicie... — Stronczyński: Wzory, Nr. 7, str. 7.; Perlbach, Preussische Urkunden aus poln. und englischen Archiwen, Altpreussische Monatschrift XVIII Nr. 6; Woelky, Urkundenbuch des Bisthums Culm I Nr. 74.

33. Anno 1265 d. 25 Junii.

Volymirus, diuina miseracione Ecclesie Wladislauiensis Episcopus, uniuersis sancte matris ecclesie fidelibus presens scriptum inspecturis salutam in domino Jesu Christo. Uniuersitati vestre tenore presencium declaramus, quod Martinus miles de Baranow hereditatem *Sbleriż*, relicte quondam comitis Bogumili uillam, magistro W. scholastico Wladislauiensi uendidit pro uiginti nouem marcis argenti vsualis in pondere Cuiauiensi et pellibus vulpinis circuitum sibi in eadem faciens, dum eam ipsi personaliter assignauit; qui coram nobis in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli ante summum altare finitis missarum sollempniis in presencia tocius capituli Crusuiciensis et populi astantis idem miles publice confessus est se vndecim marcas de parata pecunia recepisse, residuum videlicet decem et octo marcas L. Archidiaconus noster Crusuiciensis in Crumena nobis presentauit, quam manibus nostris coram omnibus predictis eidem militi exhibuimus et pensari iussimus in instanti, predictus uero miles in recompensacionem supradicte pecunie accepte promisit fide bona memorate uidue socrui sue, quod ei medietatem uille de Baranow iure hereditario daret, uel ei pecuniam restitueret memoratam. Huius rei nos et Johannes prepositus, Goslinus nunc decanus, Henricus tunc scholasticus, Albertus custos et ceteri de capitulo testes sumus, presens scriptum nostrorum sigillorum munimine roborantes. Actum anno domini M°CCLXV in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 12.

34. Anno 1265 d. 25 Septembris Perusy.

Clemens episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis.. abbati sancte Marie.. preposito et.. Cantori ecclesie Wratislauiensis salutem et apostolicam benediccionem. Sua nobis venerabilis frater noster Episcopus ac dilecti filii.. decanus et capitulum Vladislauiense et clerus Vladislauiensis ciuitatis et diocesis peticione monstrarunt, quod nobilis vir Kazimirus, Cuiauie et Lancicie dux, auaricia seu cupiditate seductus diuinaque reuerencia prorsus abiecta de *Cocolono* (s) et nonnullas alias Vladislauiensis ecclesie villas et possessiones cum pluribus bonis eorum ibidem inuentis temere occupare, necnon castrum de *Radoys* (s), quod predictus Episcopus ad suam et aliarum ecclesiasticarum personarum necnon fidelium christi tutelam ac thesaurorum predicte

et aliorum ecclesiarum sue ciuitatis et diocesis conseruacionem a continuis incursibus paganorum regionem illam impugnancium sub magnis edificauit laboribus et expensis, hostiliter capere non expauit. Huiusmodi quoque thesauros et alia plura bona ibidem inuenta secum nequiter asportauit, nec hiis contentus .. decanum et canonicos Vladislauienses de ipsorum propriis domibus uiolenter eiecit occupatis ipsorum bonis, ac rectoribus predictarum ecclesiarum, quorum aliquos affectos uerberibus temeritate propria forbanniuit, bonis omnibus spoliatis; propter quod supradictus Episcopus in ducem eundem, quia diligenter monitus de premissis satisfacere non curauit, cum ea essent adeo notoria, quod nulla poterant tergiuersacione celari, in personam ducis eiusdem excommunicacionis, et eius excrescente contumacia, in terram eius interdicti sentenciam auctoritate ordinaria promulgauit iusticia exigente. Quare pro parte Episcopi, Decani, capituli et cleri predictorum humiliter petebatur a nobis, ut sentenciam ipsam robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quocirca discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus sentenciam ipsam, sicut racionabiliter est prolata, faciatis auctoritate nostra usque ad satisfaccionem condignam, appellacione remota, inuiolabiliter obseruari. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo uestrum ea nichilominus exequantur. Datum Perusy VII kal. Octobris Pontificatus nostri anno primo.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg., bulla papieska wisi na sznurku konopnym, napis na niej: Clemens papa IIII.

35. Anno 1266.

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo sexto indiccione IX^a^. Nos Kazimirus, gracia dei Lanchicie et Cuiauie dux, uniuersis presentibus et futuris huius pagine serie declaramus, quod uillam, que *Sodlcouo* wlgariter nuncupatur, sitam in districtu castellature Wladislauiensis, que olim per Nicholaum et fratres eius filios *Mstiwgy* monasterio Mechouiensi fratrum ordinis de sepulcro domini, in Cracouiensi dominio situato, fuit hereditario iure in memoriam animarum suarum perpetuo incorporata, per nos ab uniuersitate et magistro ipsius domus pro XX^ti^ marcis argenti emptam, cum eodem iure et patronatu, quo sepedicti fratres a predictis eandem heredibus possederunt, domino Stephano archidiacono Wladislauiensi et Johanni fratri eius, filiis Godefridi, pro XXIIII^or^ marcis argenti cum predicto iure et patronatu uendidimus sibi et eorum posteris pacifice ac quiete inperpetuum possidendam, a *strosa*, *narat*, *pod-*

uoroue et *pouoz* ac omnibus aliis seruitutibus liberam, excepto hoc solo, quod unam ouem mense nostre singulis annis dare ipsi uille incole, si fuerint, tenebuntur. Et ut hoc factum a nemine successorum nostrorum processu temporis ualeat aliquatenus disturbari, presens instrumentum nostri sigilli munimine roboramus per manum Martini subcancellarii nostri. Presentibus Pribislauo thezaurario, Bronissio vexillifero, Virchoslao, Vgone subpincerna, Alberto subdapifero, Wenceslauo subgazone et Semirado subtezaurario Cuiauiensibus, Vito tribuno Dobrinensi, Alberto subpincerna Wladislauiensi, Alberto de Pripust, Petro canonico sancti Viti, Nicholao de Vissegrod et Alberto de Prdou, capellanis curie.

Archiw. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg., szczątki pieczęci wiszą na sznurku jedwabnym zielonym i różowym.

36. Anno 1267 d. 15 Aprilis.

Anno domini M°CCLX septimo XVII kal. Maij. Nos Janusius dei gracia Gnesnensis Ecclesie Archiepiscopus sentencias et arbitria latas et lata per honorabilem patrem dominum Guidonem, tituli sancti Laurency in Lucina presbiterum Cardinalem, apostolice sedis legatum, super iniuriis, dampnis et iuribus et ecclesiarum libertatibus uertente controuersia inter nos et fratres nostros Wolimirum Wladislauiensem et dominum Petrum Plocensem Episcopos, ex una parte, et illustrem principem K. Lancicie et Cuiavie ducem, ex altera, recepimus in presencia capituli Lanciciensis et receptas ad maiorem conseruacionem originalis et faciliorem exhibicionem tenorem earundem fecimus exemplari, quarum sententiarum et arbitriorum siue amicabilium composicionum tenor talis est:

Uniuersis presentes litteras inspecturis frater Guido, miseracione diuina tituli sancti Laurency in Lucina presbiter Cardinalis apostolice sedis legatus, salutem in domino. Orta dudum prouocante humani generis inimico, qui est discordie seminator, inter Venerabiles patres dominos J. dei gracia Archiepiscopum Gnesnensem, W. episcopum Cuiauie et P. episcopum Plocensem, ex parte una, ac karrissimum nobis in Christo illustrem principem dominum Kazimirum, ducem Cuiauie et Lancicie, super quibusdam iuribus, libertatibus, ecclesiarum possessionibus, iniuriis et dampnis hincinde illatis, ex altera, dissensionis materia, tandem placuit eisdem Archiepiscopo et Episcopis tam pro se, quam aliis prelatis eorum necnon canonicis, decanis atque plebanis, homini-

bus et clericis, ac domino K., ut eorum parcerent laboribus et expensis, questionem huiusmodi per uiam composicionis amicabilis terminari. Propter quod nos Cardinalis procuratorem predicti Archiepiscopi Episcopi et D. Casimiri de omnibus causis et discordiis ac controuersys, quas habeant inter se, uidelicet super iuribus, libertatibus, ecclesiarum possessionibus, dampnis, iniuriis, expensis et interesse tam super principali negocio quam accessoriis ac omnibus aliis causas ipsas tangentibus tanquam in arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem, ordinatorem et diffinitorem sponte ac libere de alto et basso compromiserunt, promittentes nichilominus stipulacione solempni, qualibet pars sub pena duorum millium marcarum argenti soluenda a parte non seruante arbitrium seu ordinacionem nostram parti obseruare uolenti, quod quicquid nos de plano et sine iudicii strepitu super predictis discordiis, controuersiis, dampnis, expensis et interesse ac aliis causas ipsas tangentibus et hiis, que oriri possint, ex eis statueremus, arbitraremus inscriptis aut sine scriptis, seruato iuris ordine uel non seruato, lite contestata uel non contestata, die feriata et non feriata, presentibus et absentibus partibus, ratum haberent atque tenerent, nec in aliquo per se, alium uel alios contrauenirent sub pena predicta, et ad hoc obligarunt se et heredes suos ac eorum successores, mobilia (s) et immobilia, presencia et futura et [ut] predicta omnia et singula maiorem firmitatem haberent, predicti Archiepiscopus et Episcopi propositis eis sacrosanctis Euangeliis ac dominus Kazimirus tactis ipsis Euangeliis corporaliter iurauerunt se predicta omnia et singula perpetuo et firmiter seruaturos. In cuius rei testimonium presens compromissum scriptum per manum Guillihelmi notarii infrascripti sigillo nostro fecimus communiri. Actum Wratislauie, presentibus religiosis uiris: Petro abbate monasterii de Muleouia (s), Henrico abbate monasterii de Bissouia Cisterciensis ordinis, Johanne preposito de Mehouia, Domiciano preposito sancti Michaelis de Cracouia, Conrado cantore, Wlosciborio preposito et Egidio archidiacono Lanciciensi, magistris Petro de Orbatho (s), Mathia canonico beate Marie in vallibus Cathalaunensibus et Egidio de Beneuento Canonico Wratislauiensi, capellanis dicti D. Legati, et Raphaele cancellario dicti domini K., presentibus aliis testibus ad hoc specialiter uocatis et rogatis sub anno domini M°CCLX septimo mense February die decima, indiccione decima, Pontificatus Domini Clementis pape IIII anno secundo. Et ego Guillihelmus de Alisia publicus sancte Romane Ecclesie auctoritate notarius predictis omnibus interfui, scripsi rogatus et meo signo sigsaui.

In nomine domini amen. Frater Guido, miseracione diuina tituli sancti Laurency in Lucina presbiter cardinalis apostolice sedis legatus, ad perpetuam rei memoriam. Cum sanctissimus pater ac Dominus C. superna prouidencia papa IIII nos ad Dacie ac Swecie regna atque Bremensem Magdeburiensem, Salseburgensem et Gneznensem prouincias cum plene legacionis officio duxerit destinandos, inter omnia desiderabilia cordis nostri: animarum salutem, libertatis ecclesie incrementum, pacis comodum et quietis bonum in cunctis locis, nostre legacionis conmissis, potissime cupientes, sedula vigilemus solercia et quod possumus sollicitudinis studium apponamus, ut possint hec laudabiliter auctore domino peruenire (s) tam in prouincia Gnesnensi animarum profectus, libertas ecclesiastica, pax et tranquillitas supradicte perueniant et seruentur eo ardencius affectamus, quo predicta prouincia Romane ecclesie deuota et censualis existit. Cum igitur in eadem prouincia inimicus hominis uarias et precipue inter Venerabiles patres Janusium Archiepiscopum Gnesnensem, Volymirum Wladislauiensem et Petrum Plocenses Episcopos et Illustrem principem Kazimirum, Lancicie et Kuiauie ducem, discordias seminasse noscatur, ex quibus pax et quies prouincie memorate turbatur, cultus impeditur diuinus, Ecclesiastica libertas confunditur et salus negligitur animarum; tandem pro bono pacis supradicti prelati et memoratus dux in nos sponte et libere tanquam in amicabilem compositorem, ordinatorem, arbitratorem seu diffinitorem compromiserunt, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, partibus igitur in nostra presencia personaliter constitutis supradicti prelati graues et multiplices de dicto duce querimonias detulerunt super eo, quod idem dux contra libertates et priuilegia ipsis et ecclesiis suis atque hominibus et clericis a dicto Duce et predecessoribus suis concessa, seruitutibus indebitis contras iustitiam opprimat, bonis suis ipsos et eorum homines spoliando, damna quoque et graues iniurias ipsis irrogando et libertates ecclesiasticas infringendo. — Ex aduerso dicto duce proponente priuilegia ab ipso et predecessoribus suis siue principibus concessa inuiolabiliter se seruasse et adhuc velle seruare, et insuper conquerente se per predictos prelatos seu per eorum facta et consilia in multis damnificatum fuisse; nos itaque predictorum prelatorum priuilegia in nostra presencia utraque parte presente fecimus exhiberi et examinauimus diligenter ac ea, que tam in scriptis, quam in sigillis uera et legitima sunt reperta, eciam per ipsius Ducis recognicionem ad tollendam inposterum omnem dubitacionem presentibus de uerbo ad uerbum transcribi et inseri fecimus per manum Guillhelmi notarii infrascripti ac nostri sigilli munimine roborari, quorum tenor talis est:

=Sequuntur privilegia:

1) Ducis Kazimiri an. 1242, 16 Junii (Cod. Dipl. Pol. II. p. 32 Nr. XXXII).

2) Ducis Kazimiri an. 1252 (s), 7 Octobris (ibidem p. 600 Nr. CCCCXLV).

3) Ducis Kazimiri an. 1255, 15 Augusti (ibidem p. 56 Nr. LXVIII).

4) Ducis Kazimiri an. 1266, 13 Aprilis (ibidem p. 70 Nr. LXXXIX).

5) Ducis Conradi an. 1239, 15 Junii (ibidem p. 20 Nr. XXIV).

6) Ducis Kazimiri an. 1235 (ibidem p. 593 Nr. CCCCXXXIX).

7) Ducis Kazimiri an. 1257, 2 Januarii (ibidem p. 605 Nr. CCCCXLVI).

8) Ducis Kazimiri an 1250 (ibidem p. 41 Nr. XLIV).

9) Ducis Kazimiri an. 1253 (ibidem p. 36 Nr. XXXIV, transsumptum).

10) Ducis Conradi an. 1243, 12 Maii (ibidem p. 36 Nr. XXXIV).

11) Ducis Kazimiri an. 1258, 2 Januarii (ibidem p. 611 Nr. CCCCXLIX).

12) Ducis Kazimiri an. 1262 (ibidem p. 615 Nr. CCCCLII).=

Partibus igitur coram nobis personaliter comparentibus et super premissis sentenciam ferri cum instancia petentibus, inuocato proborum et iuris peritorum consilio, sentenciam nostram sub dictis protulimus in hunc modum, videlicet quod priuilegia superius adnotata robur obtineant perpetue firmitatis, ad que tenenda et firmiter obseruanda sub debito prestiti iuramenti et pena duorum millium marcarum argenti apposita in compromisso dictum Ducem K. et heredes uel successores eiusdem per nostram sentenciam codempnamus; quod si forsan, quod absit, Dominus Dux per se, [aut] suos contra sentenciam nostram [per] sui dictum in aliquo uenerit uel fecerit, uel qualiter arte seu calliditate sibi [contrauenire] procurauerit, nisi ad emendacionem Diocesani, in cuius diocesi commiserit, resipuerit et de commissis satisfecerit, extunc ipsum et cooperatores et fautores suos in hac parte excommunicacionis sentenciam per totam Gnesnensem prouinciam usque ad satisfaccionem condignam precipimus inuiolabiliter obseruari.

Pro dampnis uero et iniuriis Archiepiscopo Gneznensi, hominibus suis et clericis illatis, dictum ducem K. in ducentis marcis argenti usualis ponderis sentencialiter condempnamus precipientes eidem sub penis predictis, ut de summa predicta dimidiam par-

tem soluat infra Natiuitatem Domini proximam sequentem. Dictus uero Archiepiscopus de predicta summa ducentarum marcarum centum marcas pro se habeat, alias centum marcas hominibus et clericis sue dioceseos per dictum ducem dampna passis refundat et fideliter ac racionabiliter diuidat inter ipsos, quod eidem iniungimus sub debito prestiti iuramenti.

Ceterum pro dampnis et iniuriis W. Wladislauiensi episcopo, hominibus suis et clericis sue diocesis per dictum ducem et suos illatis ipsum ducem in ducentis marcis argenti usualis ponderis sentencialiter condempnamus, in quibus ducentis marcis septuaginta marcas dicto Episcopo a dicto duce racione conposicionis inter ipsos hoc anno facte debitas uolumus computare. De dictis uero ducentis marcis Episcopus memoratus medietatem habeat et alias centum marcas inter homines suos et clericos sue diocesis dampna passos racionabiliter distribuat sub debito prestiti [iuramenti], prout de Archiepiscopo superius est expressum. Terminum autem solucionis dicto duci prefigimus: videlicet predictas septuaginta marcas, racione composicionis debitas dicto Domino Episcopo, idem dux infra octauas resurreccionis Dominice persoluat, triginta uero marcas pro restauracione dampnorum infra festiuitatem beati Johannis Baptiste soluat eidem, alias uero centum marcas infra festum omnium sanctorum proximum futurum sub penis pretaxatis soluere non omittat.

Verum cum Petrus episcopus Plocensis priuilegia sua ex certis causis non potuerit exhibere, ea venerabili patri Episcopo et Decano Wladislauiensibus inspicienda commisimus et diligenter examinanda, que si uera et legitima reperta fuerint, robur habere volumus perpetue firmitatis, et ad obseruacionem illorum predictum ducem et heredes et successores suos esse decreuimus obligatos sub penis pretaxatis, prout de aliorum prelatorum priuilegiis superius est expressum. Pro dampnis uero et iniuriis dicto P. episcopo Plocensi illatis per dictum Ducem [ipsum Ducem] in quinquaginta marcis argenti usualis ponderis sentencialiter condempnamus, ipsi Episcopo infra instantem Assumpcionem b. Virg. sub penis predictis integraliter persoluendis. Item quia legitime per testes omni excepcione maiores probatum extitit coram nobis ex parte dicti K. ducis in uillis Episcoporum et ecclesiarum seu clericorum edictum publicum emanasse, ut homines liberi in eisdem uillis conmorantes ab ipsis recederent sub pena confiscacionis bonorum et perpetue seruitutis, precipimus sub penis pretaxatis dicto duci, ut illud edictum absque more dispendio faciat solemniter reuocari et eisdem hominibus liberam tribuat licenciam reuertendi,

ac de cetero similia non attemptet. Prohibemus autem predictis Archiepiscopo et episcopis in virtute obediencie sub debito prestiti iuramenti et sub pena excommunicacionis, quam ipso facto incurrant, si in contrarium uenerint, ne aduersariis seu inimicis predicti ducis K. aut quibuscunque eidem temere nocumentum inferre uolentibus in ipsius ducis dampnum seu preiudicium contra iusticiam adherere presumant, nisi eisdem prestent manifeste uel occulte consilium, auxilium et fauorem, ne tantorum beneficiorum Ecclesiarum suarum indeuoti appareant uel ingrati, sed se deuotos eidem et beniuolos demonstrent et approbent operibus graciosis. Si qui vero supersunt articuli, de quibus non pronunciamus ad presens, retinemus nobis potestatem pronunciandi et ordinandi super illis, corrigendi et declarandi siue interpretandi, si processu temporis aliquid in pronunciatis apparuerit ambiguum uel obscurum, quandocunque videbimus expedire. Lata et pronunciata fuit hec sentencia siue dictum Wratislauie per dictum dominum legatum presentibus partibus et presentibus: venerabili patre Petro Episcopo Othouiensi, discretis viris Egidio archidiacono, Pribislao scholastico, et Conrado cantore Lanciciensibus, magistris Franschone, Egidio de Beneuento et Johanne magistri (s) Milonis (s) canonicis Wratislauiensibus, Barthone canonico Plocensi, Eluebertho capellano prefati domini Episcopi Cuiauiensis, Henrico archidiacono Kalissiensi, Raphaele cancellario, Johanne capellano et Martino clerico dicti domini ducis, magistro Petro de Orbatho ac Oddone canonicis sancti Gaudencii Cameracensibus, Matheo canonico beate Marie in Vallibus Cathelaniensibis capellanis, et Simone, Stephano et Clemente clericis domini legati predicti, ac pluribus aliis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis sub anno domini MCCLX septimo, mense Februario, die XVII, Indiccione X, Pontificatus domini Clementis pape quarti anno tercio (d. 17 Februarii 1267).

Et ego Guillhelmus de Alisia publicus sancte Romane Ecclesie auctoritate notarius prolacioni prescripte sentencie seu arbitrii interfui et ea de mandato et auctoritate predicti domini legati presentibus tribus cedulis ipsius sigillo sigillatis scripsi et in publicam formam redegi meoque signo signaui rogatus — In cuius rei testimonium presentem scripturam de verbo ad verbum ex originali sumptam nostri et capituli Lanciciensis sigillorum expressione fecimus sigillari.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 29—46.

37. Anno 1267 d. 14 Decembris in Juvene Wladislauia.

Casimirus, dei gracia Lancicie et Cuiavie et terre Dobrinensis dux, Uniuersis sante Matris ecclesie fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino Jesu Christo. Uniuersitati uestre tenore presencium significamus, quod nos confessione habita ad cordis contricionem cum Dei timore venientes omnia, que iniuste et indebite diebus vite nostre detinuimus, pre oculis Dominum (s) habentes pura mente precepimus restitui maxime ea, que de rebus ecclesie dei et Beate Virginis Marie iam dudum minus iuste occupauimus, villas videlicet *Grochouarsko* et *Wiszino* in terra de *Dobrin* sitas ad ius et proprietatem Wladislauiensis ecclesie ab antiquo pertinentes liberaliter et deuote in ultima nostra voluntate restituimus et volumus, ut predicta ecclesia illarum villarum pacifica gaudeat possessione, ita, quod in eis a nullis nostris in posterum successoribus valeat molestari. Acta sunt hec in Juuene Wladislauia anno domini Millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, decimo nono calendas Januarii. Et ne de nostra restitucione alicui in posterum dubium oriatur presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Huius facti testes sunt: frater Henricus de ordine predicatorum, iudex et auditor nostre confessionis, Raphael noster Cancellarius et Scholasticus Crusuiciensis, Mauricius nostre curie capellanus, Albertus decanus Wladislauiensis, Johannes prepositus crusuiciensis, Jacobus, Albertus canonici Crusuicienses, Barones eciam nostri: Lupus palatinus Cuiauiensis, Pribislaus Wiszelicius castellanus Wladislauie iunioris, comes Dbislaus (s) de Olszniszczow, Budeuoius subiudex, magister Venceslaus Scholasticus Wladislauiensis.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz perg. z r. 1611 fol. 130. Dokument ten, w tej przynajmniej postaci, w jakiej go znamy, jest falsyfikatem. Kazimierz Kujawsko-Łęczycki nie występował nigdy jako: «dux Dobrinensis», którego to tytułu używa dopiero przy końcu XIII-go stulecia Ziemowit. Świadkowie są częścią autentyczni, jak o tem się przekonać można porównując np. z naszym dokumentem przywileje Ziemomysła i Kazimierza z r. 1268 (Kod. Dypl. Polski II Nr. XCIV i XCVI), częścią zaś z późniejszych znacznie zaczerpnięci zostali dokumentów. Tak znany nam jest Lupus jako wojewoda Kujawski dopiero od roku 1282; nie wiemy również, aby Przybysław Wiszelicius był kiedykolwiek kasztelanem Inowrocławskim, nie występuje przynajmniej jako taki na przytoczonym już przywileju Ziemomysła z r. 1268.

38. Anno 1268 in Cruswicia.

Zemomislus, dei gracia dux Cuiauie, Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam. Uniuersitati uestre tenore presencium declaramus, quod nos habita boni consilii deliberacione a venerabili patre domino Volymiro Wladislauiensi Episcopo et ab utriusque ecclesie sue prelatis et canonicis *Drwisnam* cum molendino, lacu et vinea ad eam pertinentibus in permutacionem accepimus in perpetuum possidendam, capella ad manus prepositure Crussuiciensis, sicut prius, permanente. Predicto quoque domino episcopo et capitulo suo et eorum successoribus in recompensacionem dicte permutacionis dedimus villas, videlicet *Arnoltouicz*, *Gdyszin*, siluam cum pratis vltra Vislam, que *Gregolowlank* vulgariter nuncupatur, et *Glumowo* iuxta Zlotoriam super Drawanczam pleno iure in perpetuum possidendum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum in Crusuicia anno domini MCCLX octauo presentibus domino Samborio duce Pomoranie, Matheo palatino, Rosdalio de inuene Wladislauia castellano, Wirchoslao iudice curie nostre, Petro thesaurario, Pribislao et fratre ipsius Paulo dictis Wysselicz, Jaroslao subdapifero, capellanis videlicet: Raphaele nostre curie cancellario, Dauid capellano s. Crucis, Dobegnewo subcancellario, Johanne et Petro canonicis sancti Viti, Woislao capellano de Gneucow et alis quam pluribus fidedignis.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 192⁰. Dokument ten znany był dotychczas tylko z fragmentu zamieszczonego w Perlbacha Pommerell. Urkundenb. Nr. 229.

39. Anno 1268 d. 30 Marcii in Elbinge.

Uniuersis sancte Matris ecclesie filiis, quos presentem paginam uidere uel audire contigerit, frater Luduicus preceptor domus Tewtonice sancte Marie in Prussia salutem in omnium saluatore. Nouerit vniuersitas vestra, quod cum inter venerabilem patrem dominum Wolimirum Episcopum Wladislauiensem, ex una parte, et nos ac fratres nostre domus, ex altera, materia dissensionis fuisset exorta super quibusdam villis, possessionibus, vendicionibus, restitucionibus, donacionibus ac ordinacionibus, quas Frater Gerardus dictus de Herzberc, olim preceptor, et quidam alii nostri antecessores domus nostre in Prussia cum predicto domino W. et cum antecessore ipsius domino M. Episcopis Wladislauiensis ecclesie habuerunt, tandem hinc inde altercacionibus

habitis in viros venerabiles, videlicet dominum F. Episcopum Culmensem et fratrem C. Gardianum domus Fratrum minorum in Torun amicabiles compositores compromisimus, promittentes bona fide, quod, quidquid inter nos ordinarent et finirent, deberemus inuiolabiliter obseruare. Ipsi vero visis litteris et auditis hinc inde propositis ordinauerunt diffinientes pro bono pacis, quod nos et fratres nostri omnia et singula, que per predictum fratrem et alios preceptores et fratres nostre domus in Prussia memoratis Episcopis Wladislauiensis ecclesie et capitulo vendita, donata et restituta sunt ac ordinata, grata et firma seruaremus ac omnes eorum litteras, quas a nobis ut a nostris antecessoribus habent, deberemus confirmare. Insuper et quicquid negligenter et minus perfecte in contractibus seu ordinacionibus vendicionis, donacionis seu restitucionis omnium supradictorum actum est et diffinitum, in quo domus nostra ledi videbatur, in huius lesionis recompensacionem prenominatus Dominus W. Episcopus nobis et fratribus nostris centum marcas argenti usualis in pondere Cuiauiensi et decimas de Gniewkow et Magna uilla ad unum annum subsequentem videlicet daret integraliter et assignaret. Nos autem predictorum compositorum pacis ordinacionem libenti animo seruare uolentes, omnia et singula supradicta, que per sepedictum fratrem G. et alios preceptores et fratres domus nostre in Prussia cum antedictis Episcopis Ecclesie Wladislauiensis et capitulo acta sunt et ordinata, de communi fratrum nostrorum consilio et consensu in generali capitulo in Elbingo habito grata et firma tenemus et omnes eorundem litteras approbamus, ratificamus, confirmamus, easdem eciam litteras ex abundanti per presentes de certa sciencia innouamus non obstantibus omnibus et singulis factis constitucionibus in capitulis nostris prius vel in posterum faciendis, nec obstantibus omnibus causis uel occasionibus seu articulis quibuslibet, quos successores nostri opponere possent in huius ordinacionis vel confirmacionis violacionem, non obstantibus eciam omnibus et singulis refricacionibus et excepcionibus in iure ciuili uel canonico contentis et aliis adminiculis, per que presens factum tam legaliter ordinatum valeat impediri. Renuncciamus eciam in omnibus premissis accioni et excepcioni doli et precipue accioni et excepcioni, quod domus nostra sit decepta vltra dimidiam iusti precii, accioni et excepcioni non numerate et non solute pecunie, beneficio restitucionis in integrum, omnibus indulgenciis seu priuilegiis a Sede apostolica impetratis seu inpetrandis, consuetudini et statuto ac omni iuris canonici etciuilis auxilio, necnon omni actioni, exceptioni et defensioni, que contra presens instrumentum factum posset obicii vel opponi. Protestamur eciam, quod eadem pecunia nobis integraliter est persoluta et in

vtilitatem domus nostre vtiliter est conuersa. Et ut hec omnia et singula firma permaneant, presens scriptum nostri et venerabilium Patrum domini F. Culmensis et domini H. Sambiensis Episcoporum et fratrum, videlicet B. commendatoris terre Culmensis, Fridrici Marsalci, Johannis Commendatoris in Cunegesberc, Waltheris Commendatoris in Elbingo, sigillorum munimine fecimus roborari. Datum in Elbinga in generali capitulo anno domini MCCLXVIII III kal. Aprilis presentibus hiis fratribus: Henrico Commendatore in Balga, Hermanno Commendatore in Kyrsberc, Theodrico de Degenstein Commendatore de Zantyr, H. Gaterslebe et aliis quam pluribus.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 346°; Perlbach, Preuss. Urkunden aus poln. und engl. Arch.; Altpreuss. Monatsschrift. XVIII p. 232 Nr. 7.

40. Anno 1268 d. 11 Octobris in Juuene Wladislauia.

Zemomislius dei gracia (s) vniuersis presentem paginam inspecturis salutem in domino. Nouerint uniuersi presentem paginam inspecturi, quod cum relicta comitis Pribislai filii Ceslay venerabilem patrem Wladislauiensis ecclesie episcopum dominum Wolymirum, coram nobis pro hereditate quadam, uidelicet pro medietate parui *Chelmec*, citasset, quam ad se iure hereditario dicebat pertinere, et idem venerabilis pater eandem hereditatem sibi uero iudicio a patre nostro bone memorie duce Kazimiro per priuilegium nulla sui parte uiciatum et per uiuum iudicem coram nobis et nostris baronibus sufficienter probasset esse restitutam, nos hincinde auditis propositis prefatam uillam cum communi consensu nostrorum baronum ibidem in iudicio assidencium predicto venerabili patri W. ac ecclesie Crusuiciensi adiudicauimus in perpetuum possidendam. Et ne hoc iudicium et huiusmodi factum in posterum ualeat irritari presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus roborari. Testes huius facti sunt Mathias palatinus, Rosal (s) Wladislauiensis castellanus, iudex curie uuirchoslaus (s), Thesaurarius uilelmus, dapifer Miroslaus, Nicolaus subiudex et alii quam plures. Datum et actum in Juuene Wladislauia anno domini M°CC°LX°VIII° proxima feria quinta post diem beati Dyonizy.

Bibl. pryw. w Warszawie. Dok. oryg. perg., pieczęć wisi na nitkach jedwabnych różowych. — Główna strona przedstawia rycerza wyskakującego z bramy i przebijającego mieczem gryfa. Część tylko napisu się dochowała. † S. Zemomiz.....izlav Juniori. Strona odwrotna przedstawia gryfa w tarczy a napis brzmi: † S. Ducis Zemomisli.

40. Anno 1271 d. 15 Januarii.

Anno domini M°CC° septuagesimo I° XVIII° kal. Februarij. Ego Comes Lanchomirus bona deliberacione habita cupiens placere domino Jhesu Christo in mea vltima voluntate et condens testamentum do, lego et assigno beato Petro apostolorum principi ad Ecclesiam Crusuiciensem uillam meam, que *Prochyno* nuncupatur, totam scilicet partem illam, quam diebus meis tenui et apud illustrem dominum Kazimirum ducem Cuyauie existens fideliter deseruiui: de uilla autem *Lanchomiry* supra Goplam sita sic uolo et dispono, quod tota cum omnibus attinenciis in duas partes diuidatur, quia mihi propter delicta fratris mei Johannis integraliter cessit et legaliter, et unam partem tocius videlicet hereditatis ac omnes meas res mobiles scilicet animalia racionabilia cum brutis et cum omnibus aliis rebus quibuscunque nominibus censeantur uxori mee, que me de Paganismo redemit, nomine Dobrozlaua, similiter do, lego et assigno et eam cum omnibus suis rebus mobilibus et inmobilibus venerabilis patris domini Wolimiri ecclesie Wladislauiensis Episcopi [auctoritati] submitto, ut ab ecclesia in suis ipsa iniuriis et necessitatibus defendatur. Aliam vero partem eiusdem hereditatis filio dicti fratris mei Johannis do, lego et assigno, et si uxorem meam antedictam diebus vite sue bene tenuerit et honeste, eidem uxori mee liberam do facultatem illius hereditatis partem, quam ei cum rebus mobilibus do, lego et assigno, dandi supradicto fratris mei filio, si honeste, sicut dixi, ab ipso fuerit conseruata. Alioquin penitus sit libera prenominatam partem dicte hereditatis cum omnibus aliis rebus supradictis pro sua uoluntate et in anime sue remedium dare et assignare, cuicunque sibi placuerit ecclesie et ubi melius uidebitur expedire. Hec omnia et singula pure et simpliciter feci et sic adimpleri uolo, vt bonorum operum particeps merear inueniri et ut ea, que sic bona fide peregi et in ultima uoluntate mea in testamento conclusi, omnia et singula firma permaneant; testes ad hoc specialiter vocaui videlicet honorabiles viros et dominos: Zandyzlaum custodem Wladislauiensem, Goszlaum Decanum, Lyphardum archidiaconum, Wencezlaum custodem et Michaelem canonicum Ecclesie Crusuiciensis, Jacobum plebanum de Costesiz, comitem Mylozlaum Pribislauiz, et Goszlaum, Wyszlaum, Woyslaum et Myliconem milites et heredes de Costesiz, et alios quam plures rogans suppliciter et deuote, quia sigillo careo, ut presens scriptum sigillorum inpressione predictorum testium sigilla habencium muniretur, quod ad meam peticionem dicti testes facere studuerunt.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. opatrzony pierwotnie 5 pieczęciami, od których pozostały tylko skrawki perg. Dokument ten ogłoszony został z odpisu, zamieszczonego w Tekach Naruszewicza, w Kod. Dypl. Wielkopol. I Nr. 442.

42. Anno 1276 in Pajęczno.

In nomine domini amen. Quoniam facta modernorum haberi solent dubia a posteritate succedencium, nisi litterarum apicibus roborentur, idcirco nos Lestcho, dei gracia dux Siradiensis, notum esse volumus tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, quod inspecto fideli seruicio Raczslai filii Damaslai, eum liberum fecimus cum tota posteritate sua, dantes ei et Divisco eius filio in omnibus plenum ius Militale post se accipiendi, sicut ceteri Milites accipiunt. Contulimus eciam ei totique posteritati sue *Dambrowam* ultra fluuium, qui vulgariter *Trzebiczina* vocatur, cum omni iure Militali, hereditario iure perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium hanc paginam contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec anno incarnacionis Domini MCCLXXVI. Presentibus his testibus: Domino Rafaele Cancellario, Comite Zawissa Castellano Siradiensibus, Comite Swiecoslao Castellano Spicimiriensi, Comite Thoma Castellano Rospiriensi, Comite Paulo Pincerna, Comite Nicolao succamerario, Comite Mestilio (s) subpincerna, Johanne clerico, per cuius manum est hoc priuilegium datum in ciuitate, que Pagiczna vulgariter nuncupatur.

Maciejowski: Pamiętniki o dziejach, piśmiennictwie i prawodawstwie Słowian, II, 380 z potwierdzenia Zygmunta Augusta z roku 1550.

43. Anno 1281, d. 15 Septembris.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Nos Bolezlaus, dei gracia dux Mazouie, vniuersorum noticie declaramus, quod cum milites: Petrus et Degen, filii Pauli, coram nobis contra venerabilem patrem dominum Al. dei gracia Wladislauiensem episcopum et suam ecclesiam super gadibus inter *colacino* et *Nesulcou* positis questionem mouissent asserentes ipsas gades, eis absentibus, in eorum preiudicium fore fundatas, parte episcopi in contrarium allegante, et dum dicta questio variis excepcionibus hic inde distraeretur, tandem memorati milites coram nobis cum nuncio domini Episcopi constituti sponte ac libere pro se et suis heredibus omni accioni et iuri, quod habebant vel habere vide-

Biblioteka Śląskiego

bantur contra dominum Episcopum et suam ecclesiam ex questione dictarum gadium, cesserunt, sibi perpetuum silencium inponentes, et dictas gades inter *Colacino* et *Nesulcow* pro veris et iustis limitibus perpetuo recognouerunt. In cuius rei testimonium presentes nostri sigilli munimine mandauimus roborari. Datum in crastino Exaltacionis sancte Crucis. Anno domini M°CC° octuagesimo primo.

Arch. Kapit. we Włocławku. Dok. oryg. pozbawiony pieczęci, od której wiszą skrawki perg.

44. Anno 1285 d. 10 Martii.

Uniuersis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis notum sit, quod nos fratres Jo. de Wanchoz et Ste. de Copriunicia dicti abbates auctoritate capituli generalis et venerabilis patris domini H. Morimundensis abbatis vna cum dominis Bal. de Chyric et Ny. de Bissouia abbatibus anno domini M°CC octogesimo quinto VI° Idus Marcy domum de Svliow uisitantes, habita sufficienti deliberacione et consilio proborum virorum, inter nos et conuentum eiusdem domus, dummodo per patres digne reuerendos et dominos Cisterciensem et Morimundensem abbates ac eciam per generale capitulum ratificata fiat, ordinacio talis interuenit, videlicet: Quod idem conuentus omni iuri mansionis sue in Suliow dicto abbati Morimundensi pro bono pacis cedens renunciat bona voluntate. Nos uero auctoritate prefati H. abbatis Morimundensis et de consensu dictorum assessorum nostrorum nominato conuentui voluntarie sic cedenti vice mansionis sue in Svliow domum de Bissovia cum omnibus hereditatibus et pertinenciis suis et locum hospitalis sancti Gothardi desertum cum omnibus hereditatibus et pertinenciis suis, secundum quod in priuilegiis super hiis confectis continetur, renunciantes perpetuo concedimus possidere, ita, vt domum Lubensem in matrem eligere sibi possint. Item possessiones domus de Svliow longe sitas et inutiles scilicet *Dobrow* cum omnibus pertinenciis et vtilitatibus suis, sicut in priuilegiis super hoc confectis plenius habetur: *Pecouo*, *Schulpinum* et *Dobrcham* prefatis locis Bissovie videlicet et hospitali sancti Gothardi et prefato conuentui renunciantes perpetuo similiter concedimus possidere. Et quia prescriptam ordinacionem dominus Al. in regimine abbacie de Svliow existens ratam habuit semper et habet, nostris et suo una cum dictorum abbatum assessorum nostrorum sigillis presentem paginam roboramus.

Arch. Państw. w Poznaniu. Koronowo 4. Dok, oryg. perg. z pięcioma pieczęciami zawieszonemi na skrawkach perg. Są to pieczęci opatów: Szczyrzyckiego, Sulejowskiego, Wąchockiego, Koprzywnickiego i Byszewskiego.

45. Anno 1285 d. 23 Junii.

Uniuersis abbatibus et personis Cysterciensis ordinis, ad quos presentes littere peruenerint, frater Hugo dictus abbas Morimundi salutem in omnium saluatore. Nouerit vniuersitas uestra quandam ordinacionem de conuentu abbatie de Syliow factam per venerabiles abbates nostros, videlicet per dominum Johannem quondam abbatem de Vankoz nunc abbatem dicte domus de Syliow et per dominos Albertum de Coppriueniz et per dominos B. de Chiric et N. de Bissouia abbates de consensu dicti conuentus ad nos euenisse, quequidem ordinacio inferius est notata: Venerabili in Christo patri domino H. abbati Morimundi fratres J. de Wankoz et St. de Coppriueniz abbates summe deuocionis plenitudinem cum debite reuerencie famulatu. Nouerit uestra reuerenda paternitas, quod nos in sabbato ante dominicam in Passione ad domum de Syliow vnacum dominis B. de Chiric et N. de Bissouia abbatibus secundum commissionem capituli generalis et uestram accedentes pro scandalo ordinis euitando et bono pacis reformando de consilio dictorum abbatum assessorum nostrorum inter nos et conuentum de Syliow ordinacionem fecimus infrascriptam, videlicet quod idem conuentus omni iuri mansionis sue in loco predicto uestre uoluntati cedens renunciabit, ita, ut uice mansionis sue in Syliow domum de Bissouia cum omnibus pertinenciis suis et locum sancti Gothardi desertum cum omnibus pertinenciis suis ad reformandum ibidem dei seruicium, dummodo possint habere litteras sanctissimi patris, domini abbatis Cysterciensis, et vestras super hac ordinacione confectas, resignantes rite perpetuo confirmetis eisdem litteris inserentes, quod domus de Syliow possessiones suas longe sitas et sibi inutiles, videlicet *Dobrow* cum omnibus pertinenciis suis et *Pecovo, Schulpinum* et *Dobrscha* dictis locis Bissouie scilicet et sancto Gothardo et prefato conuentui uoluntarie sic cedenti perpetuo resignabit; eapropter reuerende sanctitati uestre consulere audentes deuote supplicamus, quatenus hanc prescriptam ordinacionem utrique parti salubrem et commodam, quam de uestra paternitate confidentes iniuimus, ratam semper habendam rite prelibato modo confirmetis et confirmatam iam dicto conuentui transmittatis. In cuius rei testimonium nostris et dictorum assessorum nostrorum sigillis hanc litteram roboramus. —

Nos uero predictus H. abbas Morimundi ordinacionem hanc approbamus et eam auctoritate paterna confirmamus et predicta loca cum suis pertinenciis dictis locis Bissouie et de sancto Gotardo adunamus et filiacionem domui Vallis sancti Georgy, a qua primo locus sancti Gotardi exiit, ascribentes, huic presenti littere sigillum nostrum una cum sigillo venerabilis coabbatis nostri dicte domus de Syliow, qui predictis omnibus assensum prebuit, apposuimus in testimonium veritatis. Datum in vigilia beati Johannis Baptiste. Anno domini M°CC° octogesimo quinto.

Arch. Państw. w Poznaniu Koronowo 5. Dok. oryg. perg., u którego wisiały pierwotnie 2 pieczęci zawieszone na skrawkach perg. Jest ten dokument ogłoszony w Kod. Dypl. Wielk. (I Nr. 328), ale z kopii i pod r. 1255.

46. Anno 1285 d. 15 Augusti in Soliov.

Uniuersis christi fidelibus, ad quos presens pagina peruenerit, frater Johannes dictus abbas de Suliow salutem in vero salutari. Notum sit vniuersitati vestre, quod nos ordinacionem, quam nobis in regimine abbacie de Wanchoz adhuc existentibus una cum venerabilibus, patribus Stephano de Copriunicia, Bartholomeo de Ruda, Balduino de Chiric et Nicolao de Bissouia abbatibus cum conuentu de Suliow fecimus, habita sufficienti deliberacione, renouauimus in hunc modum, videlicet quod idem conuentus omni iuri mansionis sue in Svliow pro bono pacis cedens renunciat bona voluntate. Nos uero auctoritate venerabilis patris nostri, domini Hugonis abbatis Morimundi, et tocius sui conuentus consensu dicto conuentui de Svliow uoluntarie sic cedenti vice mansionis sue in loco predicto domum de Bissouia cum omnibus pertinenciis suis et locum hospitalis sancti Gothardi desertum cum omnibus pertinenciis suis, sed et possessiones domus nostre de Svliow longe sitas, videlicet *Dobrow* cum omnibus pertinenciis suis ac vtilitatibus vniuersis, scilicet capella cum decimis, piscacionibus et sanctuariis et villis, quarum nomina sunt hec: *Lesno*, *Rusichow*, *Zaddow* et *Quercow*, insuper *Pecovo*, *Schulpino* et *Dobrche* assignantes perpetuo confirmamus et eas dictis locis Bissovie scilicet et de sancto Gothardo adunamus ac filiacionem predictorum locorum domui Vallis sancti Georgy, a qua primo idem locus sancti Gothardi exiuit, resignantes ascribimus et presenti littera (s) sigillum nostrum una cum sigillo domini Johannis abbatis de Andreow, qui omnibus hiis affuit, apposuimus in testimonium veritatis. Vt autem hec nostra ordinacio pro bono pacis et reformacione sepedicto-

rum locorum facta semper maneat illibata, venerabilem patrem dominum Ja. diuina prouidencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopum et illustres principes W. Lanchicie, Se. Cuiauie duces et P. ducem Polonie rogamus suppliciter et deuote, quatenus hanc paginam sigillorum suorum eciam munimine dignentur roborare. Datum in Svliow anno domini M°CC°LXXX° quinto in die Assumpcionis intemerate semper ac gloriose uirginis Marie.

Arch. Państw. w Poznaniu, Koronowo 6. Dok. oryg. perg., u którego wisiało pierwotnie 6 pieczęci; z tych pozostało dwie zawieszonych na sznurkach jedwab. i białych; pozostały również sznurki od trzeciej. Dochowane pieczęcie należały do opatów Sulejowskiego i Byszowskiego.

47. Anno 1286, d. 18 Maii, Lanchicie.

Nos Wladislaus, dei gracia Lanchiciensis et Cuiavie dux, religioso viro et honesto commendatori de Thorun et civibus suis integri favoris sui plenitudinem cum salute. Legacionem fratris Johannis, sacerdotis ordinis vestri, recepimus continentem, quod cives de Thorun et de Culmine mercatores, videlicet qui sunt in terra Russie, per terram nostram cum suis mercibus navigio sine impedimento transire permitteremus, quod gratanter ob dileccionem Magistri et fratrum facimus, hoc eciam addicientes, quod quicunque de civitatibus nostris cum suis pannis et aliis rebus per terram nostram transire voluerit secure transeant, insuper de voluntate bona et de consensu baronum nostrorum volumus predictos mercatores in nostra custodia a villa, que vocatur *Slussow*, per nostram miliciam secure et quiete usque ad metas terre nostre conducere. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo roboramus. Datum Lanchicie proximo sabbato ante Rogaciones anno domini M°CC°LXXX sexto.

Dok. oryg perg. z dobrze zachowaną pieczęcią książęcą w Archiwum Państwowem w Królewcu. Voigt. Cod. Dipl. Pruss. II p. 16 Nr. XII; Perlbach, Preuss. Reg. Nr. 972.

48. Anno 1287 d. 29 Octobris in Wladislavia.

In nomine domini amen. Quoniam facta modernorum haberi solent dubia a posteritate succedencium, si non fuerint litterarum apicibus roborata, eapropter Nos Zemomislius, dei gracia dux Cuyauie, in nostri presencia seriem rei geste protestamur, quod comes Nicolaus et Florianus, filii comitis Cirzkonis de *Lyssow*,

dominum Gerardum abbatem de Byesseuia citauerunt hereditate pro *Wensouno* et pro *Dambroua camena* eiusdem villa districtus asserentes ipsam alterius districtus fore, quam *Wensouno*, quas idem dominus G. abbas loci memorati per comitem Lupum palatinum et fratres ipsius conprobauit gloriose unam villam fuisse ab antiquo, de qua parte hereditatis dictum comitem Florianum sentencia nostri iudicii per p r e s c r i p c i o n e m temporis abiudicauit et amouit; comes autem Nicolaus asseruit se per negligenciam iam dicti Domini G. abbatis in termino fixo partem obtinuisse hereditatis sepius recitate, quam tamen postea rediens ad conscienciam dictus comes Nicolaus in remissionem suorum delictorum et progenitorum coram nobis et baronibus nostris sepe fato domino G. abbati Byssouiensi resignauit et donauit iure hereditario in perpetuum possidendam, abrenuncians omni iuri pro se et pro suis, quod vnquam posset in dictam hereditatem cogitare. Vt autem libera possessione gaudeat et firma donacio permaneat, presentem litteram sibi suisque successoribus contulimus nostro sygillo conmunitam presentibus hiis: comite Dominico castellano Bydgostyensi, Trebemyslio subcamerario nostro, Strasone de Polonia, Andrea subdapifero, Barthosio subiudice, Domino Syfrido capellano nostro, Michaele clerico nostro, qui scripsit. Actum anno domini M°CCLXXXVII mense Octobri, Indictione prima. Datum W l a d i s l a u i e die sancti Michaelis.

Arch. Państw. w Poznaniu. Koronowo 9. Dok. oryg. perg. pieczęć księcia wisi na sznurkach jedwabnych fioletowych i zielonych. — Pieczęć przedstawia rycerza wyskakującego z bramy i przebijającego dzidą gryfa. — Napis w otoku: † S. Zemomizlii dei gracia ducis de Wladizlav iuniori.

49. Anno 1288 d. 28 Aprilis in Sene Wladislavia.

In nomine domini amen. Acta et ordinaciones ac uoluntates instabilitatis humane sepe solent uariari et inmutari a posteris, si non ea, que perpetua manere debent atque stabilia, litterarum hominumque fidedignorum testimonio ad posterorum deuoluta noticiam roborantur. Eapropter nos frater Engelbertus, abbas cenobii Bissouie Cysterciensis ordinis, notum esse uolumus cunctis christi fidelibus presentibus et futuris, quod cum uoluntate unanimi ac pari consensu tocius conuentus nostri, assenciente nichilominus superiore nostro visitatore domino Theoderico abbate Lubense Wratizlauiensis dyocesis, sufficienti deliberacione habita, considerata utilitate ac profectu domus nostre Bissouiensis cum venerabili patre domino Wislao Episcopo Cuyauie nostro dyocesano et eius

capitulo talem iniuimus ac fecimus ordinacionem et contractum, conmutacionemque hereditatum ac decimarum, videlicet quod duas hereditates nostras, unam, que *Dobrsche* dicitur, quam ex ordinacione generalis capituli Cysterciensis adepti sumus a domo et conuentu de Suleov, et aliam, que *Pircovo* uocatur, quam similiter per capitulum generale cum hospitali sancti Gothardi et aliis sibi pertinentibus assequti sumus, dicto domino Episcopo et eius ecclesie damus et conferimus plene cum omnibus utilitatibus earum iure perpetuo tenendas ac possidendas. Resignamus eis eciam decimas de *Pircow* et de utroque *Gansino* et de *Scholpino* in totum, quas dominus Petrus condam abbas in Suleov a domino Volimiro, olim Episcopo Cuyauie, et eius capitulo nomine concordie acceperat, decisa questione ac sopita contencione et lite super finali testamento et prima donacione inter uiuos comitis Boguse, palatini condam Mazouie, pathroni hospitalis sancti Gothardi; recipientes pro hiis omnibus a predicto domino Wislao Episcopo et eius capitulo hereditatem ipsorum *Smesch* uocatam nobis contiguam cum totali decima et cum agris, pratis, siluis, totoque lacu et aqua *Dbra* plene et plane cum omni iure, quo ipsi eam possederunt, pro nobis et domo nostra perpetuo tenendam ac possidendam. Insuper recepimus ab eis decimas hereditatum ac possessionum nostrarum, videlicet de *Gozeov*, de *Transchaz*, de *Schodercov* et de *Gogolino* Naslai, plene, sicuti nunc sunt in terminis et gadibus suis de agris cultis et incultis ac de noualibus earum tam in rubetis, quam in siluis absque aliqua excepcione sorcium singularium aut specialium uocabolorum. Preterea pro bono pacis et mutue dileccionis inter ecclesiam Wladizlauiensem et memoratum dominum Wislaum episcopum et capitulum eius posterosque eorum, ex una parte, et inter nos et conuentum nostrum ac posteros nostros, ex parte altera, renunciamus nunc et perpetuo omni querele ac questioni super testamento finali comitis Boguse prefati cedentes ammodo omni iuri, proprietati, possessioni et actioni, que nobis in presenti conpetebant uel competere poterant in futurum, super bonis et possessionibus illius videlicet: *Povsino* cum suis pertinenciis, *Lubane*, *Micanovo*, *Cucer*, *Nouigrod* et *Sitno*, *Pomorani*, *Ridave* et *Mlin* absque omni excepcione, non obstante priuilegio eiusdem primo et principali super dotacione hospitalis sancti Gothardi et attinenciis eius. Nec obstantibus quibuslibet papalibus priuilegiis, legatorum aut principum quorumcunque, super confirmacione donacionis prime vel testamenti facti inter uiuos. Retinentes pro nobis locum et ecclesiam sancti Gothardi, que hospitale dicitur, in altera parte Vizle in Sene Wladizlauia cum suis antiquis possessionibus et earum pertinenciis, adiunctis duabus villis *Zlotopole* et *Conarevo*

resignatis nobis per dominum Wolimirum Episcopum prenotatum, quas prefatus comes Bogusa hospitali sancti Gothardi decedens reliquit in ultima uoluntate; promittentes bona fide omnia prefata rata et illibata nos perpetuo seruaturos, nec a nobis de cetero nec a nostris posteris horum debere fieri questionem aut reuocacionem. In cuius facti et ordinacionis testimonium presens scriptum super eo confectum nostri et domini abbatis Lubensis superioris et uisitatoris nostri, cuius interest hec omnia nobiscum ratificare et confirmare, ac dominorum coabbatum eius de Henrichow et de Kamenz sigillorum munimine dedimus domino Wislao Episcopo premisso et eius capitulo communitum. Acta sunt hec publice in Sene Wladislauia anno domini M°CC°LXXXVIII° in festo beati Vitalis martyris, indictione prima. Huius facti testes et ordinacionis principales assensores sunt ex parte nostri fratres Hertwicus prior, Bertholdus subprior, Johannes cellerarius, Gerlacus granarius, Jacobus custos, Volkmarus subcellerarius, Cunradus cantor, Nicolaus magister curie in Wansovna, Theodricus magister operis et Gerhardus cum Erwino prouisore de sancto Gothardo, et hii omnes monachi, sacerdotes. Amen.

Arch. Kap. Włocław. Dok. oryg. perg. opatrzony czterema pieczęciami opatów; Byszowskiego, Lubiążskiego, Henrykowskiego i Kamienieckiego, zawieszonemi na nitkach jedwabnych zielonych i żółtych. — W arch. Kapit. Włocławskiej z tego dnia i roku i zupełnie podobnej treści są dwa jeszcze oryginalne dokumenty; z tych jeden jest tego formatu co pierwszy i tą samą ręką pisany a różni się tylko tem, że przy pieczęci opata Byszowskiego na tych samych nitkach zielonych i żółtych, zawieszona jest druga okrągła pieczęć wyobrażająca rękę z pastorałem a w otoku mająca napis: Contra sigillum Biszowie. Nie da się już dzisiaj oznaczyć czy podobne: contrasigillum zawieszonem nie było i przy pierwszym dokumencie opata Engelberta (Napisy na pieczęciach brzmią: 1) † S. Abbatis de Bissovia, 2) † S. Abbatis de Lubens, 3) † S. Abbatis de Henrichow, 4) † S. Abbatis de Camenz ordinis Cisterciensum). Wszystkie pieczęcie formy owalnej, przedstawiają postać kapłana z pastorałem w ręce. — Trzeci dokument inną pisany ręką i mniejszem charakterem pisma, znacznie też mniejszego formatu, opatrzony był pierwotnie 4 pieczęciami, między któremi brakuje pieczęci opata Lubiążskiego; dwie pierwsze pieczęcie opatów Byszowskiego i Henrykowskiego wiszą na sznurkach jedwabnych różowych, pieczęć zaś opata Kamienieckiego wisi na sznurku jedwabnym zielonym i różowym, w tekście też są pewne różnice, które zaznaczamy:

1. 2) ad posterorum devoluta noticiam, — 3) deuoluta ad posterorum noticiam.

1. 2) fecimus ordinacionem et contractum commutacionemque hereditatum ac decimarum, — 3) fec. ord. propter domus nostre transposicionem.

1. 2) Dobrsche, — 3) Dobircha.

1. 2) cum omn. utilitatibus earum iure perp., — 3) cum omn. utilitat. earum, sicut eas rite et iuste tenuimus ac possedimus iure perpet.

1. 2) Bogusse palatini condam Mazouie, — 3) Bogussy palatini quondam Cuyavie.

1. 2) a predicto domino Wislao, — 3) a dicto dom. W.

1. 2) et aqua Dbra, — 3) et aqua Dubrave.

1. 2) domo nostra tenendam et possidendam, — 3) domo nostra possidendam.

1. 2) et de Gogolino Naslai, — 3) et de Polescoviz in Pomerania.

1. 2) super confirmacione donacionis prime vel testamenti facti inter viuos, — 3) super confirmac. donacionis vel testamento ipsius facto inter vivos.

1. 2) in altera parte Vizle in Sene Wladislavia, — 3) in alt. parte Wiszle in antiqua Vladisl.

1. 2) per dom. Wolimirum episc. prenotatum, — 3) per dom. W. ep. prememoratum.

1. 2) quas prefatus comes B., — 3) quas predictus comes B.

1. 2) In cuius facti et ordinacionis testimonium, — 3) in cuius facti testim.

1. 2) dedimus domino Wol. episc. — 3) dedimus d. ep. Wol.

1. 2) in sene Wladisl., — 3) in antiqua Wladisl.

Końcowy nareszcie ustęp w trzecim egzemplarzu dokumentu opata Engelberta brzmi jak następuje: «Anno domini millesimo ducentesimo octogesimo octauo. In festo beati Vitalis Martyris. Indictione prima. Huius autem facti et ordinacionis testes sunt et principales assensores ex parte nostri: fratres Hertwicus prior, Johannes cellerarius, Gerlacus granarius, Bertoldus magister conuersorum, Jacobus custos, Volkmarus subcellerarius, Nycolaus magister curie in Vansovno, Gerhardus et Cunradus, et hii omnes monachi sacerdotes.

50. Anno 1289 d. 23 Aprilis apud Gneznam.

In nomine domini amen. Nouerint uniuersi, quod nos Jacobus, miseracione divina sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, cupientes cultum divini Nominis augmentare ecclesieque in villis venerabilis fratris nostri domini Wisselay Cuiaviensis episcopi, que *Czarnoczyno*, et alterius, que *Lychawa* dicitur, prout predictis nominibus et terminis ab aliis sunt distincte, decimas tam cultarum terrarum, quam novalium, presencium et eciam futurorum capituli nostri legitimo accedente consensu de voluntate domini Joseph Lanczicziensis scholastici, ad quam scolastriam olim dicta decima pertinebat, tenore presencium in perpetuum ascribimus et donamus, dummodo redditus predicte capelle ad

valorem triginta marcarum argenti se non extendat. Datum apud Gneznam anno domini MCCLXXXIX in festo beati Adalberti presentibus dominis Wlostiborio preposito, Gossellao decano, Gabriele cantore, Philippo archidiacono, Philippo scholastico et Alexandro custode et aliis canonicis eiusdem ecclesie.

Arch. Kapit. Włocł. Kopiarz III fol. 108.

51. Anno 1289 d. 22 Septembris, Reate.

Nicolaus episcopus seruus seruuorum dei. Venerabili fratri . . Episcopo et dilectis filiis . . archidiacono et . . preposito Poznaniensibus salutem et apostolicam benediccionem. Conquestus est nobis venerabilis frater noster Wladislauiensis Episcopus, quod Johannes, commendator Hospitalis sancti Johannis Jerozolimitani de *Lubisco* Wladislauiensis diocesis, super quibusdam decimis ad mensam suam Episcopalem spectantibus, terris, debitis, possessionibus et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellacione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint censura simili, appellacione cessante, cogatis ueritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu frater Episcope cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Reate X kal. Octobris Pontificatus nostri anno secundo.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci, od której pozostał sznurek konopny.

52. Anno 1289 d. 7 Decembris in Thorun.

Omnibus hec visuris frater Menardus magister terre Prussie salutem in domino. Notum vobis facimus, quod cum venerabilis pater dominus Wislaus, Wladislauiensis ecclesie Episcopus, in possessionem ville *Zlotorie*, que in districtu dominii Cuiauie sita habetur, auctoritate venerabilis patris domini Jacobi Gnesnensis Archiepiscopi iudicis delegati a Reuerendo in Christo patre domino Johanne Tusculano Episcopo, sedis Apostolice legato, inductus fuisset, Heynmannus et frater eius Nicolaus ciues de Thorun, qui eandem villam suo et Alberti militis nomine possidebant, nolentes mandato missionis huiusmodi contradicere, renunciaue-

runt coram nobis omni iuri et actioni, literis seu instrumentis habitis et habendis, si quod vel si que eis vel eorum successoribus quoquam titulo competebat vel competere poterat in futurum. In alia vero parte *Zlotorie*, que ab altera parte *Drwance* inter nostrum territorium continetur, pro eo, quod idem dominus Episcopus suo et capituli sui assensu vendicacionem seu donacionem partis ipsius a domino Simone Gallico factam eisdem ratificando admisit, quatenus, ut in litteris eiusdem Simonis continetur, prefati ciues censui sex marcarum, qui de parte *Zlotorie* predicte prius Wladislauiensi Episcopo soluebatur tres marcas annuas adiecerunt obligantes se et suos in solidum successores, quod domino Episcopo Wladislauiensi predicto et eius successoribus singulis annis in festo beati Martini plene censum nouem marcarum exsoluent pecunie usualis. Promiserunt insuper pro se et suis successoribus iidem ciues omnem fidelitatem, reuerenciam et honorem Episcopo et ecclesie Wladislauiensi exhibere, et specialiter quod ad ea, quibus renunciauerunt superius, nulla arte vel ingenio ipsi vel eorum successores in preiudicium ecclesie aspirabunt. In cuius rei testimonium nostro et Comendatorum terre Culmensis et Thorunensis sigillis presentem litteram fecimus conmuniri. Datum in Thorun anno domini M°CCLXXX° nono in crastino videlicet s. Nicolai confessoris.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 195; Perlbach, Preuss. Urkunden aus poln. und engl. Archiven, Altpreuss. Monatsschrift. XVIII p. 235 Nr. 10.

53. Anno [1291 ?].

In nomine domini amen. Noverint vniuersi tam presentes quam futuri presens scriptum inspecturi, quod nos Semouitus, dei gracia dux Dobrinensis, piscaturam fratribus de *Lang* fratrum ordinis Griseorum per Wislam a uilla, que nuncupatur vulgariter *Wisseka*, vsque infra, sicut hereditas eorum habet metas, in utroque litore, libere, qualicunque orte (s) piscauerint, dedimus, contulimus et donauimus. Et ne in posterum aliquid iniurie oriatur presentem litteram nostri sigilli munimine eisdem fratribus de *Lang* dedimus roboratam.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 137°.

54. Anno 1293 d. 18 Aprilis in Papov.

In nomine domini amen. Uniuersis, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, volumus fore notum, quod nos frater Minherus de Querenwrht hospitalis sancte Marie domus Theutonice magister Prusie pariter cum fratre Johanne commendatore prouinciali terre Culmensis et aliis tunc presentibus commendatoribus et fratribus nostris anno domini M°CC° nonagesimo secundo, quinta feria infra Octauas domine nostre Natiuitatis sancte Marie conuenientes cum venerabili in Christo patre domino W. Episcopo Wladislauiensi apud *Ostrouite* per eundem patrem exhibitum vidimus, perspeximus et audiuimus priuilegium fratris Lodwici, quondam magistri Prusie non cancellatum non abolitum nec in aliqua parte sui viciatum sigillis ac testibus sufficienter munitum, in quo confirmacionem plurium priuilegiorum nostrorum antecessorum traditorum Episcopis Ecclesie Wladislauiensis et eciam confirmacionem priuilegy fratris Hermanni dicti Balgonis ibidem inserti traditi ecclesie Wladislauiensi et confirmati per dictum fratrem Loduigum magistrum Prusie, cuius protestacionem et confirmacionem vidimus in hec verba: „Nouerint vniuersi, quod frater Hermannus cognominatus Balco quondam magister in Prusia partem predii *Zlotorie* constitutam inter Wislam et Derwanzam et semitam, que ducit de vno flumine ad aliud per siluam Mocri dictam, cuius ius et proprietas ad ecclesiam Wladislauiensem pertinuit ab antiquo, bone memorie domino Michaeli Cuyauiensi Episcopo et suis successoribus pleno iure et perpetuo restituit possidendam. In Ywane anno domini MCC°XXX°“. Et nos magister M. predictus eandem restitucionem et confirmacionem factam de predicta *Zlotoria* per magistros Prusie nostros predecessores Hermannum et Loduigum firmam, ratam et gra tam habentes pariter cum fratre Johanne commendatore predicto de communi consilio et consensu fratrum nostrorum venerabili in Christo patri domino W. Ecclesie Wladislauiensis Episcopo iam dicte *Zlotorie* proprietatem cum omnibus libertatibus ex certa sciencia et Ecclesie Wladislauiensi confirmamus. Et ut presens confirmacio seu ratificacio nostra robur perpetue firmitatis optineat nostro ac fratris Johannis Commendatoris prouincialis terre Culmensis sigillis presens scriptum duximus roborandum. Datum apud Papow anno domini M°CC° nonagesimo tercio XIIII° kalendas May presentibus hiis: fratre Cristano preposito Insule sancte Marie, fratres Thomas et Hermannus capellani · magistri, frater Gunterus de Swarceburch et suus germanus, Sygardus, frater Theodricus commendator de Venzslav, frater Conradus

Stango commendator de Thorun, frater Alexander commendator in Papow, frater de Otto de Sonze commendator, quamplures alii fratres ordinis nostri, Johannes prepositus Crusficiensis, cantor Johannes, Henricus custos Wladislauiensis et aliis.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. opatrzony jedną już zniszczoną pieczęcią zawieszoną na skrawku perg., nie ma śladu przywieszenia innych pieczęci; ogłoszony jest ten przywilej przez Dr. Perlbacha, Preuss. Urk. aus poln. und. engl. Arch., Altpreussische Monatsschrift XVIII p. 236 Nr. 11.

55. Anno 1293 d. 19 Aprilis apud Grziwnam.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos frater Johannes commendator prouincialis terre Culmensis una cum fratre Cristano preposito Insule sancte Marie ac fratre Thoma et Hermano capellanis magistri necnon et aliis fratribus ex parte fratris Menheri de Quenwrht magistri Prussie deputati ad assignandum censum sexaginta marcarum reddituum vsualis monete terre Culmensis venerabili in Christo patri domino W. dei gracia Ecclesie Wladislauiensis Episcopo sueque ecclesie in villa, que *Grziwna* vulgariter nuncupatur, et ad intromittendum prefatum dominum Episcopum in possessionem eiusdem ville corporalem, conuocatis villanis ville predicte, in presencia multorum assistencium per fratrem Alexandrum Comitem de Papow tanquam interpretem et per nos personaliter quesiuimus ab eisdem, vtrum census sexaginta marcarum reddituum esset in villa memorata, qui coram omnibus publice recognouerunt asserentes se debere predictum censum et recognoscentes terram, de qua census solui debet integre se habere. Census autem per infrascriptos solui debet sub hac forma: Genso de duobus mansis duas marcas, Conradus de quatuor mansis quatuor marcas, Albrecht de Cuiauia tres marcas, Nicolaus de quercu tres marcas, Hermanus de monte tres marcas, Mezza de quercu tres marcas, Heynco dimidiam marcam, cognominatus (?) tres marcas, Hencinus tres marcas, Johannes auceps marcam, Friczco Sturman duas marcas, Johannes de Sonze duas marcas, Reinhart fertonem et duos pullos, Tilo de Stoze marcam, Heynco de lissow tres marcas, Cristinus tres marcas, Gerhardus tres marcas, Hermanus Stoiani duas marcas, Hermanus de monte duas marcas, Martinus de antiquo castro quinque marcas, Heynco de antiquo castro tres marcas, Heynco Nydung unam marcam, Rodger unam marcam, Cristinus filius Wolkemari unam marcam, Otto duas marcas, Thomas duas marcas, tabernator septem fertones. Ut autem huic recognicioni et confessioni facte per predic-

tos villanos presente domino Episcopo locus variacionis non existat, presens instrumentum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Actum et datum apud Griwnam. Anno domini M°CC° nonagesimo tercio XIII kalendas May.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 325°; Perlbach, Preuss. Urk. aus poln. und engl. Arch., Altpreuss. Monatsschrift XVIII p. 137 Nr. 12.

56. Anno 1293 d. 1 Novembris apud Parchan.

In nomine domini amen. Ad uniuersorum noticiam, presencium et futurorum, volumus peruenire, quod nos Albertus de *Sthuolna* considerantes, quod per Dobegneum, decanum Wladislauiensem iudicem delegatum a domino Johanne Tusculano episcopo sedis apostolice legato rectori ecclesie de *Ciechocin* villam dictam *Ligiseuo*, que in terra cruciferorum sita est, esse adiudicatam, super qua villa coram prefato iudice nobiscum contendebat, audita et intellecta veritate, ne contra conscienciam niteremur, omni accioni et impeticioni, prout est graniciis in signis arborum et colliculis per dominos cruciferos limitata, de predicta villa *Ligiseuo* cessimus, nobis et nostris legitimis successoribus perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium presentes nostri sigilli munimine fecimus roborari. Actum et datum anno domini M°CC° nonagesimo tercio, die omnium sanctorum apud Parchan presentibus: magistro Venceslao scholastico, Johanne cantore, Henrico custode Wladislauiensibus, Johanne preposito, Clemente cantore, Ludovico custode, Johanne et Stanislao canonicis Crusuiciensibus, et aliis quam pluribus fidedignis.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 482. Dokument ten ogłosił Dr. Perlbach, Preuss. Urk. aus poln. und engl. Arch., Altpreuss. Monatsschrift. XVIII p. 238 Nr. 13.

57. Anno 1294 d. 8 Maii Wladislavie.

In nomine domini amen. Nos Lesko, dei gracia dux Cuyavie, vniuersis presentibus seu futuris has litteras uisuris salutem in omnium saluatore. Cum ea, que geruntur a mortalium accionibus, corrupcioni seu obliuioni subiaceant, ipsa tamen eternari litteraliter seu viua voce testium debent, ut edocet assercio peritorum, hinc est quod venerabili patre domino Pertoldo, abbate cenoby Bissouiensis, suisque fratribus contra militem Nasslaum filium Boguslay coram nobis et nostro iudicio lite protestata

stare debentibus omni cum iusticia citatoria, vt assolet, prehabita, predictus Naslaus peremptorio termino vtrisque partibus assignato non astitit responsurus, videlicet de parte hereditatis dicte wlgariter *Lype*, quam idem Nasslaus hactenus tenuit violenter. Ipsam eciam hereditatis partem et reliquas partes dicte hereditatis, quas fratres eiusdem Nasslay videlicet Sdisslaus, Nicolaus et Petrus possident, prefatus abbas et sui fratres ad sanctum Gothardum asserunt pertinere. Ipsa enim dicta hereditas ad sanctum Gothardum pertinet ex antiquo; predicta igitur hereditas domino abbate suisque fratribus coram nobis et fratre nostro Premislio simulque matre nostra dilectissima stantibus per nos nostrosque barones iusto iudicio adiudicata est domino abbati suisque fratribus, ita, ut eius possessionem abbas predictus teneat, Nasslaus autem, cum ea diffinitiua data sit sentencia, ammodo ab ea sit adiectis condicionibus omnibus absolutus; pretacto eciam Nasslao de termino peremptorio a nobis vtrique parti assignato reluctante nostro testimonio per dominum abbatem nostre memorie reuocato, dictus Nasslaus conuictus est eum terminum peremptorium habuisse, de cuius veritatis inquisicione de iudicio ad nos facte comes et palatinus noster Bronisius extitit mediator, Barones vero nostri nostro audito testimonio coram nobis, matre nostra et fratre, secundo adiudicarunt eam partem in toto domino abbati, quam Nasslaus dictus noscitur possedisse. Ne igitur huiusmodi nostrum iudicium quispiam temere possit aut attemptare presumat, presentes litteras in robur firmissimum nostri sigilli et sigillo matris nostre dilectissime munimine volumus roborari. Acta sunt hec in Lesslauia publice coram nobis nostrisque baronibus: Bronisio nostro palatino, Bartosio castellano Bidgostiensi, Miroslao castellano Cruswiciensi, domino Suffrido subcancellario nostre curie, et aliis quam pluribus fidedignis. In die sancti Stanislay in domo capituli fratrum minorum, anno domini M°CCX°CIIII°r.

Arch. państw. w Poznaniu Koronowo 21. Dok. oryg. perg., u którego wisiały na nitkach jedwabnych zielonych i żółtych dwie pieczęcie, z tych pozostał ułomek jednej. Jest ten dokument ogłoszony w kod. Dypl. Polskim II p. 125 Nr. CL, ale nie zupełnie dokładnie.

58. Anno 1296 d. 9 Junii in Wladislavia.

In nomine domini amen. Quoniam facta modernorum haberi solent dubia a posteritate succedencium, si non fuerint litterarum apicibus aut voce testium roborata, eapropter nos Lestko et Premislaus, dei gracia duces Cuyavie, in nostra presencia seriem

rei geste protestamur, quod comes Bronissius heres de *Glvsow* ad nostram presenciam in iudicium dominum Bertoldum abbatem de Byssouia citauit pro borra, que iacet inter riwlos *Kothomersnycza* et *Lotkethnycza* in litore fluuy, qui *Dbra* nominatur, que borra *Trissinzka* curia wlgariter nuncupatur, asserens ipsam ab antiquo ad suam hereditatem, que *Zolandowo* dicitur, pertinere. Quam borram idem dominus Bertoldus, abbas loci memorati, per comitem Matheyum de *Lyzchowo* et alios multos nobiles nostre terre gloriose conprobauit vnam villam seu hereditatem esse cum *Tryssino* et pertinere ad fundum *Byssowie* ab antiquo, de qua borra dictum comitem Bronissium sentencia nostri iudicii abiudicauit et ammouit et predictis Bertoldo et eius fratribus adiudicauit, ita, ut idem comes Bronissius necnon eius successores sepedictos Bertoldum abbatem et fratres eius pro iam dicta borra de cetero nullatenus debeant infestare, sed memoratus abbas et fratres et eorum successores debent ipsam cum omni iure dominii nostri pacifice in perpetuum possidere. Ne igitur in posterum aliqua possit suboriri calumpnia, que hec facta et nostri iudicii ordinacionem valeat infirmare, hanc paginam conscribi fecimus ac nostris sigillis sepedicto abbati dedimus communitam. Datum et actum in Juveni Wladislauia anno domini Millesimo CC nonagesimo sexto quinto idus Juny presentibus hiis testibus: comite Alberto castellano Vladislauiensi, comite Baldrico castellano de Bithgostia, comite Barthossio iudice terre [curie?] nostre, comite Jaroslao castellano de Slonsk, Barthossio thezaurario, domino Michaele capellano nostro et multis aliis fidedignis.

Akta konsyst. biskup. Włocław. Tom 107 fol. 123⁰ (pod rokiem 1499).

59. Anno 1296 d. 28 Decembris Gnezne.

Noverint vniversi, quorum audiencie presens scriptum defertur, quod nos Wladislaus, dei gracia dux Cuyauie, Lancycie ac Syradie, damus et conferimus vniuersis civibus de Lubca omnimodam securitatem per dominia nostra transeundi, ipsos in nostram tuthelam et securitatem recipientes, mandantes vniuersis per districtum dominii nostri constitutis, vt prefatos ciues seu eorum nuncios, cum curribus transeuntes, nullis molestiis perturbare presumant. Quod si quis nostris mandatis in hac parte contrarius inuentus fuerit, nostram se proinde nouerit indignacionem incursurum; promittimus insuper fide data, quod (s) dictos ciues et eorum nuncios fauore benigno prosequi et eisdem omnibus auxiliis pariter et consiliis in omnibus adesse. In cuius

rei testimonium et euidenciam pleniorem presentes conscribi fecimus, nostri sigilli munimine roboratas. Actum coram hiis testibus: Comite Swentopolcone palatino Lanciciensi, Domino Johanne cancellario Cuyauiensi, domino Alberto dicto Gaska, et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in Gneczdena, in die beatorum Innocencium, anno domini myllesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

Dok. oryg. perg. z wiszącą pieczęcią księcia w archiwum miasta Lubeki; Sartorius: Urk. Geschichte der deut. Hanse II, 186.

60. Anno 1298 d. 27 Octobris.

In nomine domini amen. Quoniam longinquitate fit temporis, quod res clara presentibus redditur obscura futuris, sicque interdum decisa pullulant, suscitantur sopita et sepulta resurgunt, proinde sanctiones tam canonice quam legales prouide statuerunt, ut ea, que aguntur, scripture testimonio perennentur. Nos igitur Wladislaus, dei gracia dux Regni Polonie et dominus Pomeranie, Cuiauie, Lancicie et Syradie, ad noticiam vniuersorum presencium et futurorum volumus deuenire, quod cum inter discretos viros dominos: Johannem prepositum, Albertum decanum totumque Crusuiciense capitulum, ex una parte, et Jaroslaum militem dictum de *Crethkow*, ex altera, super villa *Crasẓino* vulgariter nuncupata, esset exorta materia questionis, et super ea fuisset diucius litigatum, tandem mediante consilio sapientum fedus inter se composicionis amicabilis inierunt sub hac forma, quod Jaroslaus miles predictus villam propriam *Crethkow* wlgariter dictam nulli alteri debitam Crusuiciensi ecclesie dedit ac eciam assignauit iure hereditario in perpetuum pacifice possidendam, promittens bona fide per stipulacionem solennem, vt si quis in possessione ville eiusdem predictam Crusuiciensem ecclesiam impeteret, aut eciam perturbaret, quod vult ipsam defendere et tueri, de euiccione sufficientam eidem ecclesie prebens per se suosque liberos caucionem. Iniunxit eciam eidem ville partem de *Crasẓino* cum parte gay versus villam, que *Klenszhe* vulgariter nuncupatur, prout eadem pars est graniciis in signis arborum et colliculis plenarie limitata, exonerans partem eandem a solucionibus nostris ducalibus, quibuscunque nominibus censeantur, ipsas sue ville *Crayszino* incolis imponendo. Predicti autem domini Johannes prepositus, Albertus decanus ac totum Crusuiciense capitulum, habito venerabilis patris domini Wislai dei gracia ecclesie Wladislauiensis episcopi consilio et consensu, de prenominata villa *Crayszino* memorato Jaroslao militi suisque filiis cesserunt spontanea vo-

luntate assignantes eam sibi iure hereditario in perpetuum possidendam, promittentes similiter ipsum in possessione ville eiusdem defendere et tueri, omne nichilominus ius, quod ei competere videbatur in hereditate prenotata, in eum suosque liberos transferentes. Cum autem hec ordinacio seu amicabilis composicio nobis per vtramque partem fuisset presentata, nos eam ratam habentes ipsam duximus approbandam. Ad peticionem autem Jaroslai militis nostri predicti memoratam villam *Crethkow* a solucionibus siue a prestacionibus nobis debitis, quibuscunque nominibus censeantur, et a seruiciis uniuersis reddimus omnino liberam et exemptam; incolas autem ipsius nullus palatinorum, castellanorum, sed dominus ville ipsius tantummodo iudicabit. Et si per eos citati fuerint, inpune non parebunt. Ne autem super his dubietas in posterum oriatur, presentem paginam nostri sigilli munimine fecimus conmuniri. Actum et datum anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo octauo sexto kalendas Novembris presentibus his testibus: comite Bronisio palatino Cuiauie, comite Prezlao castellano Brzestensi, comite Mathia iudice, domino Andrea nostro predicatore Biecensi, Wislao subcamerario, Nicolao vexillifero, comite Phalone camerario dicto Wsusca, et aliis quam plurimis fidedignis.

Arch. Kapit. Włocław. Kopiarz I fol. 88.

61. Anno 1299 d. 10 Junii in Wladislavie.

In nomine domini amen. Cum secundum iuris posicionem queuis acta legitima litterarum memoria vel testium insercione sint firmanda, ne presencium negligenciam incuset (s) ignorancia futurorum; eapropter nos Premislius, dei gracia dux Cuiauie et dominus Wladislauie, vniuersorum noticie plenius declaramus presentis tenore priuilegy publice profitentes, quod comes Dobeslaus de *Damb* noster tribunus et Martinus eius filiolus, filius comitis Scarbimiri bone memorie, vna cum matre sua domina Modliboga coram nobis et baronibus nostris constituti nostro gratuito ex assensu, de consilio salubrimo virorum maturorum capellano nostro domino Bertoldo abbati de Byssouia totique conuentui eiusdem domus hereditatem quandam in territorio Bydgosensi sitam, *Scarbeuo* wlgariter nuncupatam, que ipsos tytulo patrimony rite contingit, cum tribus lacubus videlicet *buckouo* et *Scarbeuo,* magno et paruo, et cum toto riuulo, qui transit per eosdem lacus, qui riuulus *Plutwiczą* nominatur et ad ipsos pertinebat ex antiquo, et cum singulis vsibus intra gades et ter-

minos eidem ville adiacentibus circumferencialiter pro septuaginta quinque marcis monete Torunensis iuste et racionabiliter vendiderunt iure hereditario in perpetuum libere possidendam, resignantes ipsis omne ius patronatus, abbati videlicet et prefato conuentui, quod in eadem hereditate habere videbantur primeua possessione, qui eciam Dobeslaus cum Martino filiolo suo et matre eiusdem domina Modliboga de summa prenotata scilicet septuaginta quinque marcarum: decem marcas in remissionem suorum peccaminum et ob salutem Scarbimiri anime felicis memorie relaxarunt, insuper idem Dobeslaus cum filiolo suo Martino et cum matre sua domina Modliboga promittentes simul viua voce isdem fratribus, quod nunquam ipsam hereditatem reppetere, nec redimere debent cum eorum posteritate. Cum igitur pium sit religiosorum vtilitatibus intendere, vt statum suum pacifice et in tranquilla securitate vberius valeant exercere, verumtamen illorum precipue dignis profectibus insistere cura vigili nos oportet, qui sub umbra nostre proteccionis iugiter cupiunt recubare. cuius rei causa nos hoc ipsum perpendendo, volentes debite imitari pia nostrorum progenitorum vestigia, in quantum possumus, ob affectum pure caritatis, quam medullitus gerimus erga ordinis sedulitatem sepedictorum fratrum pro salute et remedio anime nostre nostrorumque fratrum, et eciam predecessorum nostrorum, ad reformacionem nostre fundacionis ampliorem, predictam vendicionem pariterque dignam empcionem, ratam et gratam habentes memoratis fratribus litteris presentibus ratifice confirmamus. Donantes ipsis quadam ex prerogatiua sinceritate super eandem villam *Scarbeuo* ius theutonicum cum omnimoda libertate. Vt autem hec nostra tam sollempnis protestacio et celeberrima confirmacio huius facti et tam gratuite donacionis robur obtineat perpetue memorie, in huius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli robore duximus muniendum, testibus hiis presentibus, comite Alberto castellano Wladislauiensi, comite Badrico castellano Bydgosensi, comite Boguse (s) castellano Wissegrodensi, Domino Michaele capellano nostro, comite Barthosio tezaurario, comite Pribislao subiudice, et aliis multis nobilibus. Actum et datum in Wladislauia anno domini M°CC°XC° nono, quinto Idus Junii, Indictione duodecima.

Arch. państw. w Poznaniu. Koronowo 27. Dok. oryg. perg., pieczęć wisi na sznurkach jedwabnych zielonych. Pieczęć mocno już zniszczona przedstawia herb Kujaw, napis: † S. Premislii dei.... ducis.....

62. Anno 1303 d. 15 Novembris in Thorun.

Lestko, dei gracia Dux Cuiauie et dominus de Wisegrod, vniuersis christi fidelibus, ad quorum audienciam presentes peruenerint, salutem in omnium saluatore. Ad noticiam tam presencium, quam futurorum cupimus deuenire, quod cum nobis in articulo necessitatis positis Religiosos viros fratrem Conradum Saccum, Magistrum Prvscie, et ceteros fratres suos Thorun requisissemus, et ipsi ad nostram instanciam nobis centum et octoginta marcas denariorum Thorunensium fideliter concessissent, nos eorundem bonam voluntatem vicissitudinaliter prosequi cupientes, ipsis obligauimus ac obligamus nomine pignoris pro supradicta pecunia in solidum territorium nostrum *Mychelow* cum omnibus terminis suis, prout ad nos pertinet, et in partem nostram ex diuisione terre Cuiauie facta cum fratribus nostris, dominis et ducibus Cuiauie, Premislio et Kazemiro, hereditarie est deuolutum, et cum omnibus fructibus et vsibus, qui interim percipi poterunt, quos eisdem in veram elemosinam donauimus, ipsis in sortem minime computatis, predictis Magistro et fratribus tenendum et habendum a festo Natiuitatis domini nostri Jesu Christi proxime venturo per tres annos continue, integraliter et absolute, donec, predicta pecunia restituta, idem territorium a dictis Magistro et fratribus per nos sev fratres nostros supradictos, et penitus per nullum alium, infra triennium supradictum, quocumque tempore fuerit, redimatur. Promisimus eciam et promittimus predicto Magistro et fratribus, quod bona in *Ozzek*, que ad predictum territorium pertinent, a patruo nostro domino Duce Dobrinensi, qui sibi ea vsurpauit, expedire et repetere volumus toto posse, et si ipsa infra predictum terminum vel post optinuerimus, predicto territorio apponemus, vt simul loco pignoris vel perpetuo habeantur. Promittentes nichilominus omnia bona in eodem territorio sic expedita et libera facere, vt nullus ibidem bona aliqua habeat in feodum, excepto Barthusch milite, qui magnum *Zelech* cum suis terminis obtinebit, et Magistro ac fratribus predictis iura et seruicia, que nobis tenebatur facere, exhibebit. Promiserunt nobis eciam predicti Magister et fratres, quod infra predictum triennium contra nostram voluntatem nullam municionem construant et nullos sumptus in eodem territorio faciant, ad quorum solucionem faciendam postmodum compelli aliqualiter deberemus. Porro si, quod absit, infra prefatum terminum predictum territorium a Magistro et fratribus per nos sev fratres nostros supradictos redimi non poterit, cum nullus alius debeat redimere, extunc idem territorium sev bona in *Mychelow* cum omnibus terminis suis et iuribus, proprietatibus, vtilitatibus ac dominio,

quibus ad nos pertinuerint, damus in veram elemosinam ac pro pecunia supradicta Hospitali sancte Marie domus Theutonice ac Magistro et fratribus in ipso deo militantibus in remissionem nostrorum et progenitorum nostrorum peccaminum perpetuo possidendum, extunc a nostro dominio et proprietate excludentes, et in dictorum Hospitalis ac fratrum dominium et proprietatem perpetuo transferentes. Renunciantes omni accioni, impeticioni ac dolo, que contra presens instrumentum possent obici vel opponi. In quorum omnium memoriam et firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: dominus Jescho de Plomekow Castellanus noster in Wisegrod, dominus Siffridus plebanus in Gniwekow, frater Hermannus conuersus de Bisschouia procurator noster, Bertoldus Scheffeler ciuis Wladislauiensis. Item Ciues Thorunenses: Nycolaus proconsul, Godeko Leschorn, Heinricus scriptor, Johannes Sperwerus et plures alij fidedigni. Actum et datum Thorun anno domini M°CCC° tercio, feria sexta infra octauas sancti Martini Episcopi.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Na pasku pergaminowym wisi pieczęć okrągła nieco uszkodzona, wyobrażająca herb kujawski. W otoku napis: † ..Le..conis dei gracia ducis Cuiav.. Stronczyński: Wzory, Nr. 21, str. 22.

63. Anno 1304 d. 14 Octobris in Thorun.

Vniuersis presencium inspectoribus Nos frater Conradus Saccus, magister fratrum domus Teutonice per Prussiam, notum esse volumus, quod cum de consensu fratrum nostrorum illustri principi domino Lestkoni, duci Cuiavie et domino Juvenis Wladislavie, ad instanciam ipsius centum et octoginta marcas Torunensium denariorum, ac demum centum et viginti marcas denariorum eorundem fideliter mutuassemus, ipse nobis et nostris fratribus pro eadem pecunia territorium suum *Michelow* cum omnibus terminis suis nomine pignoris obligauit, ita videlicet, quod si idem territorium a proximo festo Natiuitatis Domini nostri Jesu Christi infra biennium per ipsum, aut fratres suos Premislaum et Casimirum, inclytos duces et dominos Cuiavie, a nobis et nostris fratribus per solucionem supradicte pecunie non fuerit exsolutum, cum nullus alius exsolvere debeat, extunc nobis et ordini nostro perstiterit, et sit ad nos et ordinem nostrum devolutum perpetuo possidendum. Si autem intra prefatum biennium, quocunque tempore fuerit, nobis predictus dominus Lestco

aut fratres eius, principes predicti, pecuniam solverint supradictam, extunc ipsis predictum territorium, prout ad ipsos pertinet, reddemus et tenebimur reddere bona fide. Promisimus etiam et promittimus predicto domino Lestkoni, quod interim, quod tenemus et habemus nomine pignoris predictum territorium, in eo contra voluntatem eius nullam faciemus municionem, nec sumptus aliquos, ad quorum solucionem faciendam ipsum postmodum compellere deberemus. In quorum omnium memoriam et tutelam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: fratres Guntherus de Schwarzburg provincialis terre Colmensis, frater Henricus de Dubin commendator in Thorun, frater Otto commendator in Scheven, frater Henricus Dewedert commendator in Nessow, frater Gozwinus vicecommendator, frater Petrus commendator in Redino, et plures alii ordinis nostri fratres. Datum Thorun anno domini MCCCIV [die] Kalixti pape Martyris.

Dok. oryg. perg. — Dyplomat ten ogłoszony jest w Dogiela Cod. Dipl. R. Pol. IV p. 38 Nr. XLV.

64. Anno 1304 d. 14 Octobris, in Thorun.

Lestko, dei gracia Dux Cuiauie et Dominus Juuenis Wladislauie, Vniuersis christifidelibus, ad quorum audienciam presentes peruenerint, salutem in omnium saluatore. Ad noticiam vniuersorum cupimus deuenire, quod cum, nobis in necessitatis articulo positis, Religiosi viri frater Conradus Saccus Magister Prvscie ceterique fratres sui ad instanciam nostram centum et octoginta marcas denariorum Thorunensium nobis fideliter concessissent, ac demum idem magister et fratres ad requisicionem nostram centum et viginti marcas denariorum Thorunensium similiter mutuassent, nos eorundem bonam voluntatem vicissitudinaliter prosequi cupientes, ipsis obligauimus et obligamus nomine pignoris pro supradicta pecunia in solidum territorium nostrum *Mychelow* cum omnibus terminis et gadibus suis, prout ad nos pertinet et in partem nostram ex diuisione terre Cuiauie facta cum fratribus nostris, inclitis principibus et ducibus Cuiauie, Premislio et Kasemiro est hereditarie deuolutum, et cum omnibus fructibus et vsibus, qui interim percipi poterunt, quos eisdem magistro et fratribus in veram elemosinam donauimus, ipsis in sortem minime computatis, ab eis tenendum et habendum a festo Natiuitatis domini nostri Jesu Christi proxime venturo, per duos annos continue, donec, predicta pecunia restituta, idem territorium a dictis magistro et fratribus per nos sev fratres nostros supradictos et penitus per nullum alium infra duos annos supradictos,

quocumque tempore fuerit, redimatur. Promisimus et promittimus predicto magistro et fratribus, quod bona in *Ozzek*, que ad predictum territorium pertinent, a patruo nostro domino S. duce Dobrinensi, qui ipsa sibi vsurpauit, expedire et repetere volumus toto posse, et si ipsa infra biennium prefatum rehabebimus, predicto territorio apponemus, vt simul loco pignoris vel perpetuo habeantur. Promittentes nichilominus omnia bona in predicto territorio sic expedita et libera facere, vt nullus ibidem teneat aliqua bona in feodum, excepto Bartuscho milite, qui magnum *Zelech* cum suis terminis obtinebit et magistro fratribusque supradictis iura et seruicia nobis debita exhibebit. Promiserunt nobis eciam predicti magister et fratres, quod infra predictum biennium contra nostram voluntatem nullam municionem construant et nullos sumptus in eodem faciant territorio, ad quorum solucionem faciendam compelli postmodum deberemus. Porro si, quod absit, infra predictum biennium sepedictum territorium a magistro et fratribus prenotatis per nos sev fratres nostros supradictos non fuerit exsolutum, cum nullus alius exsoluere debeat, extunc prefatum territorium predicto magistro et fratribus perstabit, et ad ipsos ordinemque ipsorum est hereditarie deuolutum. Idemque territorium *Mychelow* cum omnibus suis terminis et gadibus, iuribus, proprietatibus, vtilitatibus ac dominio, quibus ad nos pertinebat, conferimus et conferemus predicto magistro et fratribus ac ordini ipsorum ad honorem dei et beate virginis Marie, ac racione supradicte pecunie in remissionem nostrorum ac progenitorum nostrorum peccaminum, ac in veram elemosinam perpetuo possidendum; extunc, prout exnunc a nostra proprietate et dominio abdicantes et in dictorum magistri et fratrum ac ordinis dominium et proprietatem perpetuo transferentes; renunciantes omni accioni, impeticioni, repeticioni, dolo, iuri Ciuilis et Canonici (s), ac quibuslibet aliis aminiculis, que contra predictam collacionem sev contra presens instrumentum possent obici vel opponi. In quorum omnium memoriam et firmitatem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt: dominus Jescho de Plvmekow Castellanus noster in Wissegrod, dominus Siffridus plebanus in Gniweko et Michael. Item Thorunenses: Johannes Rubrz, Hermannus de Nesse, Tydemannus de Palsode in Colmine, Johannes albus in Elbingo et plures alii fidedigni. Actum et datum T h o r u n anno domini M°CCC° quarto, [die] Kalixti pape et Martyris.

Dok. oryg. per., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Na pasku pergaminowym wisi pieczęć książęca ze zwykłego wosku. Stronczyński: Wzory Nr. 22, str. 24. Acta Borussica III, 373.

65. Anno 1306 d. 27 Maii, in Thorun.

Nos Hebda Castellanus Kruswiciensis et Jaroslaus castellanus de Michalow presentibus publice protestamur, quod in Thorun in domo Alberti de Memela pro hereditate nostra *Cietrzewiec* vulgo dicto, quam fratribus de Byssovia ordinis Cisterciensis vendidimus, summam centum marcarum ex integro recepimus a fratribus prelibate domus, qui nobis eandem pecuniam coram prefato Alberto et Johanne Pople et Johanne de Dalpa et Nicolao Magno et fratre suo Mansi et Henrico dicto Rokindoph et aliis pluribus fidedignis totaliter persoluerunt. In cuius rei testimonium presentem literam nostris et eciam istorum subscriptorum omnium sigillis fecimus consignari. Actum et datum loco supradicto anno domini MCCCVI proxima sexta feria post Pentecosten.

Arch. państwowe w Poznaniu. Kopiarz Koronowski fol. 132⁰, Perlbach, Preuss. Urk. aus poln. und engl. Arch., Altpreuss. Monatsschrift XVIII p. 240 Nr. 17.

66. Anno 1317 d. 1 Aprilis, in Brześć.

In nomine domini amen. Vniuersa negocia, que in statu solido stare cupiunt, attestacione litterarum et testium consveuerunt esse firmiora. Igitur nos Wladyslaus, dei gracia heres Regni Polonie, dux Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauieque notum esse volumus vniuersis tam presentibus, quam futuris, ad quorum audienciam presentes deuenerint, quod Cunko, noster fidelis ciuis de Bresce Ciuitate, sua iusta pecunia rite et racionabiliter tercium dimidium mansum aput Janusium Cimis et consortem et priuignos ipsius liberos in hereditate Goslini wlgariter nominata et aput dominam Hazkam scultecissam antique ciuitatis, relictam Cuncze de Syracz, eciam mansum liberum cum dimidio emit et comparauit, qualibet solucione ipsis facienda proculmota, videlicet in censu et maldratis, sibi suisque legitimis successoribus iure hereditario et perpetuo valituram. Nos vero eandem vendicionem ac empcionem Cunconis prenotati gratam et ratam habentes, in presenti priuilegio protestando et ratificando confirmamus. Et ne hec vendicio per quempiam posterum maliciose maloque zelo possit irritari, presentes conscribi mandauimus ad euidenciam pleniorem et sigilli nostri munimine roborari. Actum aput Bresce, anno domini M°C°C°C° decimo septimo, sexta feria proxima ante diem Pasche. Testes huius sunt: Mikol

palatinus, Comes Secehus Capitaneus, Rozdal subcamerarius Cuyauienses, Tyla advocatus, Bertoldus dictus nacharb consul, Henricus murator Brestenses. Datum per manus domini Sbigney vicecancellary Cracouiensis.

Dok. oryg. perg., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony jest wielką pieczęcią książęcą Władysława Łokietka, znacznie uszkodzoną, zawieszoną na sznurku jedwabnym, pod spodem pieczęci małe contrasigillum bardzo zniszczone. (Żebrawski: Pieczęcie, Zeszyt I, Nr. 27 i 29). — Stronczyński: Wzory, Nr. 25, str. 28.

67. Anno 1317 d. 17 Julii, in Nessov.

Lestko, dei gracia dux Cuiauie et Dominus Juuenis Wladislauie, Vniuersis christifidelibus, ad quorum audienciam presentes peruenerint, salutem in omnium saluatore. Ad noticiam vniuersorum cupimus deuenire, quod cum anno domini Millesimo Trecentesimo tercio, infra octauas beati Martini episcopi, ad nostram instanciam Religiosi viri frater Cunradus Saccus magister Pruztie ceterique fratres sui nobis centum et octoginta marcas denariorum Thorunensium fideliter concessissent, et nos e contra ipsorum bonam voluntatem vicissitudine prosequentes, pro eisdem denarys obligassemus nomine pignoris territorium nostrum *Michelov*, quod nobis cessit ex diuisione terre Cuiauie facta cum fratribus nostris, inclitis ducibus Premislio et Kazemiro, ita, quod si post prefatum tempus beati Martini, a proximo festo Natiuitatis Domini infra triennium prefata pecunia a nobis uel a nostris fratribus non solueretur, extunc racione illius pecunie et in veram elemosinam idem territorium ad magistrum et ad fratres suos hereditarie deuolueretur. Et cum demum anno domini M°CCC°IIII°, Kalixti pape, idem magister et fratres ad requisicionem nostram nobis centum et viginti marcas denariorum Thorunensium similiter mutuassent, nos ipsorum occurentes bone uoluntati, supradicta bona in *Michelov*, que ad nos pertinebant, ut dictum est, obligauimus cum omnibus terminis et gadibus suis, sic, quod si a nobis et a nostris predictis fratribus a festo Natiuitatis domini nostri Jesu Christi proxime venturo per duos annos contiguos eadem pecunia non redderetur, extunc memorata bona cum omnibus vtilitatibus magister et fratres predicti perpetuo possiderent. At cum deinceps anno domini M°CCC°IIII°, Katherine virginis, Religioso viro fratri Gunthero de Swarzburc, prouinciali terre Culmensis eiusdem territorij quadraginta mansos, situm suum habentes super fluuio Druantza contra ciuitatem Strazberc

in longitudine et per transuersum pro sexaginta duabus marcis predictorum denariorum inpignorassemus tali conditione, quod si a proximo festo Pasche ad duas septimanas inmediate sequentes eosdem mansos non exsolueremus, deberent ad ipsum prouincialem et suum ordinem pleno iure perpetuo pertinere, prout de premissis mutuacionibus et inpignoracionibus ac diuersis aliis in literis desuper predictis temporibus confectis, plenius continetur. Tandem cum post elapsos terminos solucionis faciende prenominate pecunie Reuerendo viro Fratri Karulo, magistro ordinis domus Theutunice, ac aliis fratribus suis aliquotiens instaremus, ut sepedictum territorium *Michelov* nobis redimendum concederetur, nec obtinere possemus, eo, quod ad ipsos fratres et suum ordinem iam deuolutvm perpetualiter extitisset, conuenientes cum Religioso viro fratre Heinrico de Gera, prouinciali terre Culmensis, ac aliis suis fratribus, quibus incumbebat racione ordinis, primo Thorun, deinde in Nessov, premissis diuersis tractatibus, in hoc concordauimus, quod ipsi tamquam religiosi et conscienciosi nobis ad supradictas summas pecunie integrales addiderunt ducentas marcas denariorum Thorunensium, ut ita simul essent quingente et sexaginta due marce et sic sepedictum territorium emptionis tytulo perpetuo possiderent, estimantes, quod eadem bona, quando ipsis ea primitus obligauimus, vix valerent pecuniam iam predictam. Nos itaque prefatam pecuniam placide acceptantes, ac ipsam iam nobis solutam integraliter presentibus protestantes, eisdem fratribus Domus Theutunice ac ordini ipsorum predictum territorium *Michelov* damus et conferimus pro antedicta pecunia plenum et integrum cum omnibus suis terminis, gadibus, iuribus, proprietatibus, vtilitatibus ac dominiis, cum agris, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, arbustis, virgultis, mellificiis, fluuiis, riuis, aquis, aquarumque decursibus, lacubus, piscacionibus, venacionibus, iudiciis, iurisdicionibus, auri argentique fodinis ac metallis, heris cupri, ferri et venis salis, ac omnibus vtilitatibus aliis, quocumque nomine censeantur, que sunt in terra et supra terram, aut que fuerunt et nunc sunt, uel in futurum elici poterunt, quibus ad nos pertinuerunt, iure hereditario possidendum, exnunc idem territorium seu bona in *Michelow* a nostra proprietate et dominio excludentes, et in predictorum fratrum et ordinis ipsorum veram proprietatem et dominium perpetuum transferentes. Renunciantes omni actioni, impeticioni, excepcioni, repeticioni, dolo ac omni aminiculo utriusque iuris, tam canonici, quam ciuilis, seu quibuslibet aliis aminiculis, que contra predictam mencionem seu presens instrumentum possent obici uel opponi. Porro de supradictis bonis *Michelow* excipimus magnum *Zelech*, que bona Bartuscho cum suis terminis obtinebit et predictis fratribus et

ordini iura et seruitia nobis debita exhibebit. Postremo protestamur, nos predictis fratribus ac ipsorum ordini sepedicta bona et veram nostram hereditatem in *Michelow* rite et racionabiliter vendidisse, quod coram nostris fratribus, Dominis ac Ducibus supradictis, fateri promittimus et vbique. In cuius empcionis et omnium predictorum memoriam et robur perpetuum, sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Testes sunt: Dominus Bogus subcamerarius noster, Psribosanc subiudex, Gerwinus aduocatus noster, Theodricus proconsul, et Martinus flodarius noster, ac plures alii fidedigni. Actum et datum Nessov, anno domini M°CCC°XVII°, XVI kal. Augusti.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony jest jedną pieczęcią z wosku zwykłego, zawieszoną na sznurku z zielonego i różowego jedwabiu. — Stronczyński: Wzory, Nr. 26, str. 29. Acta Borussica III, 377.

68. Anno 1319, d. 27 Julii, in Kinsdorf.

Nos Petrus dictus de Nuwenburc et noster dilectus frater Jescho, dominus in Glawen, vniuersis et singulis presencia conspecturis, volumus esse notum, quod causa litigy, que super quibusdam erroribus inter illustres principes et dominos nostros, videlicet dominum Lestkonem, Ducem Cuiauie et Dominum Wladislauiensem, ac dilectum fratrem suum Dominum Premysliu m, Ducem Cuiauie et Dominum in Wissegrode, ex vna, et nos ac nostrum predilectum fratrem Dominum Jeschonem parte ex altera, exorta fuerat coram reuerendo et discreto domino fratre Henrico de Gera, prouinciali terre Culmensis, aliisque quam plurimis viris prouidis et honestis in uilla iuxta Wyslam, Kinsdorf vulgariter nuncupatam (s), presentibus est legittime determinata et decisa racionabiliter in hunc modum, quod ipsi Duces, nostri Domini iam dicti, ac homines ipsorum et nos nostrique homines, parte ex utraque, sumus ac debemus et esse uolumus deinceps verissimi et perfecti amici, domino altissimo adiuuante. Preterea memoratos duces et dominos nostros ac ipsorum homines, quicunque fuerint, dummodo sine dampno nostro ad nos ambulauerint, in districtu nostro vndique fideliter et efficaciter promouere promittimus, quod econuerso prefati domini nostri et ipsorum homines in terris eorum, in castris seu ciuitatibus nobis et nostris hominibus vndique facere et exhibere fideliter tenebuntur. Si uero aliquo ex nostris dominis, a quibus habemus possessiones seu hereditates, in expedicione uel qualitercumque super prefatos duces et dominos nostros et ad terram eorum nos equitare et

ire contingerit, propter hoc ab eisdem dominis nostris nullam inputacionem seu vllam suspicionem penitus habere debemus, sed postquam domum reuersi fuerimus ab eisdem, sepedicti duces et domini nostri vna nobiscum, sicut prius, veri et perfecti debent esse amici, omnibus postergatis. Insuper si homines predictorum ducum dampnum aliquod nobis vel nostris facerent, aut nostri homines hominibus ipsorum, quod absit, nos parte ex utraque nobis terminum debemus assumere conpetentem, ac inter nos amicabiliter conponere et expedire debemus, vt veri amici semper et vndique permanebimus, cooperante clemencia saluatoris, et in signum perfecte et verissime amicicie ad hanc ordinacionem pariter et conposicionem omnes illos accepimus, qui a sepedictis dominis nostris ac ab hominibus ipsorum in prefatis erroribus nostri ex parte fuerunt specialiter inputati. In cuius rei testimonium euidens et cautelam, presentes literas conscribi fecimus et reuerendi viri fratris Heinrici de Gera, prouincialis Culmensis, ad nostram instanciam pro ampliori munimine sigillum suum presentibus est appensum, necnon nostro sigillo et nostri fratris, domini Jeschonis predilecti, ac domini Petri comitis dictus (s) Swyneke et Heinrici de Pem, vtpote promisimus, verisimiliter fecimus roborari. Actum et datum in K i n s d o r f iam superius nominata villa, anno domini M°CCC°XIX° feria VI[a], mane, infra octauam beati Jacobi apostoli.

Dok. oryg. perg., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony był pierwotnie czterema pieczęciami, na paskach pergaminowych zawieszonemi, z których tylko od jednej pasek pergaminowy pozostał. — Stronczyński: Wzory, Nr. 27, str. 31.

69. Anno 1330 d. 20 Augusti, Siradiae.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi presencium noticiam habituri, quod nos Premisl, dei gracia dux Syradiensis, publice protestamur in hiis scriptis cum baronibus inferius notatis, quod Falislaus heres de *Dambroua* .. in Paulo patruo suo et filiabus ipsius partem hereditatis, quam in *Wroblow* habuit, elapsis multis terminis inter ipsos, coram iudicio nostro perpetuo aquisiuit et optinuit absque omni scrupulo proculmoto, quam protestacionem aquisicionisque roboracionem presentibus confirmamus sigillique nostri munimen solempniter apponentes. Presentibus testibus: Clemente palatino, Andrea iudice, Albrico subagazone, Nicolao subcamerario Syradiensibus et Johanne subpincerna nostro, Nicolaoque dicto Jaxicz. Datum et actum in S y r a d i a feria

secunda infra octauas Assumpcionis sancte Marie virginis gloriose, anno domini M°CCC tricesimo.

Dok. oryg. pergaminowy. Na nadciętym z tegoż przywileju skrawku pergaminowym wisiała pieczęć dziś oderwana. (Własność Dra. Juliana Czerkawskiego).

70. Anno 1331 d. 1 Aprilis, in Raczansz.

In nomine domini amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi litterarum adminiculo vel testium testimonio fuerint memoria comendata. Idcirco nos Mathias, diuina et apostolice sedis prouidencia Episcopus Ecclesie Wladislauiensis, volentes, ut rei geste inter nos et Laurencium quondam Falimiri de Syroslauicz presencium exhibitorem, scultetum nostrum de *Czarnoczino*, villa Ecclesie nostre iacente in terra Siradie in districtu Wolboriensi plena apud posteros memoria habeatur villam, hereditatem seu possessionem Ecclesie nostre predictam, *Czarnoczino* wlgariter nuncupatam, in predicto districtu Wolboriensi situatam, et melioracioni bonorum Ecclesie nostre intendentes de consensu et voluntate capituli nostri Wladislauiensis predicto Laurencio iure theutonico, videlicet iure Nouifori, ad mansos flamingos exposuimus locandam, ita, videlicet quod in villa, hereditate seu possessione predicta scultetus prelibatus quinquaginta duos mansos exponet seu locabit ad censum ordinationis infrasciptum, octo vero mansos pro se et suis successoribus racione locacionis in eadem villa a censu liberos perpetuo possidendos retinebit. Item damus eidem sculteto et suis successoribus borram ad *Czarnoczino* predictam hereditatem pertinentem, que ad agros extirpandum non valebit. Item maccella carnium et panis. Item quod possit edificare molendinum, cuius fructus pro se et suis successoribus recipiet. Sed annonas nostras molendinarius eius molere tenebitur, mensuram seu precium nullum accipiens. Item scultetus ipse et successores ipsius, quotquot voluerint, ibidem tabernas locabunt, quarum tabernarum preter tabernam Ecclesie ibidem in *Czarnoczino*, inter nos et successores nostros ac scultetum prius dictum et successores ipsius census per medium diuidetur. Item concedimus incolis ville prefate tam de agris cultis quam eciam incultis sex annorum a censu nostro libertatem, transactis vero annis prenominate libertatis incole ville predicte de quolibet manso solubili fertonem denariorum monete Thorunensis vel nouem grossos Pragenses racione census in festo beati Martini nobis et nostris successoribus singulis annis soluere tenebuntur, quem censum scultetus ipse et sui successores cum nuncio nostro, quem ad hoc destinauerimus,

exigere et colligere tenebuntur ac nobis seu procuratori nostro in Wolborz fideliter presentare; post dictam eciam libertatem expletam scultetus ipse et eius successores ac prefati incole nobis et successoribus nostris honores exhibere, peticiones nostras exaudire, onera ferre et seruicia facere iuxta exigenciam et consuetudinem iuris Nouifori, item vno die ad hyemalia et alio ad estiualia arare perpetuo tenebuntur. Item ipse scultetus et eius successores rectori ecclesie ibidem in *Czarnoczino* et non alteri de suis quatuor mansis decimam frumenti et legumina, preter decimam lini, libere perpetuo exhibebunt. De aliis vero quatuor mansis vnacum suis successoribus et incolis eiusdem ville predicte ecclesie in *Czarnoczino* seu rectori ipsius de agris cultis exnunc et de incultis, elapsa predicta libertate censuali, decimam manipularem in campo absque impedimento quolibet integraliter dabunt et assignabunt. Scultetus autem ipse et eius successores omnes causas criminales et ciuiles paruas et magnas, eciam si capitis mutilacionem vel membrorum exigerent, infra terminos predicte hereditatis contingentes iure predicto presente nunctio nostro iudicabunt, de iudicato autem nobis et nostris successoribus duas partes seu duos denarios dare tenebuntur, et terciam partem seu denarium pro se et suis successoribus retinebit. Item ad tria iudicia generalia procuratorem seu nunctium nostrum cum quatuor personis scultetus ipse et sui successores uno die et incole predicti duobus diebus recipere debebunt et eos in personis et equitaturis ipsorum, quo ad expensas, tenebuntur decenter et honorifice procurare. Item si scultetus idem vel aliquis suorum successorum sculteciam predictam vendere aut alienare voluerit, nonnisi de nostra voluntate hoc facere poterit et consensu. Si eciam [contra] eundem scultetum vel successores ipsius aliqua questio emerserit et parva fuerit, in dicta villa loco sui vicesculteto posito, si vero magna in Wolborz coram nobis seu procuratore et aduocato nostris iure predicto tenebitur respondere. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostri et capituli nostri Wladislauiensis appensione mandauimus roborari. Datum in Raczanz kalendas mensis Aprilis anno domini MCCCXXXI presentibus etc.

Liber Scoltec. Eccl. Wladisl. fol. 4°.

71. Anno 1337 d. 11 Martii, in Pacoscz.

In nomine domini amen. Quod magnifica Regum fieri decreuit auctoritas, ratum atque stabile debet ubilibet permanere. Proinde nos Kazimirus, dei gracia rex Polonie, noticie uniuersorum presentibus declaramus, quod quia excellens princeps dominus Wlodko, dei gracia Dobrinensis et Lanciciensis dux, frater noster carissimus, sanus mente et corpore in nostra nostrorumque Baronum presencia constitutus voluntarie nobis terram suam Dobrinensem, que ipsum ex patria successione contingebat, nunc per Cruciferos occupatam nostris in manibus resignauit, volens a nobis pro ea specialiter premiari, nos vero eius affectum et sinceritatem, quam penes nos habet, modo dileccionis fraterne tacite preterire nequientes, sed decernentes sibi pro eo ulterius respondere, exnunc terram nostram Lanciciensem cum omnibus dignitatibus, castris, ciuitatibus, villis, theloneis, utilitatibus, singulisque pertinenciis ad ipsam et cum toto dominio, secundum quod in suis metis et terminis est circumferencialiter distincta et limitata, circumquaque damus, tradimus, donamus et conferimus tenendam, regendam et habendam temporibus sue vite. In horum igitur evidenciam presentes scribi et nostri sigilli munimine iussimus roborari. Datum in Pacoscz feria tercia in Carnisprivio anno domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo. Presentibus his nobilibus viris: venerabili in Christo patre domino Janislao, divine et apostolice Sedis providencia s. Gneznensis ecclesie archiepiscopo, Nicolao Poznaniensi, Alberto Cuiaviensi palatinis, Jaroslao archidiacono Cracoviensi, et cancellario Cuiaviensi, Otta cancellario, Jaroslao castellano Poznaniensi et aliis multis fidedignis.

Dok. oryg. perg. opatrzony jedną pieczęcią. Jest ten dokument ogłoszony w Dogiela, Cod. Dipl. Reg. Pol. IV p. 56 Nr. LIX.

72. Anno 1349 d. 5 Aprilis, Siradiae.

In nomine domini amen. Ea, que magnifica Regum Magestas facere decreuit, maxime ad vtilitatem Regni sui, debent esse firma et stabilia, roburque perpetue firmitatis obtinere. Proinde nos Kazimirus, dei gracia Rex Polonie, notum facimus vniuersis presenciam (s) literam inspecturis, quod volentes villam nostram dictam *Ticzino* melius locare, eandem villam *Ticzino* discreto viro Pomnano damus iure theutonico Nouifori, quod Sredense

dicitur, perpetuo duraturo locandi, mansos mansurandi, secundum quod eadem hereditas in circumferenciis suis est distincta et limitata, omnimodam potestatem. In qua villa vendidimus predicto Pomnano et posteris ipsius perpetuo et iure hereditario sculteciam pro quinque marcis cum dimidia grossorum, cum omnibus fructibus et vtilitatibus ad nostram sculteciam pertinentibus, tenendam, habendam, vendendam, conmutandam, pro sua et suorum posterorum voluntate conuertendam. Cui sculteto racione eiusdem scultecie et successoribus suis damus perpetuo duos mansos liberos, tercium denarium de iudicio in causis quibuscunque, tercium denarium ..... institorum, sutorum, mediam tabernam in omnibus vtilitatibus, borram cum mellificiis mensuratis in mansis suis, tercium denarium de camera carnium, licebitque predicto sculteto et successoribus suis piscari pisces cum quibuscumque retibus infra limites dicte hereditatis et obstaculum facere in lacu, quod wlgariter *Jas* dicitur, in *Przibend*. Excepimus tamen, quod idem scultetus et posteri sui ad expedicionem per tres scotos grossorum soluent, kmethones vero per vnum scotum et vnam pennam carnium in festo Natiuitatis Christi singulis annis et pro censu de quolibet manso kmethones quolibet anno in festo beati Martini per septem scotos (sic), pratum ad decem currus liberum debet habere. Preterea ad tria magna Iudicia, que ter in anno fieri consueuerunt, vnum prandium scultetus et duo kmethones dabunt, uel pro quolibet prandio nostro nuncio per tres scotos soluunt. Item damus dicto sculteto et posteris ipsius perpetuo tres ortos liberos; in causis autem criminalibus et aliis quibuscunque magnis uel paruis infra limites iam dicte hereditatis predicto sculteto et posteritati sue, secundum quod ipsum ius theutonicum postulat et requirit, iudicandi, condempnandi et premendi et omni eodem iure theutonico uti damus plenam facultatem. In cuius rei testimonium nostrum sigillum duximus presentibus appendendum. Datum Syradia in dominica Ramispalmarum, anno domini M°CCC° quadragesimo nono. Presentibus hiis testibus: Jarando capitaneo Syradiensi, Mstigneo Jaxicz, Phalibogone de Tandow, Boguslao Raliczicz, Pribislao, Pribislao preposito Ecclesie sancti Georii in Gnezna et Friczcone plebano de Petrcow et aliis.

Dok. oryg. perg, przechowany w archiwum głównem król. Polskiego, opatrzony był pierwotnie pieczęcią królewską, na pasku pergaminowym uwieszoną, której dziś nie dostaje. — Stronczyński: Wzory, Nr. 34, pag. 38.

73. Anno 1349 d. 4 Octobris in Pacost.

In nomine domini amen. Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Albertus, palatinus Brestensis, Johannes iudex Wladislauiensis, Slaunicus castellanus de Rogosno et Stras subiudex Naklensis promittimus bona fide pro Adam, herede de Wapno, venerabili in Christo patri domino Mathie Episcopo Wladislauiensi, quod de villa, *Trzebathowo* dicta, eiusdem domini Episcopi et Ecclesie ipsius Wladislauiensis, quam idem dominus Episcopus Wladislauiensis dicto Adam ad tempus tenendam, regendam et possidendam concessit, cedet et restituet eidem domino Episcopo Wladislauiensi uel alicui suo successori villam *Trzebathowo* predictam, cum idem Adam de eadem villa *Trzebathowo* per eundem dominum Episcopum memoratum uel suum aliquem successorem fuerit monitus uel requisitus; promittimus eciam eidem domino Episcopo Wladislauiensi, quod, quamdiu idem Adam predictam villam tenebit, nunquam aliquos homines in malo suspectos sustinebit in villa supradicta, nec eciam ipsa villa *Trzebathowo* aliquod impedimentum uel dampnum propter ipsius et suorum hominum excessus pacietur. Insuper eciam promittimus domino Episcopo memorato, quod homines in villa antedicta, qui ab eo eundo uel ad eum redeundo aliquibus dampna inferrent, non seruabit. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Pacost in die beati Francisci confessoris anno domini Millesimo CCC°XL°IX°.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. opatrzony 4 pieczęciami, z których pozostał tylko szczątek ostatniej; od wszystkich wiszą skrawki perg.

74. Anno 1350 d. 24 Februarii in Raczansz.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos Petrus castellanus Dobriniensis et Jacobus vexillifer Syradiensis recognoscimus per presentes, quod discretus vir Johannes heres de Brese, subdapifer Brestensis, nepos noster suo et puerorum ac successorum suorum nomine in presencia nostra omni iuri, quod habuit ex predecessoribus suis in villa *Lubane*, totaliter in perpetuum voluntarie renunciauit, promittens, et nos promittimus cum eodem, ipsum Episcopum et capitulum suum Wladislauiense super eadem villa *Lubane* et iuribus ipsius nunquam de cetero in perpetuum inpetere, aut ipsam repetere ab eisdem. In cuius rei

testimonium presentes eidem Episcopo et capitulo ipsius dedimus munimine roboratas nostris sigillis sigillatas. Actum et datum in Raczes anno domini M°CCC°L presentibus discretis viris: Sbiluto preposito, Borislao cantore Wladislauiensi, Nicolao canonico eiusdem Ecclesie, sexto kalendas Marcii.

Arch. Kapit. Włocł. Dok. oryg. perg. opatrzony dwiema pieczęciami zawieszonemi na skrawkach perg., pierwsza kasztelana z herbem Odrowąż lepiej zachowana, druga chorążego również z herbem Odrowąż mocno zniszczona.

75. Anno 1350 d. 24 Februarii in Raczansz.

In nomine domini amen. Nos Johannes, heres de Brese subdapifer brestensis, pro me et nomine puerorum ac successorum meorum bona et sincera fide promittimus, quod inspectis iusticia et benigno fauore venerabilis in Christo Patris domini Mathie [diuina et apostolice sedis prouidencia Ecclesie Wladislauiensis Episcopi] et capituli sui Wladislauiensis, conscienciam nostram illesam seruare uolentes, omni iuri, si quod ex predecessoribus nostris in eadem villa *Lubane* habuimus, renunciamus et promittimus, quod Episcopum et capitulum suum Wladislauiense nunquam de eadem villa in perpetuum inpetemus, aut ipsam ab eadem ecclesia repetemus. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus et nostro sigillo sigillari. Actum et datum in Raczes sexto kalendas Marcii presentibus discretis viris: Sbiluto preposito, borislao cantore, Nicolao canonico Wladislauiensi, Petro castellano Dobrzinensi, Jacobo vexillifero Syradiensi, anno domini M°CCC° quinquagesimo.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. z pieczęcią mocno uszkodzoną zawieszoną na skrawku perg., pieczęć wyobraża herb Doliwy.

76. Anno 1356 d. 16 Augusti in Wladislavia.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que stare cupiunt in statu solido et perhenni, ne a memoria hominum elabantur, litterarum solent apicibus roborari; inde est, quod nos Mathias diuina et apostolice sedis prouidencia Ecclesie Wladislauiensis Episcopus de uoluntate et consensu fratrum nostrorum capituli eiusdem Wladislauiensis, cupientes in predicta ecclesia nostra Wladislauiensi cultum diuinum augere ad instanciam honorabilis viri, fratris nostri, domini Bogufalii scolastici ecclesie eiusdem Wladislauiensis decimam mense nostre episcopalis in villa ecclesie capituli Crus-

ficiensis *Crzusa* wlgariter nuncupata, sita prope molendinum, quod *Jantwi* wlgariter nuncupatur, tytulo empcionis vendidimus in perpetuum pro certa pecunie quantitate pro altari in ecclesia nostra Wladislauiensi Cathedrali de nouo fundando, ad quod altare eadem decima iure perpetuo pertinebit; dictus vero dominus Bo. scolasticus et sui successores capellanum seu presbiterum vnum, qui fuerit de numero vicariorum chori ecclesie Wladislauiensis predicte instituet et statuet, prout sibi videbitur, expedire. Preterea idem presbiter seu capellanus, qui pro tempore fuerit ibidem, cui de dicto altari et decima idem dominus scolasticus et sui successores duxerint prouidendum, duas missas in qualibet septimana circa altare predictum: vnam de domina nostra beata Maria et aliam pro defunctis pro anima ipsius Scolastici singulis annis tenebitur celebrare. In cuius rei testimonium ad euidenciam pleniorem sigilla nostrum et nostri capituli Wladislauiensis presentibus sunt appensa. Actum et datum in Wladizlauia antiqua in crastino Assumpcionis sancte Marie Virginis, anno domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus honorabilibus et discretis viris: dominis Sbiluto preposito, Stanislao archydyacono, Borislao canthore, Sandywoyo custode, Johanne archydyacono Pomoranie Wladislauiensibus, necnon et Sbiluto doctore, Troyano Poznaniensi preposito et canonico, Nicolao de Winecz, plebano et canonico ecclesie memorate, et aliis quam plurimis fidedignis.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg., u którego wisiały pierwotnie dwie pieczęci, po których pozostały granatowe jedwabne sznurki.

77. Anno 1357 d. 26 Februarii in Raczansz.

In nomine domini amen. Humanorum actuum gesta obliuione faciente consueuerunt tractu temporis deperire, si scripture testimonio vel testium suffragio memorie non fuerint commendata. Hinc est, quod nos Mathias, diuina et apostolice [sedis] prouidencia Ecclesie Wladislauiensis Episcopus, notum esse volumus tam presentibus, quam futuris presencium noticiam habituris, necnon cupientes, ut ciuitas nostra et ecclesie nostre predicte *Wolborz* wlgariter nuncupata iacens in terra Siradie iure Theutonico, videlicet Nouifori, locata sub regimine aduocati vtilius gubernetur, de consilio fratrum suorum capituli Wladislauiensis pariter et consensu aduocaciam predictam nostre ciuitatis prouido viro Krumczoni de Pyotrkow vendidimus pro septuaginta marcis monete et numeri Thoruniensis sub hac forma, ita, quod pre-

dictus Krunczo aduocaciam retinens in ciuitate predicta Woyboriensi, ad paruos mansos flamingicos locatam, quinque mansos liberos racione locacionis eiusdem aduocacie per nostrum predecessorem dominum Gerwardum, felicis recordacionis, attributos cum suis posteris, et borram ibidem inter *Woyborz* predictam et fluuium *Zarnouicza* dictum iacentem, quam olim Paulus aduocatus quondam ex nostra concessione ibidem tenebat a censu liberos iure hereditario perpetuo, pacifice, possidebunt; incole vero ipsius de quolibet manso flamingico nobis et nostris successoribus singulis annis in festo beati Martini racione census sex scotos grossorum ponderis Cracouiensis et decimam suo tempore ei, cui debetur, soluere tenebuntur, de areis autem et de ortis ac tabernis et de quolibet artificio manuali, de aliisque omnibus soluent nobis et nostris successoribus tantum, quantum incole ciuitatis Nouifori suis dominis soluere consueuerunt et est iuris, quem censum seu solucionem idem aduocatus et sui posteri exigere et colligere ac nobis et nostris successoribus vel nostro procuratori, si hoc specialiter haberent in mandatis, integraliter debebit presentare; iudicabit eciam predictus noster aduocatus, et sui posteri iure Nouifori predicto omnes causas paruas et magnas, ciuiles et criminales, infra terminos dicte ciuitatis contingentes presente nostra mencione generali vel speciali, de penis seu iudicatis nos et nostri successores duos denarios et ipse aduocatus tercium cum suis posteris recipere, preterea in vendicione panis, carnium, ceruisie et aliorum quorumlibet victualium nobis uel nostro procuratore requisitis et consencientibus, prout ciuitatis utilitati competit, ipse aduocatus cum consulibus ponere tenebitur moderamen. Et si idem aduocatus vel aliquis suorum successorum vendere vellet aduocaciam predictam vel aliquid pertinens ad eandem, hoc facere non poterit, nisi ad hoc nostro vel nostrorum successorum consensu accedente et voluntate, et si eciam contra predictum nostrum aduocatum vel aliquem suorum successorum nos vel nostri successores agere haberemus, idem aduocatus et sui posteri vel alii quicunque iure predicto Nouifori per nostros iudices, quos ad hoc elegerimus, iudicabuntur. Statuimus insuper, quod aduocatus ipse et sui posteri ciues quoque seu incole in ipsa ciuitate personaliter debeant residere, et si quispiam ipsorum hoc facere contempneret et alibi resideret, ipso facto aduocatus aduocacia et ciuis domo et mensa omnimode sint priuandi. Preterea volumus, quod nullus ciuis plus quam duos mansos inibi debeat possidere. Insuper aduocatus noster predictus cum suis posteris balneum, maccella carnium, cameras seu staciones panis et sutorum habebit in prefata nostra ciuitate et censum pro se et suis posteris tollet ex eisdem prouenientem. Item molendinum per Petrum quondam

aduocatum predicte *Wolborz* Ciuitatis edificatum seu constructum eidem aduocato nostro donamus, aduocacie sue predicte idem perpetuo adiungentes, in quo molendino quotquot rotas voluerit frumentum molantes vel pannos lauantes seu disponentes, poterit edificare et ipsum molendinum, vbi maluerit, absque nostro et nostrorum ciuium Wolboriensem predictorum damno et impedimento valeat locare. Adiungimus insuper eidem nostre ciuitati Wolboriensi inmensam siluam inter *Moszowicza* et *Woykorzicza* fluuios et longum pontem, quo *Rawam* transitur, iacentem, necnon et mericam, que *Smestovi* wlgariter dicitur, ita, quod de manso quolibet in eisdem mensurato nobis et nostris successoribus tantum soluent singulis annis, quantum de aliis mansis eidem ciuitati adiacentibus soluetur. Insuper paludem vltra pontem versus *Psari* circa fluuium dictum *Moszenicza* dicti nostri ciues pro sua una voluntate obtinebunt; in cuius rei testimonium sigilla nostrum et capituli Ecclesie Wladislauiensis predicte presentibus duximus apponenda in testimonium premissorum. Actum et datum Raczyansch quarto kalendas Mensis Marcy sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, presentibus honorabilibus et discretis viris: dominis Sbiluto preposito, Johanne decano, Stanislao scolastico, Borzislao cantore, Sandiwogio custode Wladislauiensis, Johanne preposito, Jacobo cantore et Sandiwogio custode Crusswiciensis et canonicis Ecclesiarum cum ceteris fidedignis.

Liber scoltec. Eccl. Wladisl, fol. 20⁰—21, w Transumpcie Jana biskupa Włocławskiego z 7 Stycznia 1421.

78. Anno 1357 d. 5 Junii in Gnevcov.

In nomine domini amen. Quoniam frequenter, que a predecessoribus fiunt, dubitantur a posteris, ideo sanxit auctoritas, ut acciones temporales ad optinendam ualitudinis firmitatem in publicis redacte priuilegiis testium subscripcione cum sigillorum munimine roborentur. Cum igitur Nos Mosczicz palatinus et Thomas iudex Gnewcouiensis omnibus iusticiam siciencibus, sapientibus et inspicientibus, simus debitores maxime tamen ad examen serenissimi ac illustris principis domini nostri domini Wladislai, dei gracia ducis Cuyavie et domini de Gnewcow, ac nostri iudicii conuolantibus tenemur iusticiam exhibere non ad dextram uel sinistram declinantes nec personam hominis acceptantes, sed iustum iudicium iudicantes, quoniam omnia, que in iudicium deducuntur, diffinita sentencia finem debitum sorciuntur. Nouerint itaque presentes, sciant et posteri, quod cum venerabilis

in Christo pater dominus Mathias, diuina et apostolice sedis prouidencia Ecclesie Wladislauiensis Episcopus, vna cum capitulo suo Wladislauiensi ad instanciam discretorum virorum, videlicet domini Johannis archidiaconi Pomoraniensis, Valentini fratris sui de Massenicz, Falimiri plebani de Jacsicz, Johannis fratris sui germani de Wroblewo, Jutte vxoris Gregory de Mochna, Dobcze et Dobroscze uxorum Poloni (s) et Dobeslay, heredum de Zegoczicze, Ceslaue et Smyslaue de Polonia sororum predicti Valentini ac eciam aliorum et aliarum ipsorum consanguineorum et cognatarum tam in Cuyavia, quam extra alibi residencium pro villa *Basilissewo* wlgariter nuncupata, sita circa Bachorzam in districtu Gnewcouiensi, ad presenciam et ad iudicium illustris principis, domini nostri domini Wladyzlai dei gracia ducis Cuyavie, supradicti pluries et sepius fuissent citati asserentes dictam villam *Basilisseuo* non ad predictos, videlicet Episcopum et capitulum suum, sed ad eosdem de iure pertinere, tandem termino iudicii prelibati vltimo superueniente prehabiti actores de eisdem domino Episcopo et capitulo suo in iudicio prenominato proposuerunt, quod ydem dominus Episcopus cum suo capitulo memorato obtulit se probaturum per testes ydoneos, videlicet per Jarandum venatorem, Sandiuogium subiudicem Brestenses, Dobegneum subcamerarium Wladislauiensem, Thomislaum subpincernam Poznaniensem, Janussium filium quondam Wincency palatini brestensis de Dluge et Miclonem de Cloba Dymetry heredes, quod predecessor suus dominus Geruardus, bone memorie Episcopus quondam Wladislauiensis, et ipse predictam villam *Basilissewo* citra quadraginta annos tenuissent et possessione pacifica et quieta, nullo homine pro eadem hereditate ipsos inpediente, super quibus omnibus premissis idem dominus episcopus testes suprascriptos ydoneos et sufficientes, ut sibi fuit per iudicium predictum et nos adiudicatum, produxit et per iuramenta eorundem testium, quod ad ipsum Episcopum et Ecclesiam suam de iure dicta uilla pertineret, sufficienter et efficaciter in nostra presencia et baronum plurimorum approbauit. Nos itaque deum habentes pre oculis ac eciam de mandato illustris principis domini nostri domini ducis memorati et potestate nobis ab ipso domino duce concessa, videntes et considerantes sufficientem et ydoneam probacionem ipsius venerabilis patris domini Mathie, episcopi prenotati, predicto episcopo et Ecclesie sue ac eius successoribus per diffinitiuam sentenciam, dei nomine inuocato, predictam villam *basilissewo* iudicialiter perpetuo adiudicauimus et adiudicamus per presentes, predictis actoribus seu heredibus et ipsorum consanguineis et cognatis et aliis quorumcunque interest uel interercit de prefata villa *Basiliszewo* perpetuum silencium imponentes. In cuius rei

testimonium presentes litteras scribi mandauimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Actum et datum in Gnewcow in crastino sancte Trinitatis. Anno domini Millesimo CCC°L°VII°. Presentibus nobilibus viris dominis Pribislao vexillifero, Nycolao procuratore, Jancone subdapifero Gnewcouiensi, Nynognewo de Tarnoue, Gnewomiro dicto Sobeiucha, Alberto de Parzineczerzino heredibus cum ceteris fidedignis.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. opatrzony pierwotnie 2 pieczęciami, od których obecnie pozostały tylko skrawki pergaminowe.

79. Anno 1362 d. 18 Augusti in Raczansz.

In nomine domini amen. Humanorum actuum gesta obliuione faciente consueuerunt tractu temporis deperire, si scripture testimonio vel testium suffragio non fuerint memorie conmendata. Inde est, quod nos Mathias, diuina et apostolice sedis prouidencia Wladislauiensis Episcopus, desiderantes, ut rei geste inter nos, ex vna, et discretum virum Nicolaum dictum .... ina (s) scultetum nostrum de *Polikno*, parte ex altera, apud posteros memoria plenior habeatur, notum facimus vniuersis presentem litteram inspecturis, quod intendentes melioracioni bonorum ecclesie nostre, ut ex eis auctore domino fructus uberior valeat prouenire, de unanimi voluntate parique consensu fratrum nostrorum capituli Wladislauiensis prefato Nicolao sculteto nostro mericam Ecclesie nostre predicte in terra Siradie iacentem exposuimus ad locandum sub graniciis et ordinacione, prout inferius annotantur, que inter *Pyotrkow* et *Wolborz* ciuitates per magnam stratam transeundo continue: primo transeundo per viam, que transit de *Mlynary*, ad quam viam applicatur via de *Psary* transeundo versus *Pyotrkow* usque ad granicies Pyotrkouienses et villam dictam *Mescze*, item inter villam dictam *Zarnownycza* a novalibus extirpatis per Mroczkonem ciuem de *Wolborz* recte transeundo per siluam dictam *Ossyny* usque ad magnam siluam dictam *Grabow* et ad granicies de *Colo* et *Jusczyno* villas; racione vero huiusmodi locationis prefato Nicolao sculteto nostro de *Polikno* tres mansos damus sibi et suis posteris liberos a censu iure hereditario possidendos pacifice et quiete. Incole vero ville predicte expiratis decem et octo annis libertatis a data presencium computando singulis annis in festo beati Martini nobis et nostris successoribus duodecem grossos Pragenses racione census dabunt et soluent, quem censum idem scultetus et sui posteri colligent et exigent, nobis et nostris successoribus presentabunt. Preterea

scultetus noster predictus et sui posteri omnes causas magnas et paruas infra terminos eiusdem hereditatis contingentes iudicabunt, de iudicatis vero et de taberna nos et nostri successores duos denarios recipiemus et scultetus dictus cum suis posteris tercium eciam obtinebit. Insuper scultetus predictus et incole eiusdem ville ter in anno debent facere iudicium generale ad quod iudicium nostrum nunctium specialiter ad hoc deputatum mittemus, quem kmethones bis et scultetus semel recipere tenebuntur et in necessariis expensis procurare, aut pro quolibet prandio fertonem soluere teneantur. Statuimus eciam, quod scultetus ipse et sui posteri, villani quoque seu incole ville nostre predicte in eadem villa ex speciali pacto debeant generaliter [manere] et residere propriis in personis; si quispiam hoc contempserit et in ipsa villa non residebit, scultetus scultęcia et villani manso et, quicquid ibi mobile aut immobile habuerit, predicto iure omnimode sit priuatus; quodque scultetus ipse et sui posteri sculteciam eandem nulli vendere aut obligare in parte vel in toto valeant, nisi ei, quem nos vel nostri successores duxerimus admittendum, si uero scultetus vel ipsius successores erga nos in aliquibus excesserint et adversus eundem nos querulari contingerit, ipse et sui posteri coram nostro iudice, quem ad hoc ponemus, ibidem in villa iure Sredensi respondebunt, pro melioracione vero ville predicte incolis ibidem manentibus vnacum sculteto addimus et ex speciali gracia damus et atribuimus siluam circa fluuium *Mosczenyczą* iacentem a graniciis ciuitatis usque ad vadium ville dicte *Mlynary* pro pratis habendis seu eciam extirpandis; et racione huiusmodi donacionis scultetus predictus et sui posteri, incole vero ville predicte elapsis decem et octo annis libertatis nobis et nostris successoribus honores, peticiones iuxta consuetudinem iuris Sredensis et seruicia exhibebunt. In cuius rei testimonium et ad euidenciam pleniorem nostrum et capituli nostri predicti sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Raczyanz quinta feria infra octauas Assumpcionis beate Marie virginis gloriose anno domini M°CCCLXII presentibus honorabilibus et discretis viris: dominis Sbigneo preposito, Borislao cantore Wladislauiensi, Johanne preposito Cruszviciensi, Theoldrico canonico Wladislauiensi et Steffano custode Cruszviciensi et aliis pluribus fidedignis.

Liber. Scultec. Eccl. Wladisl. fol. 5°.

80. Anno 1363 d. 13 Januarii in Raczansz.

In nomine domini amen. Humani generis actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum memoria labuntur, que scripturarum testimonio non solidantur. Inde est, quod nos Mathias, diuina et apostolice sedis prouidencia Episcopus, unacum *capitulo nostro* Wladislauiensi cupientes, ut res geste inter nos et capitulum nostrum Wladislauiense predictum, ex una, et discretum virum Albertum Johannis de *Zakrzewo*, scultetum nostrum ville nostre wlgariter dicte *Wederne*, parte ex altera, apud posteros memoria plena habeatur, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod intendentes melioracioni bonorum ecclesie nostre Wladislauiensis predicte, vt ex eis auctore domino fructus vberiores valeant prouenire, de voluntate et unanimi consensu capituli Wladislauiensis predicti prefatam villam *Wederne* Alberto sculteto nostro predicto exposuimus locandam iure Sredensi, quam sculteciam idem scultetus pro decem marcis grossorum emit, et racione locationis prefato sculteto et suis posteris damus tres mansos liberos a censu. Gaudebunt autem predicti kmethones libertate quatuordecem annorum a data presencium computando, qua libertate elapsa incole memorati nobis et nostris successoribus sex scotos pro censu, duodecim grossos pro fertone computando, in festo beati Martini annis singulis soluere sint astricti, quem censum idem scoltetus colliget et exiget et nobis ac nostris successoribus integraliter presentabit. Damus eciam eidem sculteto et suis posteris borram per viam transeundo de *Wolborz* in *Nagorzycze;* sculteti borra erit a sinistris et nostra a dextris. Volumus, quod iidem kmethones ius in Wolborz requirant; et si scultetus memoratus molendinum in eadem villa edificare potuerit, de eodem molendino exspirata libertate fertonem nobis et nostris successoribus annis singulis soluere sit astrictus. Damus eidem sculteto et suis posteris medietatem de tabernis, quotquot in eadem villa fuerint locate. Judicabit autem scultetus predictus et sui posteri omnes causas pociores et magnas infra terminos eiusdem hereditatis contingentes, de iudicatis vero scultetus predictus tercium denarium et nos duos recipiemus. Statuimus insuper, quod scultetus idem et sui posteri sculteciam eandem nulli vendere aut obligare in parte vel in toto presumant, nisi quem nos duxerimus admittendum. Preterea scultetus ipse et sui posteri in eadem villa et incole ex speciali pacto personaliter residebunt, et si quispiam ipsorum hoc contempnendo in eadem villa non residebit, scultetus scultecia, et villanus manso eo facto omnimode sit priuatus. Et quod eciam nullus villanus plusquam

duos mansos debeat obtinere. Ordinauimus eciam, quod kmethones duo prandia ad iudicia generalia, et scultetus tercium, pro quolibet fertonem grossorum soluere sint astricti. Insuper scultetus memoratus et incole ville memorate nobis et nostris successoribus honores, peticiones et seruicia exhibebunt more aliorum scultetorum et incolarum villarum nostrarum in castellania Wolborzensi locatarum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et nostro nostrique capituli Wladislauiensis predicti munimine roborari. Datum et actum Raczaz in octaua Epiphanie domini anno eiusdem MCCCLXIII presentibus honorabilibus viris: dominis Sbylutho Wladislauiensi, Johanne Crusuiciensi prepositis, Jacobo cantore, Steffano custode Crusuiciensi ceterisque fidedignis.

Liber. Scultec. Eccl. Wladisl. fol. 2°.

81. Anno 1366 d. 1 Junii in Brest.

Nos Hector, generalis iudex Cuyauie et heres de Pacoscz, vniuersis et singulis, ad quos presentes peruenerint, recongnoscimus et protestamur fide digna, quod sub anno domini M°CCC° sexagesimo sexto celebrantes terminos generales in crastino sancte Trinitatis in Brest de consensu asessorum iudicy eiusdem, videlicet Predbory capitanei, Alberti pallatini, Pasconis castellani Brestensis, Nymiri subiudicis et aliorum plurimorum fidedignorum adiudicauimus Thome de Pomorzani et suis legitimis heredibus hereditatem *Jarunouo* ex toto, prout in suis metis noscitur limitata, perpetuo possidendam et habendam, Thomam de Gazouo et sorores eius Betkam et Seczeslauam iudicialiter amouemus, perpetuum eis silencium inponentes. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum est appensum. Datum et actum anno et loco supradicto.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci, od której pozostały skrawki perg.

82. Anno 1367 d. 29 Junii in Wolborz.

In nomine domini amen. Cum id, quod agitur legitime et debet stabiliter permanere, litterarum conueniat testimonio, sicut sapientum sanxit auctoritas, roborari, hinc est, quod Sbiluthus, dei gracia Ecclesie Wladislauiensis Episcopus, cupiens, ut rei geste inter nos et capitulum nostrum Wladislauiense, ex una, et discretum virum Stanislaum dictum Sczedrzykouicz, parte ex altera,

apud posteros plenior memoria habeatur, notum facimus vniuersis presentem paginam inspecturis, quia intendentes pro viribus meliorem utilitatem bonorum Ecclesie nostre Wladislauiensis predicte adaugere et, ut ex eis auctore domino fructus vberiores valeant prouenire, mericam nostram, *Thwarda* dictam wlgariter, in castellania nostra Wolboriensi sitam vltra riwlum *Thwarda* de voluntate et consensu fratrum nostrorum Wladislauiensis capituli memorati dicto Stanislao sculteto exposuimus et exponimus locandam iure Sredensi, quam villam sic per dictum Stanislaum exnunc eciam *Thwarda* volumus appellari, dantes eidem sculteto racione scultecie quatuor mansos liberos a censu et laboribus et suis successoribus legitimis libere perpetue possidendos: damus eciam prefato sculteto et ipsius posteris tabernam liberam ibidem a censu nostro borramque circa fluuium *Treśtka* vie ex utraque iacentem, que ducit in *Zayanczkouicze* usque ad *Rozkow*, molendinum eciam liberum per ipsum in riwlo dicto *Thwarda* largimur construendum cum piscina et piscatura, ita late et longe, secundum quod possit aqua augeri in prefata piscina sufficiens ad molendinum, hominesque nostri molere debent in molendino sculteti prefati de dicta villa nostra *Thwarda;* habebit eciam idem scultetus noster ortos iacentes ex utraque parte piscine usque ad viam, que vadit de *Wolborz* in *Opoczno*, necnon prata in *Roschow* et in *Wylcza* maiori et minori cum lacu ibidem et piscatura eiusdem et in *Dobrzin* circa ripam fluuii dicti *Pilcza* iacencia, pro predicte ville possessione meliori sibi sculteto suisque successoribus et incolis ville memorate quatuordecim annis a data presencium continue computando gaudebunt omnimoda libertate, qua elapsa quilibet incolarum duodecem grossos racione census in festo beati Martini annis singulis nobis et nostris successoribus soluere sint astricti, quem censum scultetus predictus et sui posteri fideliter colligent nobis et nostris successoribus presentandum. Iudicabit autem scultetus predictus et sui posteri omnes causas paruas et magnas infra eiusdem hereditatis terminos contingentes nunctio nostro presente speciali, quem ad hoc duxerimus destinandum; de iudicatis uero scultetus predictus et sui posteri, seu eciam de iuramentis tercium denarium et nos duos seu nostri successores recipiant, quodque nullus villanorum plusquam duos mansos ibi debeat obtinere. Et scultetus sculteciam et incole mansos vendere possunt cum consensu nostro aut nostrorum successorum. Si uero nos aut nostros successores aduersus eundem scultetum vel suos posteros aliquid agere aut querulari contingat, ipse coram nostro aut successorum nostrorum iudice, qui ad hoc ibidem fuerit positus, in villa respondebit iure Sredensi predicto. Item scultetus predictus et sui posteri et incole ville

illius procuratorem uel nunctium nostrum specialem aut nostrorum successorum ter in anno recipiant ad faciendum colloquium seu iudicium generale et sibi idem scultetus unum prandium et incole duo prandia condecenter ministrabunt, aut scultetus fertonem pro prandio et incole duos fertones pro duobus prandiis soluere sint astricti pro libito nostro aut successorum nostrorum voluntate; kmethones vero seu incole ville eiusdem nobis et nostris successoribus per duos pullos in festo Assumpcionis beate virginis Marie soluere tenebuntur. Insuper incole ville ipsius honores, labores, peticiones et seruicia iuxta consuetudinem Sredensem nobis et nostris successoribus exhibebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et capituli nostri predicti presentibus sunt appensa. Actum et datum in Wolborz die beatorum Petri et Pauli apostolorum anno domini MCCCLXVII presentibus venerabilibus et discretis viris dominis Theoldrico preposito Wladislauiensi, Jacobo cantore, Steffano custode, Nicolao canonico Crussuiciensi, Gamletone de Przypusth et Sangneo de Wolborz plebanis cum ceteris fidedignis.

Liber. Scoltec. Eccl. Wladisl. fol. 14°. W Transsumpcie Jana biskupa Włocł. z «Sabb. in Crast. Annunciacionis Virg. Marie 1463».

83. Anno 1370 d. 28 Junii in Raczansz.

In nomine domini amen. Ne ea, que aguntur in tempore, per lapsum temporis a memoria hominum dilabantur, scripturarum testimonio perhennantur. Nouerint igitur vniuersi presencium noticiam habituri, quod nos Sbilutus, diuina et apostolice sedis prouidencia Wladislauiensis ecclesie Episcopus bonorum ecclesie nostre predicte melioracionibus intendere cupientes de nostri capituli Wladislauiensis predicti consilio et assensu mericam nostram et Ecclesie nostre Wladislauiensis predicte cum silua *Gązomya* wlgariter nuncupata sita in terra Siradie prope villam nostram *Psari* iacentem ad castellaniam nostram Wolboriensem pertinentem, que silua siue riwlus incipit a predicta villa *Psary* et finitur vsque in graniciis ville regalis, *Mescze* wlgariter dicte, discreto viro Petro de *Zakrzewo* nomine scultecie exposuimus ad locandum sub ea, que sequitur, ordinatione, quam villam *Gązomya* volumus appellari; primo siquidem Petro sculteto nostro predicto cum suis posteris racione locationis ville predicte damus tres mansos liberos a censu iure hereditario perpetue pacifice et quiete possidendos; incole uero ville predicte duodecim annis a data presencium computando omnimoda libertate gaudebunt,

qua libertate ewlsa incole memorati racione census nobis et nostris successoribus in festo beati Martini confessoris per duodecim grossos monete Bohemicalis et per duos pullos ad festum Pasche annis singulis soluere tenebuntur, quem censum ipse scultetus cum suis posteris colliget et exiget nobisque et nostris successoribus integraliter presentabit; damus eciam sculteto predicto et suis posteris in dicta villa molendinum cum piscina liberum, si construi poterit, absque dampno et impedimento in dicta villa locatorum, licebit eciam sculteto et suis posteris maccellam carnium et panis pro se obtinere; iudicabit autem ipse scultetus cum suis posteris omnes causas paruas et magnas infra terminos dicte hereditatis contingentes nostro ac nostrorum successorum nunctio generali vel speciali presente, de iudicatis vero seu iuramentis et de tabernis, quotquot inibi locate fuerint, nos et nostri successores duos denarios et scultetus ipse cum suis posteris tercium recipiemus. Statuimus eciam, quod scultetus ipse cum suis posteris et incole ipsius procuratorem nostrum et nostrorum successorum ter in anno recipiant ad faciendum iudicium generale et sibi cum sui commitiua scultetus unum prandium et incole duo condecenter ministrabunt, vel pro quolibet prandio fertonem monete vsualis soluere sint astricti. Preterea eciam scultetus ipse cum suis posteris, villani quoque seu incole ville predicte ex speciali pacto in ipsa villa debeant personaliter residere; et si quispiam ipsorum hoc contempneret et in dicta villa non resideret, scultetus ipse scultecia et villanus manso et quitquid immobile ibi habebit ipso facto ommnimode sit priuatus, quodque nullus villanus plusquam vnum mansum ibidem debeat obtinere, et quod eciam scultetus sculteciam et villanus mansum nulli vendere aut obligare in parte vel in toto presumat, nisi ei, quem nos et nostri successores duxerimus admittendum. Insuper si nos vel nostros successores aduersus eundem scultetum vel suos posteros aliquid agere vel querulari contingat, ipsi coram nostro seu nostrorum successorum iudice, quem ad hoc ponemus, ibidem in villa iure Sredensi respondebunt. Insuper idem scultetus et sui posteri et incole ville memorate nobis et nostris successoribus honores, peticiones, seruicia iuxta consuetudinem aliarum villarum nostrarum nostre castellanie Wolboriensis locatarum exhibebunt. In cuius rei testimonium sigilla nostrum et capituli nostri Wladislauiensis presentibus sunt appensa. Actum et datum Raczyanz in vigilia Petri et Pauli apostolorum anno domini MCCCLXX presentibus etc.

Liber. Scoltec. Eccles. Wladisl. fol. 7.

84. Anno 1372 d. 30 Octobris.

Uniuersis Christifidelibus tenorem huius littere visuris vel audituris Nos frater Johannes, abbas in Byssouia, ordinis Cysterciensis, cupimus fore notum, quod cum venerabili in christo patre ac domino domino Sbiluto, sancte Wladislauiensis Ecclesie Episcopo, dyocesano nostro gracioso de consilio proborum virorum ac dominorum: domini Theodrici prepositi eiusdem Ecclesie, domini Johannis Phalonis canonici Vratislaviensis, magistri Mathie plebani in *Raczencz* necnon de consilio conuentus nostri hanc fecimus ordinacionem, quod pro decima in *Zaduschnik* in terra Dobrinensi sita promittimus sibi satisfacere, secundum quod rustici in dicta villa locati soluere pro decima pecunialiter consweuerunt, usque ad euiccionem dicte decime. Decima vero predicta per nos euicta et obtenta circa predictum venerabilem patrem et ecclesiam Wladislauiensem seu capitulum perpetue permanebit, ut iuxta promissum nostrum ex utraque parte factum pro decimis videlicet in hospitali sancti Gothardi cenobii nostri, parte ex vna, et in *Velym* et in *Glynk* ecclesie Wladislauiensis, parte ex altera, conmutacio fiat congrua secundum valorem decimarum ex utraque parte pretactarum, et quod ordinacio et gracia sollempniter per venerabilem patrem dominum Mathiam Episcopum quondam Wladislauiensem pie recordacionis cenobio nostro facta perpetuis temporibus permaneat grata, firma et illibata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum cum conuentus nostri sigillo presentibus sunt appensa. Datum sabbato proximo ante festum omnium sanctorum. Anno domini Millesimo CCCLXX secundo.

Arch. Kapit. Włocław. Dok. oryg. perg. z dwoma pierwotnie pieczęciami, od których obecnie wiszą tylko skrawki perg.

85. Anno 1373 d. 11 Martii in Gakow.

In nomine domini amen. Nouerint uniuersi presencium noticiam habituri, quod ego Nicolaus custos Lanciciensis, canonicus Plocensis et Cruschviciensis Ecclesiarum, cupiens reformacionem bonorum meorum in *Gakovo* villa mea sita in terra Lanciciensi spectante ad canonicatum meum ecclesie Crusviciensi, de qua hactenus vlla vtilitas proveniebat, ad condicionem deducere meliorem, igitur consideratis fidelibus seruiciis et magisterio discreti viri Pauli molendinatoris in *Gakow*, qui in structura molendini et aggeris ibidem feruenter meruit, ut merita graciarum vicissitudinaliter recompensentur, et ut exemplo illius

ceteri reddantur ad similia facienda promptiores; premissis igitur racione illius laboris eidem Paulo et suis legitimis successoribus iam natis et nascendis dono et graciose assigno perpetuis temporibus terciam metretam de quibuslibet emolumentis ac omnibus fructibus et utilitatibus de iam dicto molendino prouenientibus dans eciam sibi et suis successoribus ad quoslibet agros pro seminibus ad duas mensuras, demum pratum similiter ad quatuor currus falcandos. Insuper dono sibi et suis legitimis successoribus liberum arbitrium eundem molendinum vendendi, conmutandi, donandi et quomodolibet pro sua et suorum successorum voluntate conuertendi, meo tamen et meorum successorum voluntate ad hoc accedente; denique licebit michi et successoribus meis duos porcos et sibi tercium ad pascendum iam dicto locare, structuras paruas in domo mea laborabit suis sumptibus et expensis. In cuius rei testimonium ad evidenciam pleniorem sigillum meum presentibus duci appendendum Actum et datum in Gakow in die sancti Martini anno domini MCCCLXXIII presentibus etc.

Liber. Scultec. Eccl. Vladisl. fol. 1°.

86. Anno 1377 d. 29 Novembris in Woyborz.

In nomine domini amen. Nouerint, quibus expedit, vniuersi, quod nos Sbyluthus, dei gracia Wladislauiensis Ecclesie Episcopus, melioracioni dicte Ecclesie nostre pro viribus intendentes, ut ex eis auctore domino uberiores fructus valeant prouenire, de voluntate et unanimi consensu fratrum nostrorum Wladislauiensis capituli molendinum mense nostre Episcopalis foris ciuitatem *Woyborz* nostram iacentem in fluuio dicto *Mosczenyczа* viro prouido Jacobo, filio Badoslai de *Pyotrkouia*, exposuimus ad annuam pensionem sibi et suis successoribus legitimis in perpetuum possidendum isto subsequenti modo: primo siquidem dictus Jacobus et sui posteri nobis et nostris successoribus duas metretas cuius libet frumenti inibi molentes integraliter dabunt, terciam vero metretam pro se retinentes; ceterum pro molaribus emendis et pro reformatione eiusdem molendini Nos duos denarios et ipse tercium exponemus; aggerem vero pro se reformabit, cum necesse fuerit, nostrorum tamen hominum iuuamine prebente. Preterea ex speciali nostra gracia iam dicto [Jacobo] et suis successoribus ortum penes dictum molendinum et pratum dictum wlgariter *Lanczinoga*, quod pratum transit a pascuis prefate ciuitatis usque ad molendinum pretactum, ascribimus et donamus, liberamus autem ipsum ab omni labore graui nostre curie ibidem in *Woyborz*,

excepto hoc quod, quolibet anno a data presencium in curia nostra predicta nobis laborare tenebitur usque ad valorem vnius marce Cracouiensis, laborem vero illum, qui fuerit unius grossi vel medii, in sortem non computando; quando autem nobis placuerit duos porcos pro nostra utilitate, ipse vero tercium pro usu proprio in dicto molendino ad nutriendum apponemus. Volumus insuper, quod dictus Jacobus et sui posteri frumenta et brasea pro curia nostra sine metreta molere sint astricti, nec ciues de prefata ciuitate *Woyborz* brasea ipsorum alias molent preterquam in molendino supradicto et ne alicui imposterum aliquod dubium oriatur, presentes litteras sibi dari fecimus nostro et capituli nostri sigillis roborantes. Actum et datum in Woyborz in vigilia sancti Andree apostoli anno domini MCCCLXXVII presentibus honorabilibus et discretis dominis: Theodrico preposito, Johanne de Gnoyna archidiacono Crussviciensibus, Nicolao de Chrzobrza et Jarando canonicis Wladislauiensibus cum ceteris fidedignis.

Liber. Scoltec. Eccl. Wladisl. fol. 18.

87. Anno 1389 d. 13 Aprilis in antiqua Wladislavia.

In nomine domini amen. Quoniam ea, que aguntur in tempore, simul labuntur cum tempore, nisi fuerint litterarum testimonio cum annotacione testium noticie comendata. Proinde nos Sbiluthus, dei gracia Wladislauiensis Ecclesie Episcopus, volentes, ut rei geste inter nos et capitulum nostrum, ex vna, et Bogumilum scultetum nostrum de *Szywoczyno* villa nostra in districtu Wolborzensi situata, parte ex altera, apud posteros plena memoria habeatur, predictam villam *Szywoczyno* de voluntate et unanimi consensu capituli nostri Wladislauiensis predicti memorato Bogumilo iure theutonico, scilicet Srzedensi, exposuimus locandam sub ea, qua inferius annotatur. ordinatione: primo siquidem dicto Bogumilo sculteto nostro et suis legitimis successoribus racione locationis ville memorate damus tres mansos liberos a censu tantum perpetuo possidendos. Insuper predicto sculteto et suis posteris ascribimus angulum borre ab eadem villa progressiue ad siluam, que *Nedachow* wlgariter nuncupatur. Permittimus eciam eidem sculteto de gracia nostra speciali piscinam ibidem facere, captura piscium pro aduentu nostro tantum in eadem reseruata, ac eciam loco primitus apciori in ibidem pro nobis reseruato pro simili piscina facienda. Interea damus memorato sculteto et suis successoribus prata a *Olschowa* eundo usque ad pontem, qui *Czadrowimost* vocatur, incolis vero seu villanis sex

annorum a data presencium computandorum a medietate census nostri concedimus plenam et omnimodam libertatem, quibus annis ewlsis prefati villani seu incole racione census de quolibet manso solubili fertonem grossorum in festo beati Martini confessoris singulis annis nobis nostrisque successoribus soluere tenebuntur, quem censum dictus scultetus ac sui posteri exigent et colligent, nobis nostrisque successoribus integraliter presentabunt. Iudicabit autem ipse scultetus et sui posteri omnes causas parvas et magnas infra terminos dicte hereditatis contingentes, de iudicatis, de iuramentis et de tabernis, quotquot inibi locate fuerint, nos duos et ipse scultetus tercium denarium recipiemus. Incole autem expirata eorum libertate per medium capete ouorum in festo Pasche et per duos pullos ad festum Assumpcionis sancte Marie virginis nobis et nostris successoribus dare tenebuntur. Preterea scultetus ipse ac sui posteri cum suis incolis procuratorem seu nunctium nostrum ad hoc specialiter missum ad tria iudicia generalia eorum in expensis recipere tenebuntur vel pro qualibet recepcione fertonem grossorum soluere sint astricti. Arabunt autem incole ville predicte et seminabunt unam diem ad iemalia et aliam ad estiualia nobis et successoribus nostris, debebunt eciam ipse scultetus et sui legitimi successores ac villani in eadem personaliter residere, quod si quispiam ipsorum in dicta villa non resideret, scultetus scultecia et villanus manso et quicquid mobile habuerit, eo facto omnimode sit priuatus, quodque eciam nullus villanorum plus quam duos mansos inibi debeant obtinere, et quod scultetus sculteciam et villanus mansum nulli vendere vel obligare in parte vel in toto presumat, nisi ei, quem nos vel nostri successores duxerimus admittendum. Et quia iura Sredensia prorsus a nobis incognita sunt omnino, iura dominium nostrum concernencia iuxta modum aliarum villarum nostrarum in predicto districtu Wolboriensi locatarum pro nobis ac nostris successoribus salua et integra reseruamus. Insuper si contra predictum scultetum vel suos successores aliquid questionis emerserit, coram nobis vel nostro procuratore in Wolborz posito, nostro aduocato Wolbrzensi, tenebuntur respondere. In cuius rei testimonium sigilla nostrum et capituli nostri Wladislauiensis presentibus sunt appensa. Actum et datum in antiqua Wladislauia feria tercia festi Pasche anno domini MCCCLXXIX presentibus etc.

Liber. Scoltec. Eccl. Wiadisl. fol. 3.

88. Anno 1379 d. 12 Novembris, in Wolborz.

In nomine domini amen. Facta mortalium, ut frequenter obliuionem incurrunt vel morte intercepta consueuerunt deperire, si litterarum uel proborum virorum testimonio non fuerint perhennata. Eapropter nos Sbilutus, diuina et apostolice sedis prouidencia Episcopus Ecclesie Wladislauiensis, uniuersorum memorie conmendamus, ad perpetuam rei memoriam deducentes, presentes visuris, lecturis vel audituris, quod volentes Ecclesie nostre predicte [fructus] augere, vt exinde nobis et successoribus nostris utilitas proueniret, de consensu et voluntate fratrum nostrorum capituli Wladislauiensis scultetum in *Gosczymowicze* et *Powazino* villas sic wlgariter nominatas in districtu Wolboriensi in terra Siradie situatas cum quatuor mansis liberis, una taberna et piscina facienda alcius nostra piscina, ita, quod fiat sine preiudicio nostro et kmethonum, Adam kmethoni ibidem de *Gosczymowicze* et suis posteris seu successoribus legitimis iure theutonico, quod Sredense nuncupatur, vendidimus pro quadraginta marcis grossorum numeri polonicalis, quamlibet marcam per quadraginta octo grossos computando, dictam sculteciam tenendum et in usus suos beneplacitos conuertendum, prout sibi et suis posteris seu successoribus legitimis utilius videbitur expedire, concedimus itaque incolis seu kmethonibus ibidem residentibus et residere volentibus duorum annorum libertatem, in qua libertate existentes tres dies in anno nobis sint astricti laborare: unam uidelicet ad hyemalia et secundam ad estiualia terciamque metere tempore feni falcastris ipsorum, et expirata libertate sicut alii kmethones nostrarum hereditatum predicto iure Sredensi locatarum nobis et nostris successoribus laborabunt, racione uero census omni in festo sancti Martini duodecim grossos soluere, quem censum scultetus colligere sit astrictus nobis integraliter [presentare] et assignare, ac in festo Pasche triginta oua et in festo Assumptionis beate virginis Marie duos pullos dare tenebuntur; addicimus itaque borram nostri dominii spectantem ad prenominatam hereditatem *Gosczymovicze* pro mellificio ad sculteti et eius posteritatis utilitatem; iudicabitque in predicta villa scultetus et eius posteritas causas tam magnas, quam eciam paruas iudiciales et criminales, de quo iudicato nobis duo denarii et sibi tercius [cedere] debebit; statuimus actenus, quod quilibet kmethonum in prefata villa *Gosczymovicze* residencium non plures quam duos mansos possidebit personaliterque in ibidem residebit; et si quispiam ipsorum ad aliam villam mansione discederet, ipso facto scultetus scultecia et agrestis seu villanus manso sit priuatus. Celebrabit proinsuper scultetus in villa sepedicta

iudicium generale seu bannitum ter in anno, in quo procuratorem seu nunctium nostrum ad hoc specialiter deputatum seu legatum, scultetus semel et villani bis, ipsorum expensis laute procurabunt, vel pro quolibet prandio unum fertonem grossorum persoluent. Ceterum ut si scultetus ville prenotate in aliquibus causis contra nos excederet, tunc in hereditate coram iudicibus ex parte nostri constitutis est iudicandus et tenebitur de iusticia respondere. Volumus eciam, quod scultetus sculteciam et kmetho mansum nostrum in parte vel in toto vendere seu alienare possit, nisi nos ad personam ementem consensum seu voluntatem apponeremus. Insuper scultetus cum incolis ville prenotate peticiones, honores et seruicia, sicut ceteri uostri sculteti, cum kmethonibus villarum nostrarum in iure Sredensi predicto locatarum exhibebunt. Vt igitur hec nostra vendicio rata, firma ac inviolabilis perseveret, presens priuilegium scribi fecimus sigilli nostri capitulique nostri Wladislauiensis pretacti appensione munientes. Actum et datum in Wolborz in crastino sancti Martini anno domini MCCCLXXIX presentibus honorabilibus viris: dominis Theodrico preposito, Nicolao scolastico, Johanne archidiacono, Bartha cantore et Martino custode, Nicolao de Chrobrza necnon Petro dicto Sliwka, canonicis Wladislauiensibus, et aliis quamplurimis fidedignis.

Liber. Scoltec. Eccl. Wladisl. fol. 9⁰.

89. Anno 1380 d. 28 Martii, Gnesnae.

Nos Ladislaus dei gracia Dux Opoliensis, Cuyauiensis etc. Tenore presencium notificamus, quibus expedit, vniuersis, quod ob restauracionem ac populi augmentacionem nostre Ciuitatis Wladislauiensis fidelibus nostris textoribus, in ipsa ciuitate nunc existentibus et in futurum constituendis, plenarie concedimus et consentimus, quod quilibet eorum quosuis pannos cuiuscunque eciam bonitatis, valoris aut coloris existant, quos saltim faciunt seu conficiunt, in dicta nostra ciuitate et non aliunde apportatos, vlnatim incidere et pro lana emenda ad quascunque ciuitates, villas seu loca extra fines et metas nostre Wladislauiensis terre dumtaxat sitas vel sita, transire possunt et debeant, quorumcumque impedimento non obstante. Volentes seriose, quod supradictum nostrum indultum et concessum a nostris capitaneis ac omnibus aliis absque quolibet impedimento inuiolabiliter obseruetur, quousque eadem personaliter duxerimus reuocanda. Harum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum.

Datum Gnezne feria quarta infra Octauas festi Pasche, anno domini Millesimo tricentesimo octuagesimo.

Dok. oryg. perg., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Pieczęć oderwana. — Stronczyński: Wzory, Nr. 41, str. 45.

90. Anno 1387 d. 10 Junii, in antiqua Wladislawia.

In Cristi nomine amen. Cunctorum perit memoria factorum, nisi scripture testimonio fuerint commendata memorie, inde est quod nos Johannes, diuina et apostolice sedis prouidencia Wladislauiensis Ecclesie Episcopus, unacum capitulo nostro Wladislauiensi cupientes, ut rei geste inter nos et capitulum nostrum Wladislauiense predictum, ex una, et prouidum virum Janussium Petri scultetum de villa *Lodza* Ecclesie nostre Wladislauiensis in terra Lanciciensi sita nostri districtus Wolboriensis, parte ex altera, apud posteros memoria plenior habeatur, notum facimus vniuersis presentes litteras inspecturis, quod honorabilis vir dominus Petrus *Slywka* canonicus Ecclesie nostre Wladislauiensis predicte, qui ex donatione olim domini Sbiluthi Episcopi Wladislauiensis predecessoris nostri pronunc tenet villam eandem et aliam villulam dicta *Wydzewnycza*, sitam in merica et in graniciis dicte ville *Lodza*, intendentes melioracioni bonorum villarum predictarum de voluntate et consensu nostro ac capituli nostri Wladislauiensis prefatas villas *Lodza* et *Wydzewnycza* wlgariter dictas prefato Janussio sculteto et suis successoribus legitimis iure theutonico videlicet iure Nouifori seu Srzedensi ad mansos flamingicos sub ea ordinatione, que sequitur, dedimus et exposuimus locandas, ita videlicet, quod Janussius scultetus predictus et sui successores racione dicte sue scultecie in villis seu hereditatibus predictis in *Lodza* duos mansos et duos ibidem in *Wydzewnycza* liberos in agris, pratis, siluis, pascuis, mellificiis et borris obtinebit perpetuo et habebit. Item incole villarum predictarum a die date presencium in *Lodza* per triennium et in *Wydzewnycza* quatuordecem annis gaudebunt omnimoda et plenaria libertate, qua libertate elapsa quilibet incolarum villarum earundem de quolibet manso racione census videlicet in *Lodza* per mediam marcam grossorum Pragensium et quartam partem mellis vrne dictam wlgariter *Raczka* de mensura Lanciciensi, et in *Wydzewnycza* similiter per mediam marcam grossorum excepto melle annis singulis in festo beati Martini confessoris et pontificis gloriosi prefato domino *Slywka* Petro et post mortem ipsius nobis et nostris successoribus soluere sint astricti, et in festo Pasche

triginta oua et unum caseum, et in festo Assumpcionis sancte Marie gloriose virginis per duos pullos eciam annis continuis predicto domino Petro, post hoc sic, ut premissum est, nobis et nostris successoribus dare et soluere tenebuntur. Item scultetus ipse et sui successores de tabernis villarum *Lodza* et *Wydzewnycza* predictarum, quotquot ibidem locate fuerint, prefato domino Petro canonico et postmodum sic, ut premittitur, nobis et nostris successoribus duos denarios dabunt et assignabunt et pro se tercium denarium retinebunt. Item damus eidem Janussio sculteto molendinum in dicta villa *Wydzewnycza* facere et edificare, cum sue placuerit voluntati, quod molendinum ipse et sui posteri possidebunt perpetuo libere, pacifice et quiete. Item incole earundem villarum uno die ad hyemalia et alio ad estiualia arare et vnam diem funum educere, eciam per aliam diem prata falcare et aliam diem rastrare perpetuo tenebuntur. Scultetus autem ipse et eius successores omnes causas ciuiles et criminales, paruas et magnas, eciam si capitis mutilacionem vel membrorum exigerent, infra terminos hereditatum predictarum contingentes iure predicto, presente ipsius domini Petri canonici et post hoc nostro et nostrorum successorum nunctio, iudicabunt, de iudicatis autem duas partes seu duos denarios dare tenebuntur eidem domino Petro et eciam post hoc nostris successoribus et terciam partem seu denarium pro se et suis successoribus retinebit, de iuramentis autem pro se et suis posteris totum reseruabit. Item memoratus scultetus et incole ac ipsorum posteri villarum predictarum ipsi domino Petro et post hoc nobis seu nostris successoribus honores, peticiones et seruicia iuxta ius Nouifori predictum exhibebunt. Et si prefatus scultetus siue sui posteri predictam suam sculteciam siue ius, quod in bonis nostris predictis habent, alicui vendere, donare, commutareque vellent, hoc non facient, nisi nos prius super hoc habuerint requisitos et noster consensus accesserit et voluntas. In cuius rei testimonium sigilla nostrum et capituli nostri Wladislauiensis predicti presentibus sunt appensa. Actum et datum in antiqua Wladislauia feria secunda infra Octauas Corporis Christi anno eiusdem MCCCLXXXVII presentibus honorabilibus et discretis viris: dominis Theodrico preposito, Nicolao decano, Petro archidiacono, Johanne scolastico, Nicolao cantore Wladislauiensibus, Johanne preposito, Stanislao decano, Johanne archidiacono, Jarando cantore et Thomislao custode Crusswiciensibus, testibus ad premissa, multisque aliis fidedignis.

Liber Scoltec. Eccl. Wladisl. fol. 25°.

91. Anno 1393 d. 21 Decembris in villa Comorsko.

Henricus, dei gracia Episcopus Wladislauiensis Ecclesie, honorabili viro Sigismundo Maczude de Lupstow, canonico nostro Wladislauiensi, salutem in domino. Tue probitatis laudabilia virtutum merita, quibus apud nos fidedigno testimonio comendaris, nos prouocant et inducunt, vt tibi ad graciam reddamur liberales presertim consideracione venerabilis viri domini Petri de *Radolino*, doctoris utriusque iuris, amici et fautoris nostri specialis. Horum igitur intuitu tibi graciam facere volentes specialem, te in canonicum dicte ecclesie Wladislauiensis de novo creauimus presentibusque creamus, et quia spiritualia sine temporalibus subsistere nequeunt, tibi racione prebende de villa nostra et mense nostre episcopalis videlicet *Orle*, alias dicta *Wlanowo*, cum omnibus vtilitatibus, censibus, redditibus, pratis, agris, bonis, lacu et molendinis ac toto dominio necnon de decimis scilicet ibidem in *Orle*, in *Gluszyno* Alberti, in *Mylochowo*, in *Chalinska wola*, in *Gradowo*, in *Bynapanyewo*, in *Radzanowo* Stephani dicti *Pozemichot*, in *Zydowo*, et in *Wrzoszowo* de vnanimi consensu et voluntate concordi venerabilium fratrum nostrorum videlicet Wladislauiensis capituli prouidimus et tenore presencium prouidemus inuestiendes per birreti nostri imposicionem Magistrum Petrum de Lapida, clericum Wladislauiensis diocesis, nomine tuo de eisdem, stallum tibi in choro et vocem in capitulo in ecclesia Wladislauiensi predicta cum plenitudine iuris canonici assignantes. Volumus autem, quod te sublato de medio, siue uxorato, aut in pontificalem dignitatem promoto, ius dicti canonicatus penitus extingwatur, prebenda vero ad mensam nostram libere reuertatur. Harum quibus sigilla nostrum ac dicti nostri capituli presentibus sunt appensa testimonio litterarum. Actum et datum in villa nostra Comorsko anno domini M°CCC°XCIII° die XX prima mensis Decembris presentibus honorabilibus et discretis viris: Andrea preposito, Nicolao decano, Petro archidiacono, Johanne scolastico Wladislauiensibus, Johanne preposito, Stanislao decano Cruschwiciensibus cum aliis prelatis et canonicis capitulariter congregatis.

Arch. Kapit. Włocł. Księga konsystor. I fol. 202.

92. Anno 1394 d. 24 Aprilis Posnanie.

Henricus, divina et apostolice Sedis providencia episcopus Vladislaviensis, uniuersis et singulis presencium noticiam habituris harum serie declaramus, quomodo attentis pietatis et benignitatis favoribus, quibus Serenissimus princeps et dominus noster, dominus Vladislaus, rex Polonie Litvanieque princeps supremus et heres Russie etc., nos prosequi est dignatus, ipsi domino nostro regi ac Regno Polonie sincero corde, pura mente, bona fide, matura deliberacione prehabita, sponte ac libere, fideliter promisimus tenoreque presencium promittimus ac sinceriter pollicemur, fraude et dolo quibuslibet proculmotis, meram et plenimodam fidelitatem, ac sincere et inconcusse fidei constanciam eidemque domino Regi ac Regno Polonie in omnibus sinceriter ac fideliter consiliis, auxiliis et serviciis, totis nostris viribus assistere contra quamlibet personam, nisi talia sint, que nostro honori deberent derogare, ad que penitus non intendimus obligari harum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum Posnanie feria sexta proxima post festum Resurreccionis Domini anno eiusdem domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto.

Dok. oryg. perg. opatrzony pieczęcią biskupią. Jest ten dyplomat ogłoszony w Dogiela Cod. Dipl. Regni Pol. IV p. 77 Nr. LXIX.

93. Anno 1401 d. 26 Aprilis, in Juuene Wladislavia.

In nomine domini amen. Ad rei memoriam perpetuam Wladislaus, dei gracia Rex Polonie Lythwanieque princeps supremus et heres Russie etc., significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis tam presentibus, quam futuris presencium noticiam habituris, quomodo ad nostre maiestatis presenciam accedens Mathias alia Maczco Bernatonis, ciuis noster Wladislauiensis noster fidelis dilectus, quoddam priuilegium prepositi monastery in Strzelno cum magno appenso sigillo super quadam vendicione scoltecie in villa *Bronislaw* ipsius Mathie predecessoribus facta exhibuit et monstrauit, ex cuius priuilegy continencys eundem Mathiam reperimus ad predictam scolteciam in *Bronislaw* clarum ius habere, quam eciam scolteciam eidem Mathie, suis heredibus et successoribus legitimis, damus et ascribimus perpetuis temporibus tenore presencium mediante per ipsum, suos heredes et successores legitimos, tenendam, habendam, utifruendam

et pacifice possidendam, necnon vendendam, conmutandam, donandam et ad usus suos suorumque heredum beneplacitos conuertendam, cum iuribus, condicionibus et pertinenciis infrascriptis videlicet, quod prefatus Mathias racione prenominate scoltecie decem mansos liberos habebit, unam thabernam, molendinum ventuale, macella carnium, panni et sutorum ac alia, que pro vtilitate sua suorumque heredum vtiliora construere poterit, plenam construendi habebit facultatem, causas magnas et paruas tam criminales, quam capitales puta furti, homicidii, incendii, effusionis sangwinis, membrorum mutilacionis presente nostro capitaneo vel suo nuncio iudicabit, de qualibet eciam re iudicata pro se uel suis heredibus tercium denarium tollet, nobis vero, nostro capitaneo vel suo nuncio duos, secundum solucionem excedencium, presentabit, omnes uero denarios iuramentorum pro se suisque heredibus reseruabit, tribus tantum iudiciis generalibus in anno quolibet pro nobis vel nostro capitaneo inibidem reseruatis; in quibus nichilominus prefati Mathias et sui successores de penis tercium denarium tollent. Et si scabini ipsius ville aliquam forte sentenciam pro se ferre ignorabunt ad recipienda consilia in *Radzeow* recurrent, ad prefataque tria iudicia nostrum capitaneum vel suum procuratorem cum quinque personis et totidem equis expensis procurabit. Preterea kmethones ville predicte de quolibet manso possesso per vnum fertonem quolibet anno nobis et nostris successoribus soluere et labores, sicut ceteri kmethones villarum nostrarum in terra Cuyauie sitarum, facere sunt astricti, ipseque Mathias aut sui heredes in eadem villa personaliter residebunt. Harum, quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Datum in Juuene Wladislauia feria tercia proximum post diem sanctorum Adalberti et Georgy martirum. Anno domini Millesimo quadringentesimo primo presentibus: Sandziuogio Swidwa Posznaniensi, Johanne Ligansza Lanciciensi, Jacusschio de Conyeczpole, Krzesslao Cuyauiensi, Mathia Maczuda Gnewkouiensi palatinis et Petro Kmythe castellano Lubliniensi aliisque multis militibus nostris fidelibus dilectis. Datum per manus Reuerendi in Christo patris domini Nicolai Episcopi Wladislauiensis nobis sincere dilecti.

Ad relacionem domini Clementis regni Polonie vicecancellarii.

Archiw. Kapit. Włocław. Księga konsystorska I fol. 176. Jak z opisu wynika, pieczęć wisiała na sznurkach jedwabnych zielonych i różowych.

94. Anno 1417 d. 18 Junii in Charthlupa Wielga.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Martinus de Kalinowa, castellanus Siradiensis et capitaneus Velunensis, cum strenuo Laurentio Zaramba et Johanne, filiis nostris legitimis, significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, harum noticiam habituris, qualiter moti visceribus misericordie, ob amorem omnipotentis dei, et ob spem mercedis future promerende ac venie delictorum percipiende, sani mente et corpore existentes non conpulsi, non coacti, neque per errorem seducti, sed vltranea voluntate animo deliberato hereditatem *Garbow*, quam habuimus in obligacione a Serenissimo Principe et domino, domino Vladislao dei gracia Rege Polonie etc. venerabili viro Domino Michaeli preposito Miechouiensi ac suo conuentui ad ecclesiam sancti Spiritus et Passionis, alias ad Hospitale ante Siradiam, damus cum omni iure et dominio, fructibus, censibus, reditibus, prouentibus et appendiciis vniuersis, veluti soli a Domino Rege tenuimus et possidebamus. Qui gubernator ecclesie s. Spiritus ante Siradiam ac rector hereditatem predictam *Garbow* habebit, tenebit, ac libere possidebit, donec per dominum Regem exemetur. Eciam idem dominus Michael cum conuentu monasterii Miechouiensis villas suas, videlicet *Grodzisko*, *Jankowo*, *Rokuthowo* et *Modlowo* nobis cum omni iure et dominio ac appendiciis vniuersis ad tempora vite nostre solius, et non nostrorum aliquorum progenitorum seu proximorum rite contulit et rationabiliter assignauit possidendas; post decursum vero vite nostre ad monasterium Miechoviense ville antedicte cum omnibus iuribus et appendiciis vniuersis reuertentur. Eciam si *Jancowo* villam predictam prefatus dominus prepositus Michael Miechouiensis commutauerit seu vendiderit, extunc de ipsa sibi cum omnibus iuribus cedere debebimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Charthlupa Wielga feria sexta proxima post octauas Corporis Christi sub anno domini MCCCCXVII presentibus nobilibus viris: Nicolao palatino Sandomiriensi et capitaneo Siradiensi, Johanne de Gora tutore [de] Charthlupa Welga, Peregrino de Dambrowa, Johanne Grabski, Grzimala de Stansyce, Johanne de Grocholice, et aliis quam plurimis fidedignis testibus ad premissa.

Nakielski, Miechovia p. 400.

95. Anno 1418 d. 21 Marcii, in Brodnia.

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nihil dignius memoria habeatur, opportunum existit, vt actus hominum literarum apicibus, et fidedignorum testimonio perhennentur, ne lapsu temporis euanescant. Proinde nos Vladislaus, dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouiensis, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Lituanieque princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres, significamus tenore presencium tam presentibus, quam futuris, presencium noticiam habituris, quibus expedit, vniuersis; quomodo specialis zelo deuocionis accensi, cupientes diem extremi iudicii pietatis operibus preuenire, consideratis et in animo reuolutis multiplicibus defectibus conuentus Hospitalis sancti Spiritus extra muros ciuitatis nostre Siradiensis fratrum ordinis s. Augustini Sepulchri Dominici Hierosolymitani monasterii Miechouiensis, et pauperum ac debilium ibidem degencium ex insufficienti ipsius dotacione eius rectoribus seu prepositis incumbentibus, ipsorum huiusmodi defectibus pie ac misericorditer volentes succurrere, vt nostris suffulti munificenciis oracionibus vberius vacare poterint, et Creatoris nostri pro nobis clemenciam, et pro predecessoribus nostris deuotis exorare, ad deuotas precum instancias fratris Stanislai prepositi eiusdem Hospitalis et conuentus duos laneos per nostram Maiestatem et per strenuos et nobiles terrigenas terre Siradiensis pro releuacione eiusdem Hospitalis et conuentus pure propter Deum emptos et pecunia comparatos cum omnibus ipsorum pertinentiis, pratis, rubetis, aruis, riuulis et obuencionibus vniuersis ab omnibus nostris laboribus et successorum nostrorum, necnon censibus, prouentibus, contribucionibus, exaccionibus et solucionibus nunc inuentis, et post hec inueniendis, quibuscunque nominibus censeantur, libertamus et liberos facimus, ita, ut dicti duo lanei taliter, ut prefertur, sint soluti, liberi et exempti temporibus perpetuis de nostra ipsis donata et data gracia speciali. Harum, quibus presentes nostras litteras sigilli nostri munimine fecimus communiri in robur perpetue firmitatis. Actum in Brodnia secunda feria proxima post Dominicam Ramispalmarum, anno domini MCCCCXVIII presentibus ibidem magnificis strenuis atque nobilibus dominis: Nicolao de Michalow palatino Sandomiriensi, tunc capitaneo Siradiensi, Martino de Kalinowa castellano, Petro de Widawa iudice, Jacobo de Rosznowo subcamerario Siradiensibus, Johanne de Gora, Thoma alias Scheliga de Janowice, et aliis quam plurimis fide dignis testibus ad premissa. Datum per manus reuerendi in Christo

patris domini Alberti, dei gracia episcopi Cracouiensis, et Regni Polonie cancellarii nobis sincere dilecti.

Nakielski, Miechovia p. 401.

96. Anno 1424 d. 8 Septembris Sandomirie.

In nomine domini amen. Cum negocia et contractus hominum, quantumcunque perpenso digesta consilio propter varietatem humane nature reuocantur in dubium, et plerumque irritantur, nisi auctoritate literarum perhennentur, proinde nos Vladislaus, dei gracia Rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Lituanieque princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres, significamus tenore presencium vniuersis et singulis presencium noticiam habituris, quomodo thesauri nostri condicionem in fructus reducere ampliores, et vtilitates castro nostro Calisiensi, quod specialibus prerogatiuis fulciendum satagimus, augere et multiplicare intensis desideriis cupientes, ex nostra sciencia et matura deliberacione preuia cum venerabili deuotisque preposito et conuentu Miechouiensi ordinis s. Augustini sacrosancti Sepulchri dominici Hierosolymitani talem fecimus et facimus permutacionis contractum, quod ipsis eorumque successoribus villam nostram *Garbowo* in districtu Siradiensi sitam, prout in suis metis et granicziebus longe, late et circumferencialiter est distincta, pro villa ipsorum *Modlowo* in districtu Calisiensi sita iusto et perpetuo titulo permutacionis dedimus, contulimus, damus et conferimus, resignauimus et resignamus per presentes, per ipsos prepositum et conuentum eorumque successores cum omnibus et singulis pertinenciis suis, fructibus, vtilitatibus, censibus, reditibus prouentibus, pratis agris, campis, pascuis, siluis, gaiis, mericis, borris, mellificiis, quercetis, pinetis, virgultis, rubetis, venacionibus, aucupacionibus, aquis, riuis, fluuiis, lacubus, paludibus, piscinis, piscaturis, molendinis et emolumentis, coherenciis et appendiciis vniuersis, ad ipsam quomodolibet spectantibus, perpetualiter et irrevocabiliter tenendam, habendam, utifruendam, quiete et pacifice possidendam et cum voluntate et sciencia nostra vendendam, commutandam et alienandam, nichil iuris, proprietatis, aut dominii, pro nobis et nostris successoribus in eadem penitus reseruantes. Exemimus et absoluimus eciam villam predictam et eius incolas presentes et futuros ab omnibus angariis, preangariis, laboribus, contribucionibus et exaccionibus castri nostri Siradiensis preter censum *poradlne* vulgariter nuncupatum, quem pro nobis et nostris successoribus presentibus reseruamus, villa vero ipsorum

Modlowo predicta ad nos et successores nostros cum plenitudine pertinenciarum suarum huiusmodi perpetue permutacionis titulo deriuetur. Harum nostrarum testimonio literarum, quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Sandomirie ipso die festi Natiuitatis beatissime Virginis Marie anno domini MCCCCXXIV. Presentibus ibidem reuerendis patribus Dominis: Alberto archiepiscopo Gnesnensi, Sbigneo Cracouiensi et Johanne Chelmensi episcopis, necnon magnificis Cristino de Ostrow castellano Cracouiensi, Sandziuogio de Ostrorog Posnaniensi, Johanne de Tarnow [Cracouiensi], Nicolao de Michalow Sandomiriensi, Jacobo de Koniecpole Siradiensi palatinis. Datum per manus venerabilium Johannis Schaffranec decani, cancellarii, et Stanislai Czolek, cantoris Cracouiensis vicecancellarii Regni Polonie, fidelium nostrorum dilectorum.

Nakielski, Miechovia p. 402.

97. Anno 1441 d. 17 Julii, in Castro Noue Ciuitatis.

Zophia, dei gracia Regina Polonie etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, uniuersis. Quemadmodum serenissimus dominus Rex etc. filius precarissimus magnifico ac strenuo Nicolao de Stiborze, castellano Wladislauiensi ac nostro Nyeschoviensi et Juniwladislaviensi capitaneo, occasione ipsius fidelium servitiorum, quibus ipse sue Maiestati multipliciter famulabatur et nunc non desinit famulari, et aucto fidelitatis studio ad futurum prestantius valebit exhibere, volensque ipsum dominus Rex ad sua servitia reddere promptiorem et eum pro demeritis servitiis consolari, sibi opidum Gnyewkow cum advocatia, borris et molendinis ad ipsum pertinentibus in certa summa pecuniarum inscripsit, dedit, donavitque ad tempora vite sue gratiose tenendum, habendum, utifruendum, possidendum, cum omni iure et dominio, necnon cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibusque uniuersis, nihil penitus pro se reseruando, libere et quiete. Cum autem antefatum castellanum etc. acciderit ex permissione divina fieri vita functum, extunc exsoluta summa pecuniarum, prout in litteris regalibus dinoscitur contineri, ipsius legitimis successoribus per Dominum Regem aut per nos, oppidum prefatum cum advocatia et aliis supra descriptis integraliter ad Regiam Maiestatem et ad nos perveniet viceversa cum pleno iure. Huic vero donationi aclinantes et considerantes, quia digne facta est et iuste, et nostro filio precarissimo volentes in eo complacere, ipsumque castellanum reddere remuneratum ipsius servitiorum fidelium ob respectum, in ipsam

donationem consensimus et consentimus per presentes. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in castro Nove Ciuitatis feria secunda proxima post festum Divisionis Apostolorum anno domini Millesimo Quadringentesimo quadragesimo primo.

Relatio solius domine Regine.

Dok. oryg. perg. przechowany w arch. głównem Królestwa Polskiego, pieczęć oderwana. — Stronczyński: Wzory Pism dawnych Nr. 54. p. 61.

98. Anno 1441 d. 23 Septembris in Radzeow.

In nomine domini amen. Ad futuram rei memoriam sempiternam. Cum ineffabilis divine providencie altitudo, que nullis includitur limitibus nec terminis comprehenditur, celestia simul et terrena moderans et, prout wlt, disponens, status hominum sic diuisit vniuersos, ut cunctis copiam bonitatis sue influat, illos quidem dignitatum preconiis attollat, illis sciencie bona dispensat, aliis donat temporalia, ceteros vero constituat, ut per exemplorum et morum dulcedinem vitam aliorum corrigant et spiritualis alimonie pastu refoueant, sitque nullus propiciacionis sue expers, quod a se vel aliunde recipiat, recte fateri poterit, aut spiritu vanitatis accensus aliorsum recognoscat. Omnes itaque ex fonte benignitatis eius recepimus et tenemur, prout unusquisque recepit pro modulo suo, grates referre illi, a quo tot bona nobis processerunt, partemque, que de manu domini suscepimus, ministris, quos ad fidey catholice et cultus sui propagacionem deputauit, munifice ministrando, quorum oracionibus et suffragiis bona temporalia hic, et eterna in futuro, multiplicato fructu in Cristo Jhesu nanciscantur. Proinde nos Nicolaus de Stiborze alias de Scharley, castellanus Juniwladislauiensis necnon capitaneus terrarum Brestensis, Juniwladislaviensis, Bydgostiensis et Nyeschowiensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis presentibus et futuris presencium noticiam habituris, quomodo prudentes Simon dictus Okun et Agnes ipsius legitima conthoralis, suburbani Radzeowienses sani mente et corpore non compulsi nec coacti, neque aliquo errore seducti, amicorum suorum sano vsi consilio perswasuque suorum consanguineorum et affinium adhybito de ipsorum mera et spontanea voluntate, cupientes operibus pietatis diem districti et extremi iudicii prevenire et quod eis diuina largitas in hac mundi area de thezauris suis ministrauit, velut serui fideles, quos dominus constituit, super bona sua dis-

crete dispensare coram nobis ceterisque terre nobilibus presencialiter constituti omnia et singula ipsorum bona mobilia et immobilia: hoc est omnes agros cultos et colendos in limitibus Radzeowiensibus sitos, qui agri faciunt duos mansos, omnia prata, domum eorum habitacionis cum omnibus edificiis et cum orto, omnia pecora et pecudes, videlicet equos, boues et sues, omnia suppellectilia ipsorum domus et signanter vniuersa, que nunc habent uel temporibus vite ipsorum in eisdem bonis quoquomodo procurando et administrando poterint habere, sic longe lateque, prout soli nunc tenent et possident, et per tempora vite ipsorum, prout inferius hic declarabitur, eadem bona administrando habebunt cum omnibus iure, proprietate et dominio, usufructu ac vtilitate, nichil omnino pro quouis alio reseruando, ad laudem et honorem domini Jhesu Cristi ipsiusque sanctissime matris et Virginis Marie ac omnium sanctorum pro altari ibidem in Radzeow in dextra patre magni altaris in angulo per ipsos Simonem et Agnetem nouiter errecto et ad vsum ac victum discreti Jacobi Janussy ibidem de Radzeow plebani in *Lyssowo*, quem coram nobis in altaristam eiusdem altaris efficaciter instituerunt, nominauerunt, fecerunt et presentis scripti patrocinio presentauerunt, et pro quolibet alio altarista pro tempore existente dederunt, donauerunt, assignauerunt, contulerunt, presentibusque ascripserunt et in perpetuum irrevocabiliter coram nobis resignauerunt sic, quod predictus Jacobus altarista taliter, ut premittitur, institutus seu quiuis alius pro tempore existens circa dictum altare tres missas: vnam de Assumpcione beate Marie Virginis, alteram pro peccatis et terciam pro defunctis singulis septimanis ob remedium et salutem animarum predictorum Simonis et Agnetis ac suorum progenitorum, consaguineorum et affinium per se, aut per alium officiabit, celebrabit et habebit. Post mortem vero predictorum Simonis et Agnetis altarista pro tempore existens loco misse pro peccatis circa dictum altare missam de sancta Trinitate aut de tempore occurrente officiabit. Predicti eciam Simon et Agnes ad tempora vite ipsorum ius patronatus habebunt dictum altare conferendi; sed post mortem eorum collacio dicti altaris super consules ibidem Radzeowienses deuoluetur pleno iure. Ceterum predicti Simon et Agnes dicta bona, ut prefertur, per eos resignata, si voluerint, per et ad tempora vite ipsorum ipsa administrabunt procurabunt, et quouis meliori modo pro dicto altari adaugendo disponent Jacobo predicto altariste aut pro tempore existenti singulis annis de eisdem bonis tres marcas censuantes. Post mortem vero ipsorum Simonis et Agnetis sepedicta bona altari supradicto et altariste, pro tempore existenti erunt et devoluentur cum omni iure, proprietate

ac dominio, quequidem omnia et singula bona sic, ut premittitur, coram nobis resignata predictus Jacobus altarista, aut pro tempore existens super dictum altare habebit, possidebit, vtifruetur et pacifice ac quiete in perpetuum optinebit, censibus regalibus consuetis et solitis semper saluis. Harum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum, testimonio litterarum. Actum et datum in Radzeow sabbato proximo post festum sancti Mathei apostoli et Ewangeliste anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo. Presentibus magnificis, venerabili et nobilibus dominis: Nicolao de Warzimowo castellano Brestensi, Nicolao de Cosczelecz vexilifero Juniwladislauiensi, Johanne canonico Wladislauiensi et plebano in Gora, Johanne de Cosczelecz, Michaele de Palagewo, Dzetryskone de Lupsino, Nicolao Diuida de Walouicze, Stanislao de Massenicze burgrabio in Scharley, Alberto de Czolpino, Adam de Zalansze multisque aliis curie nostre fidedignis.

Zbiory Bibl. Jagiell. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci.

99. Anno 1455 d. 26 Octobris, in loco stacionum circa Grudzancz.

Kazimirus dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussieque dominus et heres etc.

Famosi grate nobis dilecti. Grati sumus admodum, quod diligenciam facitis ab exercitibus nostris de campo fugientes arrestando, de quo plurimum vobis regraciamur et petimus, ut adhuc maiorem diligenciam faciatis in eo, solum demptis hiis, qui litteras nostras habuerunt absolutorias uel requisitorias speciales de permissione; et quia relatum est nobis, quomodo nobilem Laurencium de Smolsko, filium iudicis Brestensis, ad bellum non obligatum arrestatis et permittere noluistis, quare hortamur vos et petimus, quatinus ipsum permittatis cum armis et ceteris rebus, equis et valisys libere et secure. Et aliter non facturi pro conplacencia nostra. Datum in loco stacionum circa Grudzancz die dominico ante Simonis et Jude proximo anno etc. LV^to^.

«[In dorso]» Famosis Magistris ciuium et consulibus ciuitatis nostre Thorunensis grate nobis dilectis.

Zbiory Gabinetu Archeolog. Uniw. Jagiell. List oryg. papierowy z pieczęcią na papierze wyciśniętą.

100. Anno 1455 d. 31 Octobris, circa Choinicze.

Kazimirus etc. Significamus tenore presentium, quibus expedit, uniuersis, quomodo magnifici, generosi et nobiles terrarum nostrarum Maioris Polonie, Siradie, Lancicie et presertim Cuyauie syncere et grate nobis dilecti nobis subsidium fertonum sponte, et de bona ipsorum uoluntate non inuiti nec quocunque modo per nos coacti, sed ad petita nostre Maiestatis et pure, considerata nostra et Regni nostri magna et ardua necessitate, dederunt; quam solutionem fertonum non de iure, nec quouis alio modo, nisi ut premittitur tanquam spontaneam recipimus et loco eorundem fertonum nobis datorum promittimus uerbo nostro regio a festo sancti Martini confessoris, et a data presencium post unum annum uenientem ad sex annos continue se sequentes de terris predictis exactionem fumalium seu *poradlne* alios *krolestwo* non recipere, sed loco istorum fertonum nobis taliter datorum anno quolibet de quolibet laneo duos grossos defalcari et excutere. Demum promittimus tales fertones aut huiusmodi inconsuetas solutiones ab ipsis expetitas aut datas non in sequelam trahere aut eorum priuilegiis et monimentis per huiusmodi solutionem in aliquo derogare; sed ipsas terras et presertim Cuiauie circa iura et munimenta, priuilegia et ipsorum iurium confirmationem predecessorum nostrorum, et nostra ac antiquas et bonas consuetudines, prout in suis punctis, clausulis et articulis latius continentur, graciosius conseruare. Harum, quibus sigillum nostrum est subappensum, testimonio litterarum. Datum in loco campestri exercituum nostrorum circa Choinicze feria VI ante festum Omnium Sanctorum. Anno domini MCCCCLV.

Relatio Venerabilis Lutek de Brzezie utriusque iuris doctoris Archidiaconi Gneznensis et R. P. vicecancellarii.

Przyłuski, Leges seu Statuta (1553) fol. 948; Volumina Legum I p. 186 (wydanie Ohryzki p. 85).

101. Anno 1456 d. 18 Maii Cracouie.

Zophia, dei gratia Regina Polonie etc. Significamus presentium tenore, quibus expedit, uniuersis, quomodo cum magnifico Hincza de Rogow, castellano Siradiensi et Regni Polonie vicethezaurario, pro et super bonis nostris Juniwladislavia et eius tenuta talem, ut sequitur, fecimus conclusionem: Quia nostra ardua necessitate incumbente a primodicto magnifico Hincza mille

cum uno cento florenos hungaricales puri auri et iusti ponderis mutuo accepimus. In quibus florenis sibi et suis successoribus iam dicta bona nostra et tenutam cum omnibus et singulis villis, prediis, censibus, lacubus, molendinis aquaticis ac ventilibus, eorumque emolimentis, theloneis: terreno et aquatico, que de iure et consuetudine diucius tentis pro ipsis nostris bonis exigebantur et modo exiguntur, exaccionibus, scilicet duorum grossorum terrestribus alias *Propoborny* et civitatis prefate annualibus, dictis *Shoshi*, in terra et civitate prefatis solvi consuetis, et penis iudicialibus, nec non omnibus et singulis eorundem bonorum et tenute utilitatibus, quibuscunque vocentur nominibus, prout nos ipsa bona tenuimus et possedimus, obligauimus et tenore presentium obligamus. Theloneo autem nobis per dominum Regem, natum nostrum precarissimum, pro commutatione bonorum dato, et exactionibus, si que quando super civitates huius Regni fuerint imposite, duntaxat pro nobis reservatis, conclusionibus huiusmodi et conditionibus talibus interclusis, ut prefatus magnificus Hincza de *Rogow*, castellanus Siradiensis et Regni prefati vicethezaurarius, de ipsis bonis nostris et tenuta prescriptis per tempus et spacium duorum annorum se immediate sequentium pro quolibet illorum ducentos florenos nobis dare et soluere tenebit. Stationem vero, si nos ibi venire contingerit, duas ebdomadas quolibet annorum habere volumus. Sin autem non ibi in bonis prefatis intererimus extunc pro ipsa statione centum florenos nobis exolvat. Elapso autem spacio et tempore duorum annorum prescriptorum, quolibet aliorum sese sequentium, quingentos florenos dare ipsum nobis obligamus, statione, uti est expressum, non ommissa. Si vero prefatorum bonorum infra tempus duorum annorum aut post aliquando per insidias gwerrarum similis huic, que modo facta est, fieret destructio et devastatio, extunc nonnisi ducentos florenos, ut prius dictum est, de ipsis bonis ab ipso recipere et exigere volumus, etiam statione, uti prius, non ommissa. Si autem, quod absit, per insultus inimicorum vel quascunque alias gwerrarum insidiationes civitas nostra cum villis sibi adiacentibus magis, quam est, destructa fuerit quovismodo et devastata, exinde locatis duobus hominibus probis ex nostra, et aliis duobus ex ipsius Hincza de Rogow partibus, quicquid in eo fecerint, ordinauerint, et concluserint, id gratum volumus habere et acceptum. Possidebit tamdiu prefatus magnificus Hincza de Rogow prefata nostra bona, quousque sibi aut ipsius posteris prefati mille floreni cum uno cento per nos aut nostros successores fuerint integraliter exoluti, modo tali, quod si pro exemptione prefatorum bonorum instaremus et exemere voluerimus, extunc nonnisi in festo Natiuitatis Domini redimere debebimus. Solutis eo tempore su-

prascriptis florenis possessio bonorum predictorum ad nos redibit pleno iure. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Cracovie feria tertia Pentecostes anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Presentibus his venerabilibus, generosis et strenuis: Stanislao Roy Cracoviensis et Sandomiriensis ecclesiarum canonico, Petro Veschmuntowsky iudice terre Sandomiriensis generali et Magistro curie Reginalis, Prandotha Conynski, Andrea Tresthka de Brzena testibus et ceteris quam pluribus fidedignis.

Dok, oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony jedną pieczęcią, zawieszoną na skrawku pergaminowym. — Stronczyński: Wzory Pism dawnych Nr. 56.

102. Anno 1463, d. 7 Decembris, in Kolo.

Kazimirus dei gracia Rex Polonie etc. Significamus tenore presentium, quibus expedit, uniuersis, tam presentibus, quam futuris presentium noticiam habituris, quomodo magnifici, generosi et nobiles dignitarii et terrigene incoleque terre nostre Brzestensis sincere nobis dilecti ad preces nostras de ipsorum mera, spontanea et libera uoluntate, pensato periculo, quod posset imminere terris nostris Cuiauie ex hostium nostrorum incursu et inuasione prouidentes et consulere volentes terrarum ipsarum Cuiauie indemnitati consenserunt ad contribucionem pecunialem pro stipendiariorum per nos nunc susceptorum conseruacione in terris Cuiauie pro reprimendis hostibus ab inuasione ipsarum terrarum, promittimusque, quod contributio non debet imposterum venire in sequelam, neque aliquam contributionem de predictis dignitariis et terrigenis nostris terre Brzestensis ipsis inuitis et contra dicentibus exigere et extorquere deinceps uolumus, et promittimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Kolo feria quarta in vigilia Conceptionis gloriose virginis Marie. Anno domini MCCCCLXIII.

=Dominus Rex per se.=

Przyłuski: Leges seu Statuta (1553) fol. 949.

IV.

DOKUMENTY MAZOWIECKIE.

Chociaż istnieje wyłącznie Mazowieckiej dzielnicy poświęcony Dyplomataryjusz, to jednak najmniej właśnie dotychczas posuniętemi są prace nad wydaniem dokumentów Mazowieckich. Przyczyną tego zjawiska jest po części okoliczność, że przygotowawcze w tym kierunku poszukiwania odbywać się muszą w odmiennych warunkach, niżeli w innych dzielnicach. Tak znajduje badacz, zbierający ślązkie i wielkopolskie dokumenty, przeważną ich liczbę w dobrze urządzonych archiwach, w których po zniesieniu licznych tamtejszych starodawnych klasztorów złożone zostały przywileje i kopijaryusze przechowywane do tej pory w poszczególnych klasztornych archiwach. Część klasztorów Małopolskich jeszcze teraz strzeże z pilnością dawnych swych nadań, a jak są one liczne i ciekawe, dowodzą publikacye Dra Piekosińskiego. Na Mazowszu bardzo niewiele tylko przyszło do skutku fundacyi, a właściwie jeden tylko klasztor Czerwiński dostarcza nam większego zasobu dokumentów.

Główną więc kopalnię dyplomatów kościelnych Mazowieckich pozostanie archiwum kapitulne Płockie, jedno z najbogatszych i najlepiej zachowanych w Polsce. Dotyczy to zwłaszcza czasów dawniejszych, bo od połowy mniej więcej XIV wieku zaczynają już być coraz liczniejszymi dla osób lub korporacyi świeckich, wydawane przywileje książęce, a począwszy od w. XV wzrasta liczba dyplomatów Mazowieckich już tak ogromnie, że zaraz na wstępie należy pogodzić z myślą, ogłaszania ich tylko w streszczeniu lub w formie regestów.

Co się tyczy źródeł, z którychby można czerpać przy zbieraniu materyjałów do przyszłego Mazowieckiego kodeksu, to są one i liczne bardzo i rozmaite. Jak już wspomnieliśmy najwięcej i najcenniejszych dokumentów dostarczy archiwum kapitulne Płockie; zaraz po niem umieścić należy przywileje Czerwińskie, które wraz z pięknym, bo jeszcze z XV wieku pochodzącym, kopijaryjuszem stanowią ozdobę jednej z prywatnych Bibliotek Warszawskich.

Należałoby przeszukać archiwa wszystkich miast i miasteczek Mazowieckich, bo jak dowodzą publikacye Gawareckiego i Wejnerta nie brak w nich dokumentów z XIV i XV stulecia. Najwięcej liczebnie dostarczą zapewne materyjału, zwłaszcza z ostatnich dwóch wieków epoki dyplomatycznej, księgi Metryki Mazowieckiej oraz księgi sądowe, do których, jak i w innych dzielnicach, oblatowano niemało, nieraz bardzo dawnych i cennych, dokumentów. Przeszukanie ksiąg Metrycznych będzie łatwą stosunkowo a przedewszystkiem wdzięczną nader pracą; inaczej się już rzecz ma z księgami sądowemi, których wyczerpujące wyzyskanie połączone jest z ogromnym mozołem a w stosunku do podjętej pracy najmniej niewątpliwie dostarczy materyjału. Wypadnie nakoniec przejrzeć zbiory prywatne w Warszawie, Krakowie, Lwowie, Poznaniu i Kórniku, które wszystkie razem dostarczą co najmniej kilkuset dokumentów. Sama Biblijoteka Ordynacyi Krasińskich liczy dyplomatów Mazowieckich kilkadziesiąt. Nie można będzie pominąć archiwum Metropolitalnego oraz miejskiego w Warszawie. O ile wzrósłby materyjał, gdyby można było wyzyskać i Biblijotekę Petersburgską, ocenić niepodobna, ale całkiem jest rzeczą niewątpliwą, że przeszukanie archiwów Pruskich a zwłaszcza archiwum Królewieckiego, dostarczyłoby liczby niemałej cennych bardzo aktów, w łacińskim i niemieckim pisanych języku. Dowodzą tego dawniejsze i nowsze publikacyje pruskie jak najwyraźniej. Luźne, nieraz bardzo dawne, dokumenty Mazowieckie znajdą się zapewne po najrozmaitszych zbiorach, tak ogłaszamy w niniejszym zbiorku jeden dokument z roku 1239 przechowany w Berlinie a drugi z r. 1233 pochodzący z archiwum we Wrocławiu.

Krótki ten przegląd wskazuje, że materyjał czekający opracowania jest ogromny, ale nie wprzódy przystępować będzie można do wydania ogólnego dyplomataryjusza Mazowsza, zanim się poprzednio nie skonstatuje dokładnie, jaką jest całkowita liczba drukowanych już dokumentów. Uwzględnić przytem należy:

1) Obszerniejsze wydawnictwa obejmujące albo wyłącznie, albo częściowo dyplomaty Mazowieckie.

2) Pomniejsze gruppy dokumentów drukowane jako dodatki do rozpraw, lub, jak to u nas czynione nieraz, w formie przypisków.

Dokonał po części już tej pracy Dr. Perlbach [1]), opracowując regesta dokumentów Konrada i jego synów od roku 1207 do roku 1268, w których opisał uczony niemiecki 207, ale nie wyłącznie Mazowieckich dokumentów. Chcąc uzyskać pewne pojęcie jak wiele ogłoszonych już jest Mazowieckich dyplomów przedsięwziąłem przeszukanie wszystkich publikacyi i książek, w których spodziewać się mogłem znalezienia interesującego mnie materyjału, a nawet przepisałem, korygując milcząco liczne nieraz błędy w odczytaniu, wszystkie te przywileje, które znajdują się bądź ogłoszone luźnie, bądź bardzo błędnie, bądź nakoniec w rzadszych, mniej przystępnych, publikacyjach. W ten sposób utworzył się powoli kodeks Dypl. Mazowiecki uzupełniający dotychczasowe wydawnictwa. Zbiór ten składający się początkowo z samych drukowanych już, ale niezłączonych w jednę całość, dokumentów postanowiłem w miarę możności powiększać sięgając i do nieogłoszonych jeszcze aktów, ale ponieważ pracy tej nie przedsiębrałem wyczerpująco, przeto w chwili, kiedy słowa te piszę, małą tylko stosunkowo jeszcze ilość dokumentów zdołałem wypisać. Tak np. z dokumentów Czerwińskich wypisałem tylko najdawniejsze, a jedynie Krakowskie zbiory tj. Archiwum książąt Czartoryskich oraz dokumenty znajdujące w się Biblijotece Jagiellońskiej, w Gabinecie archeologicznym i w Biblijotece Akademii Umiejętności, jakoteż zbiór hr. Konstantego Przeździeckiego wyzyskałem w całości. Przyznając się do fragmentarycznego charakteru mojego zbiorku, nie waham się jednakże części jego sięgającej do roku 1386 włącznie już teraz ogłosić, a to z tego powodu, iż nie mam wiadomości, aby ktokolwiek inny przygotowywał obecnie Dyplomataryusz Mazowiecki, a w braku obszernych wydawnictw są i mniejsze zbiorki pożądanym nabytkiem. Tak jak to już powiedziałem we wstępie do Dokumentów Kujawskich, będę się starał coraz to nowe grupy dyplomatów Mazowieckich po kolei ogłaszać, nie porzucając nigdy zamiaru wydania z czasem wyczerpującego kodeksu Dyplomatycznego Mazowsza, w którymby materyjał, aż do wieku XIV włącznie, ogłoszonym został w całości, dalszy zaś aż do r. 1526, w streszczeniu, z wyjątkiem szczególniejsze znaczenie mających aktów, któreby oczywiście w całkowitem należało ogłaszać brzmieniu.

Ponieważ jednak na tak szeroką skalę zakreślone wydawnictwo nie prędko ukaże się na widok publiczny, a my ograniczamy

[1]) Preussisch-Polnische Studien I. p. 111-133.

się na razie na publikowaniu dokumentów tylko do roku 1386, przeto uważamy za stosowne zamieścić obecnie wykaz znanych nam publikacyi, w których zajmujący się dziejami Mazowsza, znajdzie ziemi tej dotyczące akty, a to o tyle o ile podobne przeznaczenie mający wykaz pomieszczony w dziele pana Karola Dunina „o prawie Mazowieckiem“ publikacyi tych nie wymienia:

1) Paprocki, Herby rycerstwa Polskiego.
2) Nakielski, Miechovia.
3) Preussische Sammlung I—III.
4) Ludewig, Reliquiae Manuscriptorum V.
5) Themis Polska I—VIII.
6) Ledebur, Neues Archiv.
7) Pamiętnik Religijno-Moralny. (Wykaz do tej cennej publikacyi, ułożył ks. Kanonik Polkowski).
8) Gawarecki, Opis topograficzny ziemi Dobrzyńskiej (1825).
9) Wejnert, Starożotności Warszawy I—VI.
10) Kossakowski, Monografie Historyczno-Genealogiczne III.
11) Kronika rodziny Bonieckich.
12) Zieliński, Wiadomość Historyczna o rodzinie Swinków [1]).
13) Philippi, Preussisches Urkundenbuch I.
14) Emler, Regesta Bohemiae III, IV.
15) Perlbach, Preussische Urkunden aus polnischen und englischen Archiven, Altpreussische Monatsschrift XVIII.
16) Woelky; Urkundenbuch des Bisthums Culm.
17) Kodeks Dyplomatyczny Wielkopolski I—IV.
18) Perlbach, Preussisch-Polnische Studien I.
19) Boniecki-Bobowski, Kodeks dyplomatyczny Polski obejmujący przywileje książąt Śląskich.

Nie potrzebujemy chyba dodawać, że bardzo będziemy wdzięczni tym, którzy zechcą wskazać nam dzieła mieszczące w sobie dyplomata Mazowieckie, a przez nas i pana Dunina nie wymienione [2]).

[1]) Pomieszczony w książce tej p. 124 Nr. V, dokument Ziemowita z roku 1383, pomijamy dlatego, iż kopia z której go wydawca ogłosił zbyt jest błędną, aby liczne rażące w nim usterki można było milcząco emendować.

[2]) W „Dzienniku Powszechnym“, wydawanym w Warszawie, za rok 1862 pomieszczonych jest kilka dyplomatów Mazowieckich (Mon. Pol. Hist. V p. 567 uwaga 1), ale publikacyi tej mimo starań nie mogliśmy oglądać.

TEKSTY.

1. Anno 1185.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno MCLXXXV indictione nona, epacta XXVIII, concurrente I [1]), regnantibus in Polonia Kazimiro duce et Misecone fratre suo, ego Ziro per divinam misericordiam Mazovie palatinus considerans et sepe pertractans, quam bonum et quam deo placitum esset, si ea, que a parentibus et ab avis nostris collata sunt ecclesie sancte dei genetricis Marie, que in suburbio Plocensi sita est, videlicet villas et predia ad priorem statum utilitati eiusdem ecclesie revocare et congregata et ab iniustis possessoribus abstracta perpetuo iure ad honorem matris domini, quoad possem, stabilire conarer, cum igitur curam prefate ecclesie suscepissem, quoniam semper adesse festinant tempora et nichil in eodem statu permanet, et quia parva apud posteros priorum est memoria, perutile duxi, ut, que predecessores nostri pro remedio peccatorum suorum sepe iam dicte ecclesie contulerunt, scripto mandarem et nominatim tam villas, quam ecclesias illi loco pertinentes huic carte inscriberem, ne quis diabolica surreptione stimulatus aliquid ex hiis, que semel deo et matri eius oblata sunt, presumat distrahere, periculosum est enim incidere in manus dei viventis. Hec itaque sunt nomina villarum, quibus a prioribus prefata ecclesia dotata est: *Oẓsec* cum lacu et omnibus appendiciis, forum de *Rochne* cum taberna, *Opinegote* cum terminis suis, *Ostrosoio*, *Cholpaw*, *Poplatin*, *Dung*, *Ostrawantẓ* cum ecclesia, *Siroczi*, *Murine*. Hee sunt ex antiquo attitulate, omnino vero quia isti bene et religiose de resurrectione cogitaverunt, qui pro spe divine remunerationis talia vota deo obtulerunt, ego iam prefatus Ziro misericordia dei indigens apposui animum, quatenus merces domini mei Jhesu Christi in eadem ecclesia aliquo donario, quod acceptare precor, dignare honorarem, offero igitur et offerendo confirmo, ne unquam a servicio dei genetricis avelli valeant villas, quas sudore servicii mei acquisivi videlicet: *Partici*, *Psonina*, *Cransi*, *Dransowo*, que omnes super fluvium, que dicitur *Bugu*, site sunt, hiis etiam *Shupno* cum ecclesia, quam avia mea Drobromila ab heredibus XXX marcis argenti comparavit, adiungere

[1]) Z trzech tych oznaczeń chronologicznych, jedno tylko t. j. „concurrens“ zgadza się z rokiem 1185; indykcya IX-ta zgadzałaby się z rokiem 1191, a epakta XXVIII-a z r. 1186.

curavi, et quia hec taxata dei ecclesia ad sortem dei electa sine insigni gubernatione et per se subsistere non valet, cum omni conamine et cordis affectu dilecte Hallensi ecclesie ipsam committimus, et ut ea, que ad spiritualia pertinent, vere ei subpeditet, statuimus, et ut inconvulsum permaneat, sanximus.

Ledebur Neues Archio XIV p. 73—75. Poprawniej ogłoszony został ten dokument przez Dr. Perlbacha w Preussisch-Polnische Studien I p. 107. I.

2. Anno 1215, d. 25 mensis Octobris, in Gambyn.

In nomine domini nostri Jesu Christi Amen. Felicis intencionis est homo, qui studet seminare in terris, quod valeat metere in contemplacione vite eterne in celis. Quia piarum est mencium culpam agnoscere, vbi culpa non notatur, quare magis is vigilare non debet, quem culpa deprimit cottidie materialis. Nos igitur dei gracia Conradus dux Mazouie et Cuyauie cum nostris posteris sicientes perpetue claritatis dulcedine potiri et inter filios pie matris sacrosancte ecclesie computari, ad instanciam venerabilis patris Abbatis de *Lubin* et conuentus nec non et prepositi domini Crayconis de *Gęzou* contulimus pro spe salutis eterne hanc libertatem, vt predicta villa *Gęzou* cum alijs ad eandem spectantibus liberis atque asscripticijs incolis per palatinos seu castellanos vel alios iudices non citentur nec iudicentur, nec citati vnquam compareant, set ad presenciam nostram euocati conspectui nostro et nostrorum assessorum tantum astent et conueniantur per strepitum iudiciarium et sic litibus sopitis hac fruantur perpetua immunitate. Ne igitur aliqui successorum nostrorum contra predicto nostro statuto et donacioni attemptarent contraire, presens scriptum eisdem in testimonium concessimus nostro autentico roboratum. Datum in Gambyn Anno M^0CC^0 quintodecimo, VIII kal. Nouembris, intercessore existente Domauugeio.

Z zatwierdzenia Ziemowita ks. mazowieckiego i czerskiego dato: Grodech in die ss. Innocentum 1257. Data tego dokumentu jest bardzo wątpliwą z powodu iż książe mówi w nim o sobie w liczbie mnogiej. Ponieważ jednak zachodzi w przywileju naszym brak świadków, według których możnaby przeprowadzić emendacyę daty, a sam dokument za nieautentyczny uznać nie ma podstawy, przeto ze względu, iż dokument nasz dochował się jedynie w transsumpcie z drugiej połowy XIII-go wieku, najwłaściwiej będzie przypuścić, że transsumujący go pisarz zamienił znajdujące się przy imieniu księcia w oryginale «ego» — na odpowiedniejsze według ówczesnej praktyki kancelaryjnej: «nos».

Kogoby ten sposób usunięcia trudności nie zdołał przekonać, ten musiałby się chyba domniemywać pomyłki w dacie roku i dnia, a w takim razie wypadałoby przyjąć, że w oryginale wypisaną była data: «Anno MCCXXXIII kal. Novembris», z czego zrobił transsumujący pisarz zamieniając dwie środkowe X na V: «Anno MCCXV VIII kal. Novemb.» lub: «anno MCC quintodecimo VIII kal. Novemb. Nie potrzebuję dodawać, że domyślanie się podobnej pomyłki bardzo jest naciągniętem.

3. Anno 1233, d. 2 Octobris, in Hlem.

Nos Conradus, dei gracia dux Mazovie, notum facimus presentibus et futuris, quod ad voluntatem domini Fulconis archiepiscopi Gnezdensis et ad peticionem domini Thome Wratislaviensis episcopi villam *Chanouo*, sitam super *Vizlam*, restituimus episcopo memorato cum clausura et cum omnibus pertinenciis suis nomine ecclesie Wratislaviensis in perpetuum possidendam. Volumus eciam, ut homines, qui in eadem villa per dictum episcopum vel per successores suos locati fuerint, plenam habeant libertatem, inmunes ab omnibus beneficiariis et rectoribus ducatus nostri. Ut autem hec restitucio firma sit in futurum, ipsam sigillo nostro dignum duximus roborare, nos et Fulco archiepiscopus Gnezdensis sigillum nostrum apposuimus, quia huic facto interfuimus. Datum in colloquio, quod fuit inter ducem Henricum et ducem Conradum in Hlem sexto nonas Octobris, anno incarnacionis dominice millesimo ducentesimo trecesimo tercio.

Archiwum Kapitulne we Wrocławiu A. A. 73. Dok. oryg. perg. opatrzony dwoma pieczęciami, zawieszonemi na wązkich pergaminowych skrawkach: 1) Pieczęć książęca konna, mocno zniszczona (Vossberg; Siegel des Mittelalters Tablica XVI), napis: † S. Conradi duci[s Cracovie et] Mazovie; 2) Pieczęć arcybiskupia podłużna nieco uszkodzona z napisem: † S. Fulconis dei gracia Gneznensis Archie[piscopi]. — Odpis tego dokumentu zawdzięczam uprzejmości Dr. Perlbacha. (cf. Grünhagen Schlesische Reg. I (2gie wyd.) Nr. 424; Perlbach, Preuss. Poln. Studien I p. 119 Nr. 63).

4. Anno 1239, d. 2 Maii, in Płock.

B. dei gracia dux Mazouie omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Notum sit omnibus tam presentibus quam subsequentibus, quod Cur (s) et Jozeph emerunt hereditatem, que wlgo *Doialdouo* dicitur, a mymrido filio Nynognevy, consanguineis eius non contradicentibus, pro VII^{em} marcis argenti et media iure hereditario possidendam, cuius rei sunt hii testes: Barto, Windinus

dapifer, frater eius Johannes, Pauel, Nicholaus starceuo, Petrus subcamerarius, Clymas subiudex, Bozei, Andreas Sasini, Guernos, Pacozlauus capellanus, Petrus subcancellarius. Factum in Plocsk in festo Sigismundi regis anno ab incarnacione domini M⁰CC⁰XXX⁰ nono.

Bibl. pryw. w Warsz. Dok. oryg. perg. ułomek pieczęci, na której niczego już się nie da rozpoznać, wisi na sznurku jedwabnym brązowym.

5. Anno 1239 d. 1 Octobris, in Wissegrode.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Bolezlaus, Dei gracia dux Mazouie, omnibus hanc paginam cernentibus in perpetuum. Quoniam ea, que in usu aut possessione sunt habita, possunt repressione alienari, nisi scripti memorie fuerint commendata, quedam nostri temporis facta scripto volumus commendare, ne oblivionis nube obducta possessoribus ea per successores nostros infringantur. Noscant igitur presentes et futuri temporis fideles, quod ego Bolezlaus, dei gracia dux Mazovie, pro meis meorumque predecessorum excessibus terre sancte Jerosolimitane fratribusque Domus Milicie Templi in subsidium eiusdem terre sancte villas meas, que wlgari nomine *Orechowe*, *Dninsowe*, *Scusevo* appellantur, cum omni iure, utilitate et libertate, que nunc est aut in posterum poterit provenire, tradidi et donavi nulla penitus iuridicione michi aut successoribus meis reservata. Ne autem hec mea donatio terre sancte fratribusque domus militie Templi possit viciari, sed rata et inconvulsa permanere, ipsam presenti scripto et sigilli mei munimine duxi muniendam subscriptis nichilominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: comes et pincerna Abraham, Crivosandus venator, Bzesopas miles, Albertus signifer, Johannes subiudex, Johannes subvenator, Woyzlaus filius Zumizlavi, Jacobus cappellanus, Vitalis notarius et alii plures. Datum in Wissegrode anno domini MCCXXXVIIII, Kalendis Octobris.

Dok. perg. oryg., u którego na jedwabiu czerw. przywieszona okrągła pieczęć, przedstawia jeźdźca kłusującego w prawo. Postać jeźdźca pochylona w tył, okryta długą tarczą, w prawicy lanca prostopadle trzymana z napisem: ....Bolezlai ducis Mazovie, Sandomirie. — Berlin. Königl. Geh. Staatsarch. Templerorden. Jest ten dokument ogłoszony drukiem w Ledebura, Archiv XVI p. 334. (Perlbach, Preussisch-Polnische Studien I, p. 121 Nr. 91).

6. Anno 1240 in colloqio in Gyllow.

In nomine domini amen. Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris, quod ego Boleslaus, diuina miseracione dux Mazouie, contuli talem libertatem conuentui Czirwenensis Ecclesie ipsum dictum monasterium cum omnibus preposituris, villis prediis, possessis et in futurum possidendis, liberos faciendo ab omnibus nostris solucionibus, exaccionibus, stacionibus nostris nobilium ac monetariorum nostrorum et specialiter ab exaccione polonica, que wlgo *poddymne* nominatur, et ego idem Boleslaus causa salutis anime mee alleuiaui et libertaui homines villarum monasterii predicti de solucione, que *podworowe* dicitur. Si quis autem huiusmodi pactum libertatis per nos firmiter facte temerarie violauerit, iram dei beateque virginis Marie incurrat et eterno cum diabolo suplicio deputetur, insuper nostre et nostrorum successorum gracie volo, quod sit expers perpetuis. Et vt hec libertatis donacio apud nos et successores nostros firma et stabilis perseueret, presens scriptum nostri sigilli munimine dignum duximus roborandum. Testes, qui affuerunt hii sunt: Conradus dux Mazouie, Andreas Episcopus Mazouie, Virbeta frater suus, Thomas Gallus castellanus Visznensis, Cubel succamerarius, Bogumilus, Mstiuug iudex eiusdem ducis, Criuosud, Wlost cum fratre, Przetpelc prepositus huius scriptor priuilegy. Datum in Gyllow in communi colloquio anno gracie domini Millesimo CC⁰XL⁰.

Bibl. pryw. w Warsz. w transsumpcie oryginalnym Cazimiri electi Plocensis z 8 lutego 1475.

7. Anno 1240 d. 17 Septembris in Gilow.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis amen. Cum omnia gesta, que sub solis circuitu peraguntur, ab humana memoria cum temporis cursu elabuntur, nisi scripture vel proborum virorum testimonio roborentur, cunctis igitur presentibus et futuris hanc paginam inspecturis innotescat, quod ego Conradus, diuina miseracione dux Lancicie, annuente uxore mea et filiis meis, cum monachis sancte Marie de *Czyrwensk*, quarundam villarum feci commutacionem: *Borzanczyn* quippe cum omnibus vtilitatibus eiusque villis attinentibus eis tradens iure hereditario possidendum pro duabus villis, quarum vna *popey*, altera *Sluzow* nuncupatur. Et ne aliquis filiorum meorum post multorum curricula temporum huius pactum comutacionis moliatur irritare, hoc scriptum mei sigilli munimine dignum duxi confirmandum. Acta sunt

hec et confirmata in Vilov (s) in colloquio, quod primum venerabilis Andreas Ploczensis Episcopus postquam Macouiam (s) intrauit, cum duce Conrado et filiis suis habuit, anno gracie domini Millesimo CCXL, XV kal. Octobris, XIII Indiccione, Epacta XXV, septimo Concurrente. Hospites qui affuerunt sunt hii: Boleslaus dux Mazovie cum fratribus: Semovito scilicet et Zemouito, Andreas Episcopus Mazowie et Wyrbata frater suus, Johannes abbas sancti Adalberti de Ploczsk, Nicolaus Scolasticus Ploczensis, Noblus (s) canonicus Ploczensis, Przetpelk prepositus huius scriptor priuilegy, Bomanuc (s) agazo ducis Conradi, Constignyew iudex eiusdem ducis, Crzywoszand, Wlosth cum fratre suo Petro, et alii quam plures, quos scribere non potuimus.

Kopijarz Czerwiński I. p. 27. Dokument ten, nie zupełnie wprawdzie poprawnie, ogłoszonym już został w Kod. Dypl. Pol. II p. 24 Nr. XXVII. Wydawca oznacza, jako miejsce wystawienia naszego dokumentu, Witów, jednakże niewątpliwie niesłusznie; w kopijarzu Czerwińskim czytamy bowiem najwyraźniej «Vilow», co ze względu na ogłoszony przez nas powyżej, a «in communi colloquio in Gyllow» wystawiony dokument z roku 1240, nie może być żadną inną miejscowością, jak znajdującym się w województwie Mazowieckim a powiecie Gostyńskim Iłowem. Można z wszelką twierdzić pewnością, że oba te dokumenty z roku 1240 na jednym i tym samym wiecu wydanemi zostały, czego między innemi dowodzi tożsamość głównych na obu dyplomatach wymienionych osób, jak książąt Konrada i Bolesława, biskupa Andrzeja i brata jego Wirzbięty, proboszcza Przetpełka, który oba dokumenty wygotował, i kilku innych.

8. Anno 1243, d. 22 Septembris, in Ploczsk.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus, quam futuris, quod nos Boleslaus, dux Mazowie, videntes et considerantes, quod homo deriuatus ab humo uniuerse subiacet vanitati, dies domini sicut fur venit et repente concludit subripiendo gloriam et vana desideria mundanorum, quibus de causis finem vite labilis preuenimus, pro redempcione anime nostre necnon uxoris nostre Gertrudis facimus (s) quod conferimus cenobio de *Czyrwyensk* in nomine sancte Marie virginis, postulantes, vt pro nobis dirigat oracio eius ad conspectum domini, villam, que wlgo *Powyelyno* nuncupatur, emancipantes eos in eadem villa a nostra penitus iuridicione degentes et subiugantes eos, ut decet, scripticios ceruice humiliata eiusdem cenobii potestati, volentes, vt ipsi domini sine inpulsacione eadem, qua hucusque fieri fuimus (s), perhenni libertate pociantur. Si quis vero huic donacioni nostre presumpserit ausu temerario contraire,

sciat se nostram offensam et in die districti iudicii, nobis prouide allegantibus, dampnatoriam irrecuperabiliter sentenciam incursurum. Actum in Ploczsk anno gracie M⁰CCXLIII decimo kalendas May, Indiccione quarta, vbi interfuerunt viri nobiles et honesti infrascripti: inclitus et dilectus frater noster Kazimirus, Wiczesco castellanus Ploczensis, Petrus thezaurarius, Johannes procurator, Jacobus subpincerna, Johannes subiudex curie, Stanimirus tribunus Ploczensis, prepositus Andreas, prepositus sancti Michaelis Petrus, Henricus canonicus, Sbylut, Blasius canonici, Wrothslaus capellanus curie et alii quamplures; ad cuius privilegii firmitatem precepimus presentem paginam nostro nostrique fratris K. sigillorum munimine roborari.

Kopijarz Czerwiński I. p. 43. — W dokumencie tym nie zgadza się indykcyja z datą roku; indykcyja bowiem czwarta wypada dopiero na rok 1246. Nie ulega jednak wątpliwości, że mimo to nie jest data na naszym przywileju pomyloną, albowiem w dokumencie z roku 1244 (Nr. 9) wyraźnie wspomina książe o pierwszym nadaniu Powielina, które to nadanie stwierdza właśnie nasz dokument; — a zresztą choćbyśmy i nie znali dyplomatu z roku 1244, to porównanie świadków naszego dokumentu ze świadkami występującemi na przywileju Bolesława, w r. 1246 dla Czerwińska wydanym, (Kod. Dypl. Polski I p. 51 Nr. XXXIII) najdowodniej wykaże, że oba te akty żadną miarą w tym samym nie mogły być wydane roku.

9. Anno 1244, in Płock.

Notum sit vniuersis presentibus et posteris hanc paginam inspecturis, quod nos Boleslaus, diuina prouidencia dux Mazowie, pro salute anime nostre contulimus villam que, wlgo *Powyelino* dicitur, cum incolis eius, qui nobis asscripticia pertinebant seruitute, cenobio Czyrwenensi iure perpetuo possidendam, et quia in primo priuilegio collacionis eius familias incolarum, quot uel que essent, scribere ignorauimus, cum eciam eis liberi aliqui cohabitassent, eas in hac confirmacionis membrana nominatim poni voluimus, quorum nomina sunt hec: *Malostrig* cum filio nomine *Stoan*, *Nedalo*, *Valis*, *Passek* et frater eius *wnor*, *Scrvpisz*, *Vomast*, *Sedlis* cum duobus filiis *Gotk* et *Bezak*, *Szvlk* cum duobus filiis, *Janis* et *Volis*, *Yedabil*, *yered* cum duobus *Jedabil* et *Povirsa*, *Rado* filiolus *Nyered*, *Sdan* cum duobus fatribus *Jedabil* et *Domasz*, *Pvsa* cum filio *Mals*, *Krostanc*, *Matrin* (s). Hec autem confirmacio et predictarum familiarum assignacio facta est in Ploczsk anno gracie M⁰CCXLIIII⁰, vbi interfuerunt nobiles viri et honesti: Andreas prepositus Ploczensis, Jacobus, Wratislauus, Pe-

trus, Vitalis capellani curie, Petrus thezaurarius, Damianus filius Benic, Petrus filius Cristini, Johannes subiudex, Jacobus filius Borun. Et ut hec donacio firma vigeret stabilitate presens scriptum nostri sigilli mvnimine dignum duximus roborandum.

Kopijarz Czerwiński I p. 44.

10. Anno 1244 d. 30 Septembris, in Płock.

In nomine domini amen. Nos Conradus dei gracia dux Mazouie etc. considerantes fidelitatem ac probitatem nostri fidelis militis Pribislai de *Rostkou*, palatini nostri ducatus, qui sua industria, terras nostras in absencia nostra ab impetu hostium, qui vocantur Jaczvingi, liberavit coadunatis sibi et additis ad se amicis suis et militibus nostris, sicut fidelis miles et bellator strenuus, ipsos in campo circa oppidum *Prząsnis* invasit, et cum dei adiutorio multos postravit, alios in fugam convertit. Cuius nos fidelitatem de more repensantes damus in tenutam oppidum nostrum *Prząsnis* cum omnibus adiacenciis, et posteris eius ad annos triginta, in quibus omnes census et contribuciones, que ad mensam nostram pertinebant, ipse et posteri eius recipient, ex quibus omnibus nullam racionem nobis facere debet, nec successores eius debebunt, a presenti data usque ad annum MCCLXXIV, in cuius testimonium evidens presentes manu nostra subscripsimus et sigillum maius presentibus est appensum. Datum in Plocko, anno ut supra, feria sexta post festum sancti Michaelis archangeli.

Paprocki: Herby Rycerstwa Polskiego (wyd. Turowskiego) p. 414.— Dokument ten, pominięty przez Dra Perlbacha w jego wykazie dyplomatów Konrada i jego synów, jest niewątpliwie falsyfikatem. Wynika to z następujących względów: 1) Data roku oznaczona w nim jest bardzo niezwykle; podobnego oznaczenia przykładu próżnoby szukać na znanych dotychczas przywilejach; 2) W roku 1244 nie tytułowałby się Konrad «Dux Mazouie», lecz: «Dux Cracouie et Lancicie» lub tylko «Dux Lancicie»; 3) Przasznysz nie był jeszcze w roku 1244 na prawie niemieckim osadzonym, nie mógł go więc książe nazywać «opidum». Pierwsze przywileje wydane dla Przasznysza «jako miasta» pochodzą dopiero z XV stulecia (cf. Gawarecki, Przywileje nadania i swobody... p. 188—197); 4) Wyrażenie: ...damus in tenutam oppidum nostrum... ad annos triginta, in quibus omnes census et contribuciones, que ad mensam nostram pertinebant... recipient... nie odpowiada stosunkom wieku XIII, ale byłoby właściwe w wieku XV; 5) Osoba Przybysława z Rostkowa nie jest nam wogóle z XIII wieku znaną, tem mniej wiemy o wojewodzie Konradowym tego imienia; 6) Wyrażenie:

«in cuius testimonium evidens presentes manu nostra subscripsimus...» niemożliwem bezwarunkowo by było na autentycznym dokumencie z XIII-go wieku; 7) Wzmianka o przywieszeniu do dokumentu: sigillum maius» księcia wzbudza również pewne wątpliwości; — ostatecznym więc wynikiem naszego rozbioru musi być uznanie dokumentu z roku 1244 za późny, bo najwcześniej z połowy XV-go stulecia pochodzący, falsyfikat.

11. Anno 1248, in Mirano.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Casimirus, dei gracia dux Cujavie, Lancicie, Dobrzinensisque provincie etc. tam modernis quam futuris, Christo corde mente pura, presens scriptum inspecturis salutem in predulcissimo Jesu Christo. A viris doctissimis arcium scriptoribus, et a naturaliter sapientibus decretum est, acta rerum temporalium, ne processu in oblivionem hominum temporis cum tempore labantur, litterarum testimonio perpetuari, ut ait quidam poetarum: Convenit ergo probo, quod sic primordia sumat, incubet, et in finem tendat adusque bonum. Quadecausa universorum noticie presencium tenore duximus declarandum nos donacionem hereditatum ratam habere ac inconcussam comiti Spitigneo palatino Lencicie a patre nostro duce Conrado ob fidele ipsius servitium ei sueque posteritati iure hereditario perpetuo collatam, quarum hereditatum sunt ista nomina: *Dambrowa*, *Rogaczewo*, *Makosicze*, *Tarlino*. Nos eciam dictus dux Cazimirus prefato comiti Spitigneo, fideli eius servicio inspecto, villam *Screpsevo* cum omnibus utilitatibus ei sueque posteritati iure hereditario contulimus possidendam. In cuius donacionis ac confirmacionis perpetuitatem litteras nostras sigilli nostri munimine roboratas duximus indulgendas. Presentibus his: Stephano castellano de Syradz, Vrbano castellano Lenciciensi, Nicolao castellano Spicimiriensi, Dobeslao iudice curie, Strzeskone pincerna, Johanne dapifero, Panczslawo venatore curie, Siechone venatore Lenciciensi, Johanne venatore de Syradz, Mrochone tribuno spicimiriensi, Cusma subdapifero, Floriano thesaurario, Vito subiudice curie, subthesaurario Johanne, Mauricio subcancellario. Acta autem sunt hec in Mirano anno gracie ab Incarnacione Domini MCCXLVIII.

Paprocki: Herby rycerstwa polskiego (wyd. Turowskiego) p. 464. Dokument ten, mało zresztą dotąd uwzględniony, streścili tak wydawcy Kod. Dyplomat. Polskiego (II Nr. 40), jak Dr. Perlbach (Poln. Preuss. Studien I p. 126 Nr. 132), żadnych co do jego autentyczności nie podnosząc powątpiewań. Ze względu

jednak na źródło, któremu znajomość tego dyplomatu zawdzięczamy, uważamy za stosowne nieco bliżej się nim zająć. Co się najpierw tyczy tytułu, jaki używa książe na przywileju z r. 1248, to wystarczy do jego ocenienia wziąść na uwagę, że z przystępnych nam dotąd w ogóle dokumentów Kazimierza, raz tylko w podobny sposób nazwany jest książe i to na uznanym przez nas za fałszywy dokumencie z 14 Grudnia 1267 r. (Dokumenty Kujawskie Nr. 37). Ułożenie stylistyczne przywileju Kazimierza nie wzbudza zbytecznych wątpliwości chociaż harenga w nim jest dość niezwykłą, i nie mogliśmy powtórnie mimo starań na tę samą lub podobną natrafić. Świadkowie są po największej części autentyczni, jednakowoż nasuwa się przy bliższem się w nich rozglądaniu podejrzenie, czy też mogli oni wszyscy występować w przypisanych im na dokumencie naszym godnościach już w roku 1248. — Tak dowiadujemy się przedewszystkiem o trzech najważniejszych tj. Spitygniewie wojewodzie Łęczyckim, Stefanie kasztelanie Sieradzkim i Urbanie kasztelanie Łęczyckim dopiero z dokumentu Kazimierza z 19 Sierpnia 1254 roku. (Rzyszcz. i Muczk. Kod. Dypl. Pol. II p. 52), a z drugiej strony mamy wyraźny i niewątpliwy ślad, że jeszcze w r. 1247 był wojewodą Łęczyckim Mściwoj. Donosi nam wprawdzie o tem nie Kazimierza ale Konrada jeszcze dokument (Kod. Dypl. Wielkopol. I p. 267), co o tyle przemawia słabiej przeciwko możliwości, objęcia w roku 1248 przez Spitygniewa godności wojewodzińskiej Łęczyckiej, iż zmiana zarządcy księstwa mogło i wiele w hierarchii urzędniczej zmian zaprowadzić. — O Mikołaju jako kasztelanie Spicymirskim nie mamy zkądinąd wiadomości. Za pierwszego godność tę piastującego urzędnika uchodził dotychczas Bogusza (dok. Konrada z r. 1247), jako bezpośredniego jego następcę uważano Streskona (dok. Kazimierza z 25 Maja 1252, Kod. Dypl. Wielkopolski I p. 271). Stresko zaś występuje na naszym dokumencie ale tylko w godności podczaszego, kiedy zresztą znany on nam jest jako podczaszy dopiero w r. 1255 (Dok. Kazimierza z 28 Grudnia 1255; Philippi Preuss. Urkundenb. I p. 226; Dok. Kujawskie Nr. 15). Nie można nareszcie zamilczeć, że pewne nasuwa wątpliwości i «Cusma subdapifer» tem bardziej, że dobrze jest nam znanym «Thomas subdapifer» występujący np. na dokumencie Kazimierza z 25 Maja 1252 roku. Nasuwa się przypuszczenie, czy w przywileju naszym «Cusma» nie jest przypadkowo pomyłką zamiast «Thoma». — Przyznajemy chętnie, że prócz pierwszego, tytułu księcia dotyczącego, względu, żaden inny, z poruszonych przez nas, nie wystarcza sam przez się, by kwestyją autentyczności dokumentu z r. 1248 stanowczo załatwić, ale zdaje się nam, że wszystkie razem usprawiedliwić zdołają niekorzystne mniemanie, jakie o tym dokumencie Kazimierza powzięliśmy, i pozwalają nam jako wydawcy, wyrzec w danym wypadku surowy sąd, że i ten drugi z herbarza Paprockiego przedrukowany przez nas dokument autentycznym nie jest, ale z pewnością o wiele zręczniej, a zapewne i wcześniej podrobionym został. Możnaby nawet, wnosząc z harengi i z przytoczenia nieznanego zkądinąd kasztelana Spicymirskiego Mikołaja, domyślać się, że podstawy do falsyfikatu zaczerpnięto z autentycznego,

nam wszakże nieznanego, dokumentu; nie chcemy jednak w dalsze się wdawać przypuszczenia, bo do ich należytego uzasadnienia brak nam prawdziwie rozstrzygających wskazówek. To jedno tylko chcielibyśmy jeszcze zauważyć, iż podejrzenia co do autentyczności dokumentu z roku 1248, nie usunęłoby w żaden sposób przypuszczenie, że tylko data jego jest pomyloną, że np. należyćby on winien do roku 1254. Podobne bowiem przypuszczenie nietylko nie odpowiadałoby na zarzut, iż mylnie wypisał notaryusz w dokumencie naszym tytuł książęcy, ale miałoby co gorsza znowu tę niedogodność, iż kilku ze zgadzających się z rokiem 1248 świadków nie mogłoby na żaden sposób pomieścić się w późniejszym jakimś roku.

12. Anno 1257 d. 28 mensis Decembris, in Grodek.

Semouitus, dei gracia dux Mazouie et prouincie Cyrniensis, omnibus presentibus et futuris, presens scriptum inspecturis, salutem in domino sempiternam. Studium celestis desiderii vt vnusquicque feliciter valeat penetrare, ad hoc hiis operibus ac donacionibus salubribus locis et domibus regularium domino ibique militantibus ac famulantibus in elemosinarum largicione, pro suorum redempcione facinorum indefesse debet quisque insudare, nam scriptum est: sicut aqua extinguit ignem, ita elemosina extinguit peccamen; donaciones vero et libertates, quas pater noster, quondam serenus dux Cunradus Mazouie, Cuyauie et Lancicie, ad instanciam patris abbatis de *Lubinia* ordinis sancti Benedicti nec non et prepositi eiusdem de *Gęzou* ville, que wlgariter vocatur *Gęzou*, cum aliis adiacentibus villis contulerat et presenti scripto nobis volumus declarare:

=Sequitur privilegium ducis Conradi datum in Gambyn VIII kal. Novembris 1215, vide superius Nr. 2.=

Nos igitur cupientes uestigiis inherere paternis in hiis actibus iam dictis villis ad peticionem domini Jacobi de *Lubinia* donaciones ac libertates prelibatas, vt misericordia et veritas dilatato loco sui territorii funiculos protenderet longiores, innouamus et confirmamus. Cessimus eciam ad supplicacionem predicti abbatis de castoribus, qui custodiebantur et venabantur in villa eius, que wlgariter *Gora* nuncupatur, in metis et terminis eorum pro spe vite eterne. Vt autem libertates prefate pleno in perpetuum munimine sine concussione a nostris posteris conseruarentur, presentem paginam eis dedimus in testimonium, nostro autentico communitam. Datum in Grodech anno M⁰CC⁰ quinquagesimo VII⁰, per manum Johannis cancellarii hungari (s), in die sanctorum Innocencium.

Oryginał pisany na pergaminie, pieczęć od niego oderwana. Arch. Kość. Jeżowskie.

13. Anno 1279, d. 19 Septembris, in Culmense.

Frater Wernerus, dei gracia Culmensis episcopus, universis Christifidelibus, ad quod presens scriptum peruenerit, salutem in domino Jhesu Christo. Inter omnes sanctos memoria gloriose virginis dei genitricis Marie celebratur crebrius et eo veneratur festiuius, quo ipsa plus meriti ante omnes in celis creditur percepisse. Cupientes igitur, ut ecclesia in Cyrvenzk, que in honore gloriose virginis Marie fundata dinoscitur et constructa, congruis honoribus frequentetur, uniuersitatem vestram hortamur in domino et rogamus, quatinus ad ecclesiam memoratam de bonis vobis a deo datis pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogare curetis. Nos vero omnibus, qui ad ecclesiam predictam causa deuocionis accesserint et ad usus fratrum deo ibidem seruiencium piam subvencionem fecerint, aut ad opus ecclesie manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia, dummodo diocesani consensus accedat, misericorditer in domino relaxamus. Datum Culmense anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono XIII kal. Octobris.

Biblioteka prywatna w Warszawie. Dok. oryg. perg. z nadniszczoną mocno pieczęcią zawieszoną na skrawku perg.; ogłosił ten dokument Dr. Perlbach, Preuss. Urk. aus poln. und engl. Arch., Altpreuss. Monatsschrift XVIII p. 234, Nr. 9; a później Woelky, Urkundenb. des Bisth. Culm. I Nr. 97.

14. Anno 1283 d. 7 Maii.

In nomine domini amen. Omnium habere memoriam et penitus in nullo deficere pocius est diuinitatis, quam humanitatis. Ideoque autentica priuilegia sunt inuenta, ut acta queque digna seruentur memoria et per successionem temporis futuri certa veritate pateant incorrupta. Nos igitur Boleslaus, dei gracia dux Mazouie, ad uniuersorum tam presencium, quam futurorum cupimus peruenire noticiam, quod comiti Ratiborio de *Vyasd*, subvenatori Lanciciensi, vendidimus pro triginta marcis villam, que *Nenadowo* wlgariter nuncupatur, sibi suisque successoribus cum plena libertate iure hereditario perpetuo possidendam, absoluentes ipsum ab omni solucione et exaccione, ut sunt: moneta, *naras*, *pouos*, citacio castri, reparacio castri et seruicium expedicionum. Excepto solo, quod nobis et nostro palatino reserua-

mus potestatem iudicandi incolas ville nominate. Preterea contulimus iamdicto militi Ratiborio, cum utilitate qualibet omnimodam venandi libertatem. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Acta sunt hec anno domini Millesimo CC⁰LXXXIII nonas May presentibus istis dominis: comite palatino Getka, comite Grothone pincerna, Jacobo iudice, Bartholomeo thezaurario, Laurencio castellano de Zochacef, domino Johanne cancellario.

Kodeks Kurnicki sig. II/68 p. 23.

15. Anno 1300, d. 15 mensis Septembris, in Dobrin.

In nomine domini amen. A magnifica principum celsitudine brauia digne consolacionis promerentur, quos fidei puritas reddit gratos et acceptos; vbi enim est obsequium promtum, ibi sit premium paratum. Proinde notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quorum noticie presens scriptum deuoluetur, quod nos Semouitus, dei gracia dux Lancicie terrarum et Dobrinensis, consideratis et conspectis promtis et fidelibus seruiciis Meczslay fidelis nostri seruitoris, heredis de *Turza*, ut merita meritorum se gaudeant similitudine reconpensare, mericam, dictam wlgariter *Babcze*, veri ducatus nostri, cum omnibus vsibus, vtilitatibus et prouentis (s), cum aquis fluuii dicti *Strca*, agris, mericis, siluis, borris, pratis, paludibus eidem Meczslao fideli nostro seruitori et suis legittimis natis et nascendis siue successoribus damus et donamus iure hereditario perpetuis temporibus tenendi et possidendi et ad usus beneplacitos conuertendi, iuxta quod sibi suisque posteris melius et conuentius (s) et vtilibus (s) videbitur expedire, donando, commutando vel eciam vendendo, conferimus et donamus cum suis posteris predicto Meczlao in prefata hereditate sua *Babcze* omnia iura militalia, post suos villanos et incolas penam capitis tollere, facimus insuper prenotatum Meczlao cum suis successoribus solutum et liberum ab omnibus citacionibus et iudiciis omnium castellanorum nostrorum, facultatem etiam habebit recipere pro furto et capite triginta marcas et penam dictam *pontnadeczsce*. Ceterum eciam damus prefato Meczlao et legittimis successoribus in prenominata hereditate sua liberam venacionem omnium ferarum et castorum, et istius merice hereditatis *Babcze* facimus gades iamdicto Meczlao cum suis posteris a fluuio dicto *Bobrouia* vsque ad fluuium *Strtca*, a *bobroua* fluuio vsque ad *Strczena* stacionem, a *Strczena* stacione vsque fluuium dictum *Chelczocza* iterum ad *Strkam*. Vt autem

hec donacio merice *Babce* sepedicto Meczlao cum suis posteris perpetuo inconwlsa et inlibata persueret, hoc priuilegium sibi scribi fecimus et sigilli nostri iusimus appensione roborari, presentibus hiis testibus: comite Johanne iudice Dobrinensi, Wanricio subcamerario, Stanislao subiudice, Nemsta venatore de Choyno, Petrcone herede de Tluchowo, Bodzata vexillifero, et aliis domicellis curie nostre. Actum et datum in Dobrin in crastino sancte crucis exaltacionis, anno domini Millesimo trecentesimo per manus Nicolay cancellario nostro (s) scriptam.

Oryginał pergaminowy, przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Na sznurku z zielonego jedwabiu, wisi pieczęć w zwyczajnym wosku wyciśnięta. Stronczyński: Wzory Nr. 20, str. 21. — Stylizacya tego dokumentu tak dalece jest błędną i tyle w nim w pojedyńczych wyrazach zachodzi pomyłek, że możnaby prawie domyślać się w nim falsyfikatu. Tymczasem o ile przyjrzenie się uskutecznionej przez senatora Stronczyńskiego podobiźnie nie pozwala na podobne przypuszczenie, to daje ono nam z drugiej strony możność dalszego skonstatowania, jak bardzo przepisujący nasz dokument notaryjusz niedbałym był lub jak mało wprawnym: Przedostatni wiersz kończy się na wyrazach: «exaltacionis a» poczem ostatni rozpoczynają wyrazy: «colay cancellario nostro scriptam». Na tem zakończył notaryjusz dokument, ale spostrzegłszy, że z tekstu z którego przepisywał, opuścił cały wiersz, wypisał w dalszym ciągu w wierszu ostatnim, pociągnąwszy poprzednio 5 centymetrów długości liczącą wężykowatą, liniję opuszczone litery i wyrazy: «nno domini millesimo trecentesimo», a później na tym samym wierszu ale nieco niżej umieścił: «per manus Ni»

16. Anno 1305, d. 26 Martii, in Czyrwyensk.

In nomine domini amen. Ne gestorum publicorum recordacio per decursum temporum more fluentis aque in obliuionem transeat, utili et pia consideracione disposuit experiencia, magistra rerum efficax, hinc sapientum decreuit auctoritas ac tenendum censuit, vt quidcunque aput mortales agitur dignum noticia siue laude, id ipsum debeat auctoritate litterarum posterorum memorie conmendari. Noverint igitur vniuersi, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, quod nos Boleslaus, dei gracia dux Mazovie et Czyrnensis, plena deliberacione et bona voluntate comutacionem dudum inchoatam per nos et dominum Jacobum bone memorie abbatem Czyrwenensem terminauimus cum domino Mathia abbate et conuentu predicte domus de villis subscriptis in hunc modum: Damus enim sibi nomine ecclesie prefate villam nostram, *Golawycze* wlgariter nuncupatam, cum omni et pleno iure, quod habere dinoscitur, in ceteris villis eiusdem ecclesie,

insuper cum omnibus fructibus et vtilitatibus nunc habitis inibi vel habituris in posterum; nosque viceuersa acceptamus ab eodem et a suo conuentu pretextu comutacionis aliam villam, dictam *Myroslaue*, ecclesie sancti Michaelis cum vniuersis similiter utilitatibus tam presentibus, quam futuris. Vt autem prehabita comutacio robur perpetue firmitatis obtineat, presentem cartulam sigillo nostro iussimus conmuniri. Actum sub anno domini Millesimo CCC quinto coram hiis testibus, baronibus et comitibus: Zyemaco palatino Mazouiensi, Thoma Gallo castellano Wisznensi, Andrea succamerario Mazouiensi et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in Czyrwyensk in crastino Anunciacionis beate Marie virginis per manum domini Zybote.

Kopijarz Czerw. I p. 68.

17. Anno 1312 d. 17 mensis Junii, in Płock.

In nomine domini amen. Officii nostri debitum nos ammonet et inuitat pro statu ecclesie nobis commisse satagere, et eius quieti et tranquillitati salubriter auxiliante domino prouidere. Dignum namque et honestati conueniens esse dinoscitur, ut qui ad regimen ipsius assumpti sumus, redditus eius iugi sollicitudinis studio, quantum nobis ex alto concessum fuerit, dilatemus. Proinde nouerint vniuersi, presentes ac posteri, quorum noticie presens scriptum fuerit demonstratum, quod nos Johannes dei gracia Plocensis ecclesie episcopus, habito maturo ac salubri fratrum nostrorum consilio et assensu, cum reuerendo ac religioso viro, domino Karulo de Treueris, magistro generali hospitalis sancte Marie domus theutonice Jerosolimitani, et cum eiusdem domus et ordinis fratribus super territorio Mychalouiensi et super ducentis mansis ad castrum Kxenithe pertinentibus, locandis, ad talem deuenimus vnionem et infrascriptam ordinacionem videlicet, quod elapsa septem annorum libertate prefatus magister, fratres et successores eorum racione fructuum decimalium nonaginta marcas monete Culmensis singulis annis in perpetuum soluere tenebuntur. Quas quidem nonaginta marcas in villis tribus uel duabus, villis ecclesie nostre contiguis, nobis et successoribus nostris in censu certo tenebuntur assignare. In prefata uero ordinacione villas ecclesie nostre dudum habitas includi nolumus, ymmo penitus ammouemus. Ille uero ville, in quibus nomine fructus decimalium nobis census assignabitur, libere erunt ab omni fratrum exaccione quomodolibet nominata, predictas siquidem villas et omnes alias villas ecclesie nostre in sepe dicto

territorio sitas, ita libere possidebimus in iudicio et in censu et in omnibus aliis utilitatibus et prouentibus, sicut possidemus villam *Orechouo*, sitam in terra, que Culmensis nuncupatur. Si uero, quod absit, timor siue clamor ad terram peruenerit, quod pagani, inimici fidei christiane, terram nostram inuadere uellent et eam deuastare, inhabitatores uillarum nostrarum cum ceteris prefati territorii incolis ad defensionem terre venire et eis occurrere tenebuntur. Insuper ad municiones et ad castra reformanda siue construenda, ad que concurrere voluerint, necessitate suadente tenebuntur suum dare subsidium, prout alii inhabitatores territorii prenotati. Quod si inhabitatores uillarum nostrarum predictarum secus egerint in premissis, nobis et successoribus nostris iuxta terre consuetudinem in utroque casu pena cedet in eisdem. Insuper omne et plenum dominium villarum nobis assignandarum tam spirituale, quam temporale in iudicando, corrigendo, mandando, sentenciando, habebimus nos et nostri successores. In prefato uero territorio scilicet Mychalouiensi nos et successores nostri ius spirituale, cum sit dyocesis nostra, pacifice gubernabimus et quiete. Promiserunt eciam prefati domini, magister videlicet et fratres, bona Ecclesie nostre in dicto territorio sita, absque dampno nostro limitare. Insuper in ordinacionem deduximus et in pactum cum eisdem: si predicti inhabitores uillarum nostrarum in ciuitatibus, castris seu villis predictorum dominorum seu fratrum delinquerint, per eorum iudicabuntur aduocatos, homines uero prefati domini magistri videlicet et fratrum suorum ac eciam nostri in villis seu terminis villarum nostrarum delinquentes per nostros iudicabuntur, quantum ad omnem penam, aduocatos. Ceterum promiserunt domini prenotati, magister videlicet et fratres, bona nostra in prefato territorio sita, contra omnem hominem tamquam propria defensare; litus uero *drywanche*, quod est Ecclesie nostre quoad piscaturam et alias utilitates, que in nemoribus et siluis fieri possunt, nobis et successoribus nostris nec auferre nec in aliquo turbare promiserunt. Ceterum si predicti domini seu fratres decreuerint vnum edificare molendinum apud dictum castrum Kxenyte in litore nostro, promiserunt nobis tantum de terra propria, bonis nostris contigua, sicut occupauerit domus iam dicti molendini, in loco congruo assignare. vt autem predicta omnia robur optineant perpetuo ualiturum, presentes literas nostri et capituli nostri sigillis duximus roborandas. Actum et datum apud Plozk, anno domini M°CCCXII° XV° kalendas Julii, Indiccione IX^a^, presentibus: domino Floriano preposito, domino Clemente decano, domino Alberto scolastico, domino Noe archidiacono, domino Petro cantore, domino Martino custode, domino Wolcmaro, domino Nemiza, domino Preczlao

et aliis quam plurimis canonicis nostris, et ceteris testibus fidedignis ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Na paskach pergaminowych wiszą dwie podługowate pieczęcie. Pierwsza wyobraża kościół o dwóch wieżycach, z boku widziany. Napis w otoku nieco uszkodzony: † SS. Plocensis Ec.....e sancte Marie. W odwrociu mała okrągła pieczątka wyobrażająca popiersie świętego w koronie na głowie; w otoku napis: † Abigv. V. Demoppetvvm Pmo. Druga pieczęć wyobraża postać biskupa z pastorałem w lewej, błogosławiącego prawą. W otoku napis: SS. Johannis dei gracia Plocensis ecclesie. Stronczyński: Wzory Nr. 24, str. 26.

18. Anno 1323, d. 24 Junii, in Ripin.

In nomine domini amen. Vniuersa negocia, que in statu solido manere desiderantur, literarum etiam testimonio fiunt approbata. Nouerit igitur tam presencium quam futurorum posteritas successiua, quod nos Vladislaus et Boleslaus, dei gracia duces Dobrzynenses, cum matre nostra charissima Anastasia ob remedium anime patris nostri, ducis Semouiti, felicis recordacionis aliorumque nostrorum predecessorum, necnon remissionem omnium nostrorum delictorum, considerantes infinitos alienigenarum, ac quorumlibet defectus infirmorum ponimus fundamentum Hospitalis in *Rypino*, dotantes illud triginta mansis, assignantes duodecim mansos in iam dicto *Rypino*, sub castro nouo sitos, inter Johannem nostrum feudalem, ad aquam dictam *Liuonam* uersus *Rudam*, et sex iugera pratorum circa fluuium *Ripennica* nuncupatum, et montem oppositum in alio littore riuuli *Liuona* dictum, cum ipso riuulo inferius descendendo, a gadibus castri vsque ad viam tendentem versus *Thorun* cum montis culmine iam predicti. Alios quoque decem et octo mansos in nostra hereditate dicta *Roskowo* adiacente ville nostre, *Dluge* nominate, a gadibus eiusdem ville incipiendo versus *Plone* protendentes, quousque compleantur cum lacu iacente in ibidem. Adiicientes predicto hospitali de ampliori gracia et favore in nostro dominio predictis bonis per nos concessis adiacentibus liberam facultatem in pascuis, lignis, pratis, riuulis, et quicquid vtilitatis habere poterit, nunc et in posterum vti pro suo beneplacito voluntatis; conferentes et perpetuo donantes illud ordini Sepulchri Domini cum omni libertate, iure hereditario perpetuo possidendum, prefata bona eidem ordini, cum omnibus vtilitatibus et prouentibus, siluis, nemoribus, pascuis, agris, aquis, melificiis, pratis, necnon omnibus fructibus, qui sunt et fieri possunt in subsidium

supradicto Hospitali, in quo sepenominatum Ordinem, ministrum et rectorem statuimus, subiicientes, quocunque eciam nomine dicti fructus censeantur. Excipimus eciam dicta bona et omnes incolas in eis per prefatum ordinem locatos ab omnibus solucionibus et exaccionibus, et ab omni labore nostri dominii et breuiter dicendo, nihil nostro Dominio penitus [reseruando], sed nec in nostro iudicio respondere teneantur. Si forte, quod absit, aliquo insultu extraneorum aut aliorum quorumcunque terra nostra deuastaretur, ita, quod fratres dicte domus pre nimio defectu exulare contingat, penitus non Episcopus, non alius quispiam Religiosus, nisi dictus Ordo habebit repetere bona sepe prelibata. Volumus autem, vt honorabiles viri Volkmarus et frater Petrus ordinis Sepulchri Domini, fundatores primitive Ecclesie Beatissime Marie Virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli, ibidem temporibus vite sue pauperibus, infirmis, secundum posse pauperis Domus ministrent, rogant, fideliterque gubernent. Vt autem nostra libera dotacio et donacio inviolabilis perseueret, presentem paginam Ordini tradidimus sigillorum nostrorum munimine confirmatam. Datum et actum in Ripino in die beati Johannis Baptiste sub anno domini MCCCXXIII, testibus subnotatis comitibus: Petro Swinka iudice Siradiensi, Jarando nostro Subcamerario, Boguslao de Rusinowo, et aliis quam plurimis fidedignis.

Nakielski, Miechovia p. 247.

19. Anno 1324, d. 1 Augusti, in Gozno.

In nomine domini amen. Nos Florianus, dei gracia ecclesie Plocensis episcopus, notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, ad quorum noticiam peruenerit presens scriptum, quod illustri principes Vladislaus et Boleslaus frater ipsius, duces terre Dobrynensis, vna cum matre ipsorum cupientes per opera pietatis diem preuenire extremum, ob remedium animarum suarum ordini dominici Sepulchri, quod speciali fauore prosequuntur, pro domo Ryppinensi triginta mansos, videlicet duodecim circa domum predictam et octodecem in *Postow* suos donauerunt cum libertate plenaria perpetuo possidendos, quam donacionem sic pie factam et concessam, vt ex priuilegio ipsorum super huiusmodi donacione concessa potest plenius apparere, nos vna cum nostro capitulo ratam et gratam habentes, presentibus duximus confirmandam. In cuius rei testimonium presentes literas scribi iussimus, sigillorum nostri videlicet et capituli nostri munimine roboratas. Actum et datum in Gozno, in die ad vincula sancti Petri, anno domini Millesimo trecentesimo vigesimo quarto.

Presentibus testibus his videlicet: Magistro Mathia custode Plocensis ecclesie, domino Nicolao capellano curie, fratre Henrico, Gazone, fratre Hanbono de domo Goznensi.

Z kopii zamieszczonej w ks. Oblat 176, str. 442. Arch. akt grodz. i ziem. w Krakowie.

20. Anno 1325, d. 8 Decembris, in Sumino.

In nomine domini amen. Quoniam, vt ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, reddituri de propriis factis racionem, hinc est, quod nos Franczko dictus Schenko vna cum matre nostra predilecta, nomine Clara, ac fratre nostro Adalberto et eciam sorore nostra, cum viro eius nostro sororio, heredibus de *Sumino*, cupientes ob remedium animarum nostrarum ac pii parentis nostri domini Conradi Schenkonis felicis recordacionis extremi iudicii iusti iudicis racione eleemosine nostris facultatibus largiendo, obuiare, ordini Sepulchri Dominici ac fratribus eius Cruce dupla rubea signatis ad prepositum Miechouiensem spectantibus, ad quos specialem graciam pre aliis habemus, cum sint orthodoxe fidei cultores et vite sue sanctitatis exemplares, damus et donamus voluntate nostra ac consensu coniugis mee, nomine Fidelia, ac ceterorum amicorum, consanguineorum nostrorum, matura deliberacione prehabita, capellam nostram in nostra villa prescripta, que *Sumino* vulgariter nuncupatur, cum iure patronatus libere, hereditario [iure], perpetuo, quiete et pacifice, nullo impedimento seu impediente, presentibus et posteris nostris heredibus inviolabiliter possidendam. Adicimus ergo cum iuribus capelle predicte, que olim habere consueuerat omnis Ecclesia in iure Teutonico locata, eadem vt gaudeat libertate. Vt autem fratres iam dicti de sancto Sepulchro in eadem ecclesia deo famulari possint melius et liberius, penuria et paupertate semota, concedimus et damus eisdem quatuor mansos in nostra villa sepedicta *Sumino* scilicet simul locatos et coniunctim, vt ibidem nostri rustici sub mensura territorii Dobrinensis consueuerunt habere. Insuper per octo mansos addidimus ipsis pluries dictis viris religiosis in *Konottop* nostra villa prope *Sumino* de nostris agris sicut et de primis ad nostrum dominium quondam spectantibus pro suis vtilitatibus necnon vsufructibus vt libet, similiter iure hereditario libere et pacifice possidendos. Conferimus siquidem sepe dictis fratribus de speciali fauore atque gracia, vt cuncti cmetones nostri seu rustici pertinentes ad supradictam Ecclesiam de quolibet manso dimidiam mensuram siliginis et dimidiam mensuram

auene, nomine missalis annone ipsis fratribus annis singulis largiantur. Licebit etiam et actu semper licet eisdem fratribus in predictis bonis nostris, *Sumino* videlicet et *Konottop*, lignis, pratis et pascuis pro sua necessitate, vtilitate quoque libere perfrui, oues-que, sues, et cetera pecora communia cum cmetonum gregibus possunt pro libitu ac voluntate sua coniunctim pascere vel divisim proprio pastoratu. Concedimus eciam prememoratis fratribus pro victus sui necessitate cum quibuscunque instrumentis, excepta solum modo sagena in nostris piscari lacubus, quociescunque ipsis opus fuerit, aut necesse. Possunt eciam in antedictis mansis octo sibi datis in *Konottop* allodium construere, dum ipsis videbitur expedire. In cuius rei testimonium, et ne aliquibus nostris successoribus nostre donacionis libere oriatur dubium, sed pocius ratam et gratam habeant et inviolabiliter eciam pro sua salute et suorum obseruent, hanc litteram nostro sigillo signatam duximus roborandam. Datum in villa nostra Sumino in prima Dominica post festum sancti Nicolai episcopi anno Domini MCCCXXV. Presentibus: matre nostra prenominta, fratre nostro prenominato, coniuge nostra, Viteslao sculteto nostro, Heymischone sculteto in Konottop, Boguslao sculteto de Dribegost, comite Petro Ogon, Friczkone, Stangone, Henrico de Secechow, Eustachio de Subotno, et aliis quampluribus fidedignis.

Nakielski, Miechovia p. 249.

21. Anno 1326, d. 2 Januarii, in Strassburg.

Nouerint vniuersi, quorum ad audienciam presens pagina deuoluetur, quod nos dominus Wenceslaus, dei gracia dux Mazouie et dominus Plocensis, conspicientes et considerantes nobis terreque nostre multum esse fructuosum, de maturo ac sano fratrum nostrorum Symowiti et Throydynii consilio, cum viris religiosis fratribus Wernhero magistro generali dictorum fratrum ordinis Hospitalis sancte Marie domus theuthonicorum Jerosolimitany et omnibus compreceptoribus et commendatoribus ordinis prenotati fecimus, decreuimus et firmauimus inter nos perpetue pacis vnionem, in hunc modum, quod solida manu nos et terras nostras contra quoslibet inuasores ubique clipeo defensionis tenebuntur fideliter ac uiriliter defensare, nobisque sine aliqua nota falsitatis adherere, ita, quod si aliqua seuicia hostilis seu exercitus terras nostras brachio potenti subintrauerint et moram fecerit in eisdem, necnon castra et municiones vallauerit, aut vallare voluerit, ad dictorum inimicorum seuiciam proster-

nendam dicti domini fratres nobis tenebuntur et erunt obligati cum hominibus suis in presencia corporali prestare auxilium et iuuamen. Et nos uiceuersa ipsis dominis fratribus fideliter obligamur in hiis omnibus, secundum quod est pretaxatum. Preterea si uno eodemque tam nostras terras, tum eciam dictorum dominorum fratrum aliqui exercitus impugnauerint, ita quod ex utraque parte fuerimus per inimicos occupati et auxilium uicissim nobis prebere nec valeremus, in eo vnionis et concordie memorate nolumus uiolatores iudicari. Pactauimus insuper, quod nolumus cum aduersariis nostris quamuis firmare concordiam ipsis dominis fratribus inconsultis. Sic neque discordiam volumus cum aliquibus attemptare sepedictis fratribus similiter inconsultis. Adicimus etiam, quod si latrunculi aut exercitus exilis et modicus eorundem fratrum terras subintrauerint, ipsos fratres consilio et auxilio, secundum quod utrique parti uidebitur, volumus et tenemur suffragari. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem, presentes iussimus nostri sigilli robore communiri. Datum in Strazberch sub anno domini M⁰CCCXXVI⁰, in crastino Circumcisionis domini nostri Jesu Christi.

Dok. oryg. perg., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony jest wielką pieczęcią okrągłą z wosku zwyczajnego, zawieszoną na lnianych niciach granatowych i szarych. Wyobraża ona księcia w zbroi stojącego pośród gałązek, z proporcem w prawej, tarczą w lewej. W otoku napis nieco uszkodzony: † Sigillvm Wenceslai dei gracia D.....zovie domini Plocensis. Stronczyński: Wzory Nr. 28, str. 32.

22. Anno 1326, d. 7 Februarii, apud Lanciciam.

Nos Wladislaus, dei gracia Rex Polonie, vniuersis hanc literam inspecturis recognoscimus et publice profitemur, cum viris religiosis Wernhero magistro generali et fratribus ordinis hospitalis sancte Marie Jerosolimitani, domus theutonice, a data presencium ad diem Natiuitatis Christi proxime affuturam treugas ordinasse, quas bona fide et omni spe subtilitatis ammota cum ipsis terris, ipsorum omnibus terrigenis seu subiectis et expresse cum Troydeno, Semouitho et Wankone ducibus Mazouie inuiolabiliter volumus et promittimus obseruare tempore prenotato, sic quod Lithuanos nunc in seruicio nostro existentes inpedire non debent fratres prenotati, quousque ad propria reuertantur nobis seruiciis exhibitis et peractis. Hoc insuper adiecto, quod magister et fratres predicti nostris inimicis ac hiis, quos inpugnabimus vel inpugnare voluerimus nullum patrocinium prestare debeant auxilio, consilio et fauore, manifeste vel occulte, treugis

durantibus prenotatis, quibus itaque filiolos nostros illustres principes omnes Cuyauie et Dobrinenses duces cum matre, terras et subiectos eorundem interpositos esse volumus et inclusos. Et vt inter nos et fratres prelibatos tocius dissensionis et discordie nodus amputetur et pax seu concordia, quam nostris temporibus cum omnibus Christi fidelibus tenere desideramus, inperpetuum valeat ordinari, cum ipsis apud Antiquam Wladislauiam primo die rogacionum conuenire spondemus et arbitros ex utraque parte eligere ad placandum inter nos super terra Pomoranie et aliis iniuriis atque dampnis, que inter nos dissensionis materiam generant ac vigere faciunt discordie fomitem et rancoris, qui quod absit, si inter nos medium composicionis et concordie inuenire nequiuerint, treuge tamen prenotate in suo robore permanebunt, pro quibus nobiles nostri Boriwgius Lanciciensis, Clemens Syradiensis palatini, Paulus Ogon castellanus, Fal iudex Lancicienses vna nobiscum compromittunt, et propter carenciam et defectum propriorum sigillorum ad manus venerabilis in Christo patris domini Floriani dei gracia episcopi Plocensis promiserunt. In cuius euidenciam sigillum nostrum presentibus est adpensum. Datum apud Lanciciam feria sexta post diem cinerum, anno domini M⁰CCCXX⁰ sexto.

Dok. oryg. perg. dobrze dochowany. Na pasku pergaminowym wisi majestatowa pieczęć króla Władysława Łokietka, w zwykłym wosku wyciśnięta, w otoku znacznie uszkodzona. Arch. XX. Czartoryskich, Sz. II.

23. Anno 1326, d. 20 Martii, in Płock.

In nomine domini amen. Nos Florianus, dei gracia ecclesie Plocensis episcopus, notum esse volumus vniuersis tam presentibus, quam futuris, quod incliti principes, Vladislaus et Boleslaus, dei gracia duces Dobrinenses vna cum matre sua, considerantes, quod nonnisi per opera pietatis Regnum celeste ab orthodoxe fidei possessoribus valeat adipisci, ob remedium patris ipsorum anime ac remissionem delictorum suorum, Hospitali domus Sepulchri dominici iuxta ciuitatem Rypin sito triginta mansos, duodecim videlicet in iam dicto Rypino sub castro sitos inter Johannem feudalem dictorum ducum, et aquam dictam *Liuonam* versus *Rudam* et decem et octo reliquos mansos in hereditate vulgariter dicta *Roszkowo* adiacente ville ducali *Dluge* vulgariter nuncupate a gadibus eiusdem ville incipiendo versus *Plone* protendentes, quousque plenarie compleantur, assignauerunt, dederunt, et eciam donauerunt perpetuo habendos,

retinendos et firmiter cum pleno dominio possidendos, prout in privilegio super hoc eis dato plenius continetur. Nos predictorum principum deuocionem commendantes in Domino predictam ipsorum piam et salubrem donationem approbamus et presentibus confirmamus. Et vt fratres in Hospitali Domus memorate, eo deuocius memoriam iugem in oracionibus pro benefactoribus suis habeant, et cetera contenta in priuilegio exequantur, quo ipsis pro ipsorum sustentacione grata subsidia fuerint vberius elargita: decimas in mansis superius expressis ad nostram mensam pertinentes memorato Hospitali et fratribus inibi degentibus de capituli nostri consensu addimus, damus et liberaliter donamus ac perpetuo assignamus. In cuius rei testimonium presentem litteram dari mandauimus sigillis, nostro videlicet et nostri capituli, sigillatam. Datum in die Cene domini in Ploczk anno Domini MCCCXXVI Presentibus his Dominis: Clemente preposito, Alberto Decano, Alberto scholastico, Stephano archidiacono, Petro cantore, magistro Mathia custode Plocensi, Wolkmaro archidiacono Dobrinensi, magistro Andrea cancellario nostre curie, Nemira, Gabriele, Nicolao, canonicis nostris, Nicolao capellano nostre curie, et aliis quam pluribus fidedignis.

Nakielski, Miechovia p. 252.

24. Anno 1335, d. 8 Junii in Zakroczym.

Nos Semouitus, Throydenus, dei gracia duces Mazouie, tam presentibus tenore presencium recognoscimus quam futuris, quod nos singulas confederaciones, vniones et sincere amicicie federa, ordinaciones et pacta, que cum nostro specialissimo amico pie recordacionis fratre Lutder de Brunswik, tunc generali Magistro fratrum domus Theuthonice ipsiusque cum predecessoribus amicabiliter seruauimus ac inviolabiliter tenuimus, usque ad hoc tempus, quo prefatus noster specialissimus amicus uiam vniuerse carnis feliciter est ingressus, easdem igitur confederaciones, vniones ordinaciones necnon pacta cum nostro sincerissimo amico, fratre Theodrico de Aldenburch, nunc generali Magistro nominati ordinis, presentibus litteris publice protestantes, innouamus, approbamus et presentis scripti patrocinio confirmamus efficaciter ac inmutabiliter perpetuo seruaturas. In huius igitur rei euidens testimonium et firmitatem perhennem presentes litteras scribi ac fieri volumus, et nostrorum vtrorumque mayorum sigillorum munimine firmiter roborari. Datum et actum in Zacroczim feria quinta in diebus sacrosancti Penthechostes. Sub anno Incarnacionis domini M⁰CCC⁰XXXV⁰.

Arch. ks. Czartoryskich. Vol. VI Nr. 111. Dok. oryg. perg. opatrzony pierwotnie dwoma pieczęciami, jak tego dowodzą pozostałe od ich zawieszenia nacięcia na pergaminie.

25. Anno 1336, d. 30 Junii — 5 Julii, in Lnysczno

In nomine domini amen. Nos Janislaus, diuina et apostolice sedis prouidencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, ad noticiam vniuersorum presens scriptum volumus deuenire, quod cum strenuus princeps et dominus Wysnensis spiritu dulcoris potatus, nouam in *buczisheuicz* ecclesiam fundauisset, cuius benignam ad instanciam decimam in *Wangrsinouicz* per milites post araturam eorum ibidem eidem ecclesie fundate adiunxeramus, ignorantes eandem ad ecclesiam in *Yezow* et per nos dudum eidem sentencialiter perpetuo adiudicatam, ab antiquo legitime pertinere, postquam autem frater Paulus prepositus de *Yezow* ordinis sancti Benedicti nobis sufficienter ostendisset, pariter et probasset, dictam decimam militum in *Wangrsinouicz* ad ecclesiam suam in *Yezow* canonice pertinere, et per nos eidem fore adiudicatam, rem gestam et iudicium nostrum recognouimus memoriter recolentes. Ne igitur videamur contra iuris et nostra procedere statuta, et a monasterio Lubynensi ecclesiaque Yezeuiensi pretactam decimam alienare, et quia, quod fit per ignoranciam, plerumque reuocatur per iusticiam, itaque decimam in *Wangrsinouicz* iunctam per nos ex ignorancia ecclesie *buczisheuicz*, exnunc dictante iusticia reuocamus percipiendam, de fratrum nostrorum maturo consilio tenore presencium confirmamus. Sane presertim sano dicti principis incliti consilio fratrumque nostrorum infra scriptorum prehabito, de quorum et principis iam predicti voluntate ac informacione ascito et accu ..... requisito Paulo prefato preposito loci et ordinis supradicti, eundem duximus efficacius informandum, quatinus ad instanciam nostram et dicti principis ecclesie *buczisheuicz* nouiter fundate de sua dicta decima per milites in *Wangrisinouicz* in subsidium pro sustentacione presbyteri ibidem annis quatuor non amplius annueret et faueret. Qui prepositus vtrorum ad instanciam, nostre ac principis prefati, de sue dicte ecclesie decima per milites in *Wangrsinouicz* ad quatuor tantum annos fauens et concedens annuit diligencius voluntati. Ne ergo in posterum ex eo per successionem temporis dicta decima in *Wangrsinouicz*, nouelle fundacioni *buczisheuicz* pro tempore concessa, in possessionem ecclesie *buczisheuicz* iam dicte transeat tytulo quodammodo alienacionis in preiudicium prepositi predicti ecclesie Yezeuiensis et iacturam, huiusmodi preiudicio et euenture iacture occurrere volentes, pre-

sentem litteram fieri et prefato Paulo preposito de *Yeẓow* suisque successoribus dari censuimus in testimonium et euidenciam premissorum. Quam sigilli nostri et anuli gloriosi principis Semouiti suprascripti appensione curauimus communiri. Datum Lnysczno infra octauas apostolorum Petri et Pauli beatorum, anno domini MCCC tricesimo sexto. Presentibus dominis: Iuone preposito, Johanne scolastico et officiali, Thomislao cantore, Petro cancellario Gnezdnensibus, Dominico archidiacono Poznaniensi et quamplurimis fidedignis.

Oryginał pisany na pergaminie, zapieczętowany był dwoma pieczęciami na pergaminowych rzemykach zawieszonemi, które zniszczone zostały. Arch. kościel. Jeżewskie.

26. Anno 1343, d. 8 Novembris.

In nomine domini amen. Ut maior fides gestis adhibeatur negociis, expedit, ut conscripcione litterarum, quod veritatem continet, testimonium lucide roboretur. Eapropter noverint uniuersi presentes et posteri presencium noticiam habituri, quod nos frater Ludolffus Konig, ordinis fratrum hospitalis beate Marie domus Theutonice Jherozolimitani magister generalis, omnem materiam, ambiguitatem et dissensionem, quam inter inclitum principem, dominum Semouitum, ducem Mazovie et dominum Wissnensem, ex una, nosque et fratres nostros ac Ordinem, parte ex altera, vertebatur ex parte granicierum inter terras eiusdem domini ducis et nostras ac ordinis amputare et decidere cupientes antedictas granicias, accedente unanimi consensu et bona voluntate prefati domini ducis, nostraque et fratrum nostrorum, distinximus in hunc modum, videlicet primo incipiendo a vado in Prutenico *Singubrast* et in polonico *Szigerẓ* nominato, deinpe descendo fluuium *Orẓicẓ* usque ad silvam dictam *Radulia* eundo ulterius et tenendo silvam a sinistris, que tota inanis in parte fratrum usque ad finem dicte silue et ulterius procedendo directe usque ad fluuium dictum *Vincentam* ascendendo usque ad locum, ubi influit *Pissam*, dein maiorem riuulum eiusdem fluuii *Vincenta* ascendendo usque ad locum, ubi idem fluuius ortum habet, dein usque originem riuuli *Choyna* et ab ipso fluvio, quanto directius ire potest ad vadum *Likke*, et abinde directa eundo usque ad fluvium dictum *Bebra*, eundem fluuium *Bebra* ascendendo usque ad locum, ubi dictus fluvius ortum habet, volentes predictas granicies per nos fratres et successores nostros perpetuis temporibus inviolabilter obseruari. In quorum omnium testimonium et certitudinem firmiorem presentes dedimus literas appenso sigillo nostro

roboratas. Datum et actum anno domini M⁰CCC⁰XL⁰III⁰ sabbato proximo ante diem beati Martini confessoris. Huius rei testes sunt honorabiles et religiosi viri fratres nostri in deo dilecti: Henricus de Borrente magnus commendator, Theodoricus de Spira commendator in Thorun, Henricus de Menz commendator in Ostirrod in Goluba, Gerke commendator in Schonensee, Petrus de Muro adwocatus in Newenmarkt, dominus Henricus Sambiensis ecclesie canonicus noster capellanus, Henricus de Leuenstein fraterque Johannes, prouisor in Morin etc.

Preussische Sammlung II p. 648—650.

27. Anno 1345, d. 24 Junii, in Lanchicia.

In nomine domini amen. Quoniam humane condicionis labilis memoria est, cum tempus sit mora motus rerum mutabilium, necesse est, ut cuncta gesta, que nostris labilibus aguntur temporibus propter memoriam futurorum scripturarum apicibus et testium subscripcionibus eternentur. Eapropter cupimus scire uniuersos presentes noticiam habituros, quod nos Vladislaus, dei gracia dux Dobrzinensis et Lanciciensis, volentes edificare et locare civitatem novam, que vulgariter *Ryppin* nuncupatur, eidem civitati contulimus, resignavimus et dedimus viginti tres mansos iure Culmensi numeratos, sitos in graniciis subscriptis: videlicet incipiendo ab hereditate Tilonis dicti Blosbalk, et ab hereditate Tilonis directe ad parietem sive lineam ville Rypinensis, et sic transeundo ad villam, que *Godeszewo* nominatur, et de *Godeszewo* ad rivulum, qui dicitur *Dilownica*, et a *Dilownica* vero quousque ad rivulum, qui *Rypinnica* nuncupatur, et sic revertendo circumferencialiter ad civitatem. Conferimus eciam et damus prefate civitati ex alia parte *Rypiennice* in borra pro utilitate et necessitate ad longitudinem et latitudinem per spacium medii miliaris Adicimus insuper, quod una pars census qui cedit sicut de cameris pannicidarum et de macellis sive bancis pistorum et sutorum ad utilitatem civitatis cedet, alteram advocato eiusdem civitatis, terciam vero partem pro nobis reseruamus. Ceterum addidimus, quod census balnei media pars fiat pro utilitate civitatis sepedicte, altera vero pars ad advocatum iam dictum habeat respectum, tali tamen condicione adiecta, quod curia nostra tota libere absque solucione mercedis perpetuo possit balneari. Insuper damus sepedicte civitati ab hora sue municionis libertatem ad decem annos, ut infra spacium libertatis sint inhabitatores eiusdem civitatis ab omni onere et ab omni exaccione et solu-

cione tam speciali quam generali absoluti et exempti, quibus annis expiratis quelibet area sex denarios solvere tenebitur usualis monete Thorunensis, sed media area tres denarios solvet eiusdem monete, quorum denariorum una pars civitati, altera advocato cedet, terciam vero partem pro nobis reseruamus. Eciam damus civitati prelibate in prehabito rivulo *Ryppienica* liberam piscaturam cum hamis minorennibusque instrumentis in locis dominio nostro subiectis, excipiendo omnes nostras piscinas; nihilominus volumus, quod inhabitatores iam nominate civitatis pro se retinebunt universas penas excessuum, que contingere possint in pondere iniusto, in mensuris iniustis, sive falsis. Confirmamus eciam, ut prefatos mansos cum omnibus utilitatibus et proventibus inhabitatores sepedicte civitatis perpetuo iure hereditario teneant, et possideant et disponant, secundum quod eis utilius videbitur expedire. Volumus eciam, ut sepedicta civitas utatur in perpetuum pleno iure Culmensi. Ut autem hec donacio et locacio de maturo consilio ac salubri habita omnisque protestacio presens robur obtineat perpetuo valiturum presentes fieri mandauimus et nostro sigillo maiori communiri. Actum et datum in Lanchicia per manus Andree notarii in die beati Johannis Baptiste anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, octauo calendas Julii presentibus his testibus: comitibus Ticzmanno de Radomino, Johanne subcamerario Lanciciensi, Adam dicto Swinka subiudice Lanciciensi, Sbroslao de Lapinos, Marsinio de Kowalikow, Mathia nostro subpincerna Lanciciensi, et aliis quam plurimis testibus fidedignis.

Gawarecki, Przywileje, nadania i swobody etc. p. 218—221.

28. Anno 1347, in Lnysczno.

Nos Jaroslaus, diuina prouidencia sancte Gneznensis ecclesia archiepiscopus, notum facimus vniuersis, quibus nosse fuerit opportunum, quod cum nobilis vir Albertus, heres de *Crosnoua*, fratrem Jacobum, prepositum de *Gezow*, coram illustri principe domino Semouito, duce Mazouie, ex eo traxisset in causam, quod idem prepositus ab incolis dicte ville *Crosnoua* petebat decimam manipulatim in campis ex integro sibi solui, cum non tenerentur iuxta assercionem eiusdem Alberti, nisi duas mensuras frumenti nomine decime sibi dare; tandem causa huiusmodi ad nostram audienciam deuoluta et non valente uiro Alberto intencionem suam legitime comprobare, quia dictus prepositus per priuilegium clare docuit et ostendit, decimam per incolas eius de *Crosnoua* ad se et ecclesiam in *Gezow* legitime pertinere: Nos

de consilio dicti ducis et in eius presencia, militum et aliorum testium subscriptorum, dictam decimam in *Crosnoua* per cmetones ibidem dicto preposito et sue Gezouiensi Ecclesie adiudicamus perpetuo in hiis scriptis manipulatim in campis annis singulis ex integro persoluendam, dicto Alberto et suis heredibus super ipsam perpetuo silencium imponentes. Actum et datum in Lnysczno infra octauas Petri et Pauli apostolorum, anno domini M⁰CCC⁰XL septimo. Presentibus dominis: Adam iudice et Petro subcamerario Rauensibus, Johanne cancellario et Tylcone notario dicti ducis, magistro Alberto de Bochna, Johanne custode Lanchyciensi, Hancone vicecancellario, Daumano notario curie nostre et aliis pluribus fidedignis.

Przy pergaminowym oryginale wisiała pieczęć na skrawku z samego dyplomatu odciętym. Arch. kość. Jeżewskiego.

29. Anno 1347, d. 16 Augusti, in Warsouia.

In nomine domini amen. Quoniam ut apostolus ait, qui parce seminat, parce et metet, et qui de benedictionibus seminat, metet vitam eternam. Ideo nouerint vniuersi tam presentes quam futuri presentes inspecturi, quod nos Semovitus et Kazimirus fratres vterini, dei gracia duces Mazouie et domini Czirnenses, huius sacri eloguy misterio diligenti animo inclinato donauimus et contulimus ex nostra gracia speciali de maturo consilio nostrorum baronum fidelium Magistre et conuentui beate Marie Magdalene domus prope *Ploczk* site ordinis Premonstratensis in villa *Naruszowo* wlgariter nuncupata, si in eadem se kmethones mutuo occiderint tempore perpetuo penam capitalem totaliter possidere, prout in suis limitibus sev gadibus est sita, pro nostris kmethonibus videlicet castellanis, iudicibus, subiudicibus, subcamerariis, ad quos ius pertinet, nichil reseruantes. Insuper si extraneus uel eorum aliquis extraneum occiderit, medietatem huiusmodi pene Magistra et conuentus domus predicte possidebit. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris misimus conmuniri. Datum et actum in Warsouia in crastino Assumpcionis beate Marie virginis sub anno domini M⁰CCC⁰XL⁰VII⁰ presentibus hys testibus infrascriptis: Mathia dicto Porko pincerna Pana[ta] iudice, Nycolao castellano Czirnensibus, Bartholomeo aduocato Warszouiensi, Adam iudice Rauensi, Vytkone subiudice, Szaszino subdapifero Czechonoviensibus et aliis quam plurimis fidedignis. Datum per manus nostri cancellarii.

Zbiory hr. K. Przeździeckiego. Dok. oryg. perg. opatrzony pierwotnie dwoma pieczęciami, od których pozostały szczątki nitek jedwabnych bladożołtych.

30. Anno 1347—1352 d. 5 Octobris, in Bobrowniki.

In nomine domini amen. Cum gesta rerum omnium, facta in tempore, simul cum processu temporis a memoria [morta]lium crebrius elabuntur, nisi fuerint debita serie litterarum apud posteros perhennata, igitur nouerint vniuersi tam presentes, quam futuri, tenorem presencium audituri, quod nos Wladislaus et Boleslaus, duces terre Dobrinensis necnon et Lanciciensis, notum omnibus vobis facimus publice protestantes, quia Raczeslaus heres de *Szorawino*, noster seruus fidelis, necnon magister nostre quoquine, vna cum fratribus suis, videlicet Sulislao de *Balino*, Czesymone de *Brzoszę*, Dobeslao de *Wszeborzs* coram nobis sunt conquesti super aliquos milites, qui contra eis fuerunt aduersantes, quia [iidem] aduersarii [super] se dixerunt ad eorum condempnacionem seu vituperacionem, quod predicti milites non essent de Geneloya militali, atque quod non haberent predictum ius militale. Ipsi vero heredes Raczeslaus vna cum fratribus suis venientes ad nostram presenciam ius suum ostenderunt ex parte parentum et auorum suorum, igitur isti milites supradicti [per] cunctos suos confratres sui clenodii expurgacionem fecerunt et suum ius militale totaliter et integre coram nobis ostenderunt. Nos vero videntes eorum iusticiam et affirmacionem huius rei, contulimus, conferimus, damus atque in perpetuum confirmamus ipsis et eorum successoribus legittimis et in posterum natis seu nascendis tale ius, sicut milites habent uel habere, possunt in terra nostra Dobrinensi, et eciam debent habere venaciones facere, sicut et omnes milites faciunt in terra Dobrinensi. Eciam excipimus eos ab omnibus aliis seruiciis, nisi quando tota terra ad expedicionem nostram transibit, tunc et ipsi transire debent, et eciam coram nostris castellanis in iudicio eorum stare et respondere non tenebuntur, sed in iudicio Regali seu ducali, et quod ipsis et eorum omnibus nullus amplius in causa tale inferre presumpserit. In cuius rei testimonium nostra sigilla nostra (s) sunt appensa. Actum et datum in nostro castro dicto Bobrowniky feria quinta post festum sancti Michaelis, sub anno domini M⁰CCCVII⁰ (s) presentibus hiis testibus: Domino Falone palatino Lanciciensi, domino Alberto dicto Coscelecz palatino Cuyauiensi, domino Ade dicto Swinka, domino Bernardo herede de Mokowo, domino Floriano de Woynowo, domino Gnewomiro dicto Sobeiucha, et aliis quam plurimis fidedignis.

Dokument pergaminowy, mocno zniszczony, przechowany jest w archiwum kapituły katedralnej krakowskiej. Był on, jak po zostałe w dolnym brzegu dziurki wskazują, opatrzony dwiema pieczęciami na sznurkach zawieszonemi, których dziś brak. — Data roku na tym wypisana dokumencie jest fałszywą: Pierwszą wiadomość o książętach Władysławie i Bolesławie, czerpiemy z dokumentu biskupa Płockiego Floryana z 10 Lipca 1316 roku, na którym występują oni obok matki swej Anastazyi, wdowy po Ziemowicie (Kod. Dypl. Pol. II p. 650). Dopiero po r. 1340 stają się dyplomaty starszego z dwóch synów Anastazyi częstszymi i wiele z nich wystawionymi bywa w zamku Bobrownickim. Z tego też niewątpliwie okresu pochodzi i nasz dokument, którego bliższe oznaczenie chronologiczne otrzymamy rozglądając się w świadkach. Jako wojewoda Łęczycki występuje Fal po raz pierwszy na przywileju Władysława Dobrzyńsko-Łęczyckiego z 24 Czerwca 1345 (Kod. Dypl. Polski II p. 692), po raz ostatni w r. 1348 (Dokum. arcybiskupa Gnieznieńskiego Jarosława z 24 Czerwca 1348 r., Kod. Dypl. Polski I p. 198). Według wszelkiego prawdopodobieństwa zachował Fal swą godność aż do roku 1355, bo w tym właśnie roku występuje po raz ostatni jeszcze jako kasztelan Łęczycki (dok. z 5 Stycznia 1355, Kod. Dypl. Pol. II p. 101) Jan, którego uważać możemy za bezpośredniego następcę po Falu na godności wojewodzińskiej. Wojewodą Kujawskim jest Albert i przed i po Falu, obecność przeto jego żadną nam nie jest pomocą, a z innych świadków z jednym tylko Bernardem z Mokowa spotykamy się na dokumencie Władysława księcia Łęczyckiego i Dobrzyńskiego z 5 Czerwca 1351 roku (Kod. Dypl. Polski II p. 715). W obec tych względów, ponieważ autentyczność samego dokumentu nie ulega podejrzeniu, musimy uznać zamieszczoną w nim datę roku za pomyloną o tyle, iż pisarz wypuścił liczbę XL. Właściwie więc pochodzi nasz dokument najprawdopodobniej z roku 1347. Nie mogę zamilczeć, że mogła pomyłka nastąpić i w ten sposób, że wypisał notaryjusz «V» zamiast «L». Komuby to ostatnie przypuszczenie bardziej wydawało się uzasadnionem, tenby musiał dokument nasz odnosić do roku 1352, na co pozwalają tak wewnętrzne względy jakoteż świadkowie jak najzupełniej. Ostatecznie więc najstosowniej będzie przyjąć, że w mowie będący dyplomat między rokiem 1347 i 1352, a ściśle biorąc, w jednym z tych dwóch lat wystawionym został. — Emendacya daty naszego dokumentu jest tem ważniejsza, że gdyby się nie dało przeprowadzić jej bez zarzutu, musielibyśmy sam dokument uznać za nieautentyczny, a to ponieważ treść jego i przepisy prawne, jakie zawiera, dobrze się zgadzają z połową wieku XIV, ale jak na sam początek tego wieku dość rażącem by były anachronizmem.

31. Anno 1349, d. 15 Aprilis, in Bobrownik.

Quoniam humane condicionis labilis est memoria, cum tempus sit mora motus rerum mutabilium, necesse est, ut cuncta gesta, que nostris labilibus aguntur temporibus, propter memoriam

futurorum scripturarum apicibus et testium subscripcionibus eternentur. Eapropter notum sit presentibus et future posteritati, quorum audiencie presentis pagine series fuerit recitata, facimus manifestum: quod nos Vladislaus, dei gracia Lanciciensis et Dobrinensis terrarum dux, cupientes commoda terre nostre Dobrinensis uberrimis peramplius fructibus vbertatum iucundius gratulari, de maturo [ac] salubri baronorum nostrorum consilio, viro multe probitatis ac mira virtutum decencia, morumque elegantissimorum venustate renitenti, Nicolao Rudnik cognominato, cuius fidelium serviciorum, nobis per ipsum exhibitorum et adhuc in posterum exhibendorum beneficiorum cupientes beneficiis obviare civitatem nostram, *Lippe* vulgari nomine nuncupatam, viginti et sex mansos liberos continentem, concessimus et indulsimus iure Theutonicali seu Culmensi locandam, dantes eidem civitati et omnibus ipsam inhabitantibus per spacium annorum duodecem plena et omnimoda perfrui libertate iuxta omnem formam habitam iure civitatis nostre Ripinensis, concedentes in perpetuum omnibus in civitate nostra *Lippe* commorantibus omnia et singula iura theutonicalia seu Culmensia in iudiciis, solucionibus, collectarum exaccionibus, et aliis quibuslibet consuetudinibus communibus sive specialibus, quocunque nomine censeantur, hoc ius theutonicale seu Culmense presentibus magis duximus specificandum, videlicet quo cives nostri secuntur Ripinenses. Racione lobacionis civitatis nostre *Lippe* superius tacte memoratus Nicolaus Rudnik advocaciam eiusdem civitatis hereditariam cum duodecem mansis liberis et cum tercio denario de iudicio proveniente tam in magnis, quam eciam parvis causis et de omnibus iniuriis sive excessibus, quocunque nomine nominentur, quorumcunque in ipsa tamen civitate perpetratis, tercium denarium similiter pro se suisque veris heredibus ac legitimis successoribus iure hereditario libere perpetuis temporibus obtinebit. Damus insuper sepius dicto Nicolao sueque legitime posteritati de macellis earundem tercium lapidem sepi; de cameris vero pannicidarum, de cameris sutorum, calciferorum, pistorum, et de curiis seu areis locatis sive locandis, necnon de omnibus utilitatibus singulisque proventibus, qui civitate in eadem formari possunt, tercium denarium pro se aut sua posteritate cum medio balneo libero in ipsa civitate reseruabit. Largimur insuper de gracia nostra speciali Nicolao Rudnk sepius nominato frumenta et brasea pro domo sua posteritateque ipsius sive mensuram in nostro molendino molere temporibus perpetuis libertatem sibi concedimus absque omni exigencia cuiuslibet precii vel mensure. In civitate vero prescripta Nicolaus prefatus alteram dimidiam aream liberam et quinque iugera, quod *morgi* vulgariter dicitur, pro ortis liberis collocandis cum sua

posteritate libere possidebit ad usus proprios conuertendum iuxta quod sibi suisque liberis utilius commodiusque videbitur expedire vendendum, donandum, sive commutandum, nostra tamen cum benevolencia pariter et consensu. Quod autem donacio hec nostra presens de maturo et salubri habita consilio ipsiusque donacionis protestacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentes literas sibi fieri, nostrique maioris sigilli munimine iussimus communiri. Actum et datum in Bobrownik feria quarta proxima dominice Resurreccionis post festum sub anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo nono Presentibus testibus: comitibus Johanne succamerario Lanciciensi, domino Adam, Thyczmanno de Radomino, Bernardo de Makowo, Mathia filio Nemerze, Martino de Godzisevo Dobrinensi, Eberhardo advocato, Domino Voyslao plebano Ripinensibus, et aliis plurimis fidedignis. Scriptum per manus Henrici notarii nostri.

Gawarecki: Przywileje, nadania i swobody etc. p. 108—112.

32. Anno 1349, d. 3 Maii, in Bobrownik.

In nomine domini Amen. Quoniam decens, expedius et honestum est, quod cuncta gesta mortalium, que presentibus aguntur temporibus, ne simul cum tempore a memoria hominum elabescant, scripturarum apicibus ac voce testium eternentur. Eapropter notum sit vniuersis presentibus et posteris presencium noticiam habituris, quod nos Vladislaus, dei gracia dux et dominus Dobrinensis et Lanciciensis terrarum, volentes permutacionem facere agrorum infrascriptorum hinc et inde alternatim cum religiosis viris fratribus Nicolao preposito et conuentu fratrum Hospitalis circa antiquam ciuitatem Ripin ordinis Sepulchri Domini agros nostros secus viam, per quam de noua ciuitate Ripinensi pergitur ad antiquam, sitos, inter agros aduocati eiusdem ciuitatis, quorum latitudo protenditur a valliculo siue fossato diuidente dictos agros cum agris aduocati predicti vsque ad pomerium iuxta vallem antiqui castri Ripinensis situm, et cum ipso pomerio, et cum cacumine montis iacentis ex opposito ipsius Hospitalis, cum omnibus vtilitatibus et prouentibus, quos in dictis agris formare potuerint modo quolibet temporibus in futuris damus, tradimus, ac liberaliter et de certa sciencia resignamus nostro et nostrorum liberorum ac quorumlibet heredum nomine titulo permutacionis predictis preposito et conuentui fratrum hospitalis supradicti vice et nomine eiusdem hospitalis perpetuo habendos, tenendos et possidendos, pacifice et quiete, quibus eciam

agris renunciauimus et exnunc renunciamus realiter ac personaliter perpetuo in his scriptis, vallem siue montem castri cum hortis ex altera parte ipsius via iacentibus, preposito et fratribus predictis resignamus; acceptauimus itaque a predictis preposito et fratribus Hospitalis prescripti eodem titulo permutacionis, viceversa decem et octo mansos in villa nostra *Roskowo* sitos, Hospitale ad predictum pertinentes, cum omni censu et iure, prout hactenus ad ipsum Hospitale pertinebant pro nobis, nostroque dominio perpetuis temporibus obseruandos. Pro prato vero ipsorum, quod pro hortis locandis ciuibus nostris Ripinensibus contulimus eisdem fratribus vice versa pratum nostrum in *Ognewnik* duximus conferendum. Damus insuper sepius nominatis fratribus molendinum sub antiquo castro situm, cum piscina ipsius molendini et duo iugera, quod *morgi* vulgariter nominantur: vnum iuger penes molendinum, et aliud ex opposito molendini vltra piscinam et tabernas in villa ciuitatis antique perpetuo possidendas, saluo tamen tercio denario aduocati tabernarum videlicet predictarum. Largimur etiam et conferimus ac nihilominus ex gracia speciali dictis fratribus pro nostra, ac patris et matris progenitorumque nostrorum remedio animarum, et vt per predictos fratres, qui in ipso hospitali pro tempore fuerint, nostri crebrior et iugis in ipsorum oracionibus memoria habeatur, pro nostris excessibus omnipotentis clemenciam suppliciter exorantes, impertimur octo iugera, quod *morgi* vulgariter [dicuntur], vt superius scriptum est, in foribus noue ciuitatis Ripinensis pro ecclesia et Hospitali ac aliis edificiis construendis, in quo hospitali frequenter tres fratres ipsius ordinis sacerdotes stare tenebuntur, quartum in hospitali antiquo, pro remedio animarum omnium ibidem defunctorum Dominum suppliciter exorantem statuentes. Tenebuntur autem fratres sepius nominati ecclesiam et Hospitale infra vnius anni reuolucionem a data presencium construere; in ipso Hospitali duodecim infirmos reponentes frequenter, quibus omnia vite olimenta ministrabunt. Cum autem infirmos non habuerint, eleemosinas, semel singulas per hebdomadas, causa salutis nostre pauperibus tenebuntur erogare. Vt autem hec nostra commutacio, necnon singulorum prescriptorum donacio nostra presens de salubri solemnique habito consilio robur perpetue obtineat firmitatis presentes dictis fratribus fieri, nostrique maioris sigilli munimine iussimus roborari. Actum et datum in Bobrownik in die Inuencionis sancte Crucis sub anno domini MCCCXLIX. Presentibus testibus comitibus Johanne subcamerario, Stephano subvenatore Lanciciensibus, Adam Swinka, Tyczmano de Radomino Dobrinensi, Eberhardo aduocato, Tylone protunc proconsule

Ripinensibus et aliis quam plurimis fidedignis. Scriptum per manus Henrici curie nostre notarii.

Nakielski, Miechovia p. 271.

33. Anno 1351, d. 14 Julii, in Płock.

Quoniam qui religiosis sanctimonialium personis in cunctis beneficiis existit fautor et benefactor, a Deo cuncti potenti in presenti et in futuro misericordiam anime sue consequatur, nouerit igitur tam presens hominum etas, quam in Christo futura posteritas, quod nos Boleslaus, dei gracia dux Masovie et dominus Plocensis, ad peticionem humilem et devotam religiose ac honeste domine Grzimcze, magistre suarumque omnium sororum monasterii vel domus sancte Marie Magdalene sistentis ante *Ploczk* ordinis Premonstratensis, necnon fratris Stanislai prepositi eiusdem domus, que infatigabili spiritu sub freno obediencie ac ambitu religioso domino Jhesu Christo Regi regum indefesse omni momento devote famulantur pro uniuersis dicte domus fundatoribus et suis benefactoribus altissimum exorantes, cupientesque ipsamet comoda et utilitates graciose peramplius ampliare, ex villa earum *Bodzanowo* vulgariter nuncupata, secundum quod est in suis metis et terminis in omnibus utilitatibus, consuetudinibus et proventibus, agris, aquis, pratis, lignis, rubetis, paludibus, molendinis circumferencialiter situata et distincta, ad omne ius Culmense transferimus et facimus civitatem per eas ipsarumque successores locandam et perpetuis temporibus habendam, tenendam et possidendam et ad usus placitos conuertendam, iuxta quod eis et earum posteris melius et utilius videbitur expedire conferentes eciam predictis sanctimonialibus in dicta civitate ipsarum liberum forum et omnia foralia, que dicuntur *Targowe*, pro se habebunt, adiicientes eis insuper hoc ius speciale, quod cum se mutuo in iam dicta civitate incole vel cives inter gades occiderint, pene recepcio capitis post ipsarum homines ad ipsam Magistram conuentumque sororum totaliter pertinebit, liberantes sepedictam civitatem ab vniuersis solucionibus, collectis et exaccionibus, angariis, quocunque nomine censeantur, a *poradlne*, a *przewod*, a *podworowe* et a citacione palatinorum, castellanorum, iudicum et subiudicum et omnium officialium sic, quod coram nullo tantum coram suo advocato prefati cives de *Bodzanowo* super causis quibusvis debeant conveniri aut respondere, vel super maioribus negociis et causis coram earum preposito de se querulantibus prefati cives tenebuntur respondere hoc exempto, quod, quando collecta generalis toti terre nostre

fuerit edicta et proclamata, nobis et nostris legitimis heredibus insimul prenotati civitatenses solvere tenebuntur, qualibet occasione proculmota. Ut ergo hec omnis nostra dotacio robur optineat perpetue firmitatis valiturum, presens privilegium eis in scriptis dedimus nostri sigilli adminiculo roboratum, presentibus nobilibus viris dominis: comite Dadzbogio palatino Plocensi, comite Slawcone castellano Wisnensi, Imislao preposito sancti Michaelis ecclesie, comite Andrea castellano Plocensi, Phalislao subcamerario Plocensi, Andrea subcamerario Gostinensi, Andrea subdapifero Plocensi et aliis quam plurimis fidedignis. Datum et actum in Plock in sequenti die beate Margarethe virginis. Per manus Nicolai notarii curie nostre. Sub anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo.

Gawarecki, Przywileje, nadania i swobody.... udzielone miastom województwa Płockiego p. 42—46.

34. Anno 1352, d. 15 Julii, in Rypin.

In nomine domini amen. Quoniam huius mundi facta traduntur obliuioni, nisi scripto fuerint confirmata, proinde nos Vladislaus, dei gracia dux Dobrinensis et Lanciciensis terrarum, singulis tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris volumus non latere cum nostra matre charissima ob remedium patris nostri illustrissimi Semouiti felicis recordacionis, ac aliorum predecessorum nostrorum in remissionem nostrorum peccaminum, considerantes infinitos defectus infirmorum apud sanctum Spiritum in Hospitali suburbii Noue Ciuitatis Ripino, ac fratrum Dominici Sepulchri Hierosolymitani Ordinis s. Augustini ibidem commorancium, ex ampliori gracia et speciali fauore nostro omnem libertatem in nostra ciuitate Ripin prius dicta, videlicet vendendi et emendi, blada et frumenta, pecora et pecudes, et cetera victualia, vel ad usum pertinencia donamus et contulimus preposito et fratribus prius dictis, et quod fabrum, sutorem, textorem, sartorem, piscatorem, carnificem et omnem hominem in arte mechanica et tabernatorem proprium ad propinandam ceruisiam, vinum et medonem, et alia vite necessaria valeant fouere et conseruare sine vllo impedimento vel impediente perpetuo, libere et quiete. Etiam damus et conferimus prius dicto Hospitali pro quadam commutacione ville nostre *Roszkowo* molendinum nostrum cum piscina ipsius molendini sub antiquo castro situm, quod prius in maiori priuilegio alterius commutacionis, videlicet pro decem et octo mansis assignavimus et nunc denuo incorporauimus, ac liberaliter et de certa sciencia

resignamus, nostro et nostrorum liberorum et quorumlibet heredum nomine et titulo permutacionis preposito et conuentui fratrum Hospitalis supradicti, vice et nomine perpetuo habendum, tenendum, possidendum pacifice et quiete, cum omni iure ac libertate resignauimus et nunc resignamus realiter ac personaliter cum effectu in his scriptis, quod nullus debeat fundare piscinam vel molendinum super fluuium dictum *Linowna* in medio milliari tam ante, quam retro propter impedimentum dicti molendini; ita tamen, quod omnes et singuli, aduocatus, feodales, incole, tabernatores, ortulani sub antiqua Ripin in prefato molendino molere tenebuntur et sunt astricti sub pena ducali trium marcarum monete currentis, quam penam pro nobis et dominio nostro reseruamus. Insuper damus et confirmamus, quod sepe dictum molendinum habeat libertatem in toto campo nostre antique *Ripin* in pascendis pecoribus et pecudibus diuisim vel coniunctim cum gregibus cmetonum et lignis excindendis ad reformandum sepe fatum molendinum, et quod dicti incole et ortulani tenebuntur reformare aggerem tociens, quociens fuerit necesse. Deinde addimus preposito et fratribus sepefatis ex vtraque parte piscine hortos a decliuio montis usque ad vallem et aream prope *Szedliska* antique ciuitatis Ripin sepius nominate cum cacumine montis, tabernas et ortos in ibidem locandos, nichil omnino ibidem pro nobis et dominio nostro reseruamus, nisi ecclesiam parrochialem. Deinde adiungimus piscaturam liberam, in piscina noue ciuitatis Rypin, quolibet genere recium piscandi, excepta sagena, pro mensa fratrum sepedictorum fieri et vti proprio piscatore, pro quadam commutacione ville nostre prenotate *Roszkowo* et lacu a gadibus *Dluge* ville nostre a monte dicto *Piscarzowa Gora.* Deinde statuimus et locamus preposito et fratribus sepe fatis molendinatorem super censum annuatim nonaginta mensurarum siliginis et brasei viginti mensurarum, quem censum idem molendinator in quatuor temporibus anni dare et solvere tenebitur, et pascere quatuor porcos, pro se vnum, pro hospitali tres, in propriis expensis, et quartam partem piscium de piscina molendini sepius dicti, sub tali tamen condicione, quod si per insultum Lituanorum, vel aliarum gencium, aut per stragem siue per litem prefatum molendinatorem exulare contigerit, tunc prepositus et fratres prenotati, tamquam veri heredes, alium molendinatorem ordinare et locare possunt pro eodem censu, cui molendinatori sepius repetito duo iugera, que *morgi* vulgariter nuncupantur, vnum versus feodales Michaelem et Waysilinum, secundum versus montem castri antiqui, vbi quondam balneum fuit, sibi et suis posteris assignamus. Insuper volumus, quod idem molendinator et sui posteri preposito et fratribus sepe fatis sine

metreta molere tenebitur, ita, quod eidem molendinatori et suis posteris pro molaribus et aliis ferramentis, prepositus et sui posteri tres denarios et molendinator vnum dare tenebitur. Item quod si molendinator sepe dictus et sui posteri vendere molendinum et commutare voluerint, sine licencia prepositi et fratrum ordinis prenominati nullo modo presumant. Demum volumus, quod sepefatus molendinator et sui posteri coram vllo iudicio pro quolibet excessu casuali ad obiecta habeat vel audeat respondere, nisi coram preposito et fratribus prenominatis. In cuius rei testimonium presentem litteram scribi, nostroque sigillo minori seu mediocri iussimus communiri. Actum et datum in suburbio Nove Ciuitatis Ripin, in choro Ecclesie sancti Spiritus, die Dominica in Diuisione apostolorum sub anno domini MCCCLI (s) presentibus testibus: Johanne subcamerario, Stephano subvenatore, Adam Swinka, Boguslao de Rusinowo, e taliis quam pluribus fidedignis.

Nakielski, Miechovia p. 272. W roku 1351 wypada święto «Diuisionis apostolorum» w Piątek, z tego powodu odnosimy nasz dokument do roku 1352, w którym istotnie przypadało «Divisio apostol.» na Niedzielę.

35. Ante annum 1354.

In nomine domini amen. Multis incommodis et iacturis obviatur, cum principum negocia seu donaciones et facta literarum ac testium munimine roborantur. Proinde nos Casimirus, dei gratia dux Masovie, notum facimus uniuersis tam presentibus, quam futuris, quod ob respectum instancie precum Johannis plebani in *Tarczyno* capellani nostri pro reformacione et utilitate ecclesie ibidem dictum Johannem, villam *Tarczyno* iure theutonico, villam seu ciuitatem permisimus exponere ad locandum sancte dicte ecclesie Tarczynensi, Johannique prefato suisque successoribus in eadem villa seu ciuitate huiusmodi ius theutonicum, videlicet iuris Magdeburgensis, vel alterius cuiuscunque, innovando presentibus et confirmando ibidem forum, tabernas, macella carnium, sutorum, panium et aliarum mercanciarum quarumcunque, secundum quod ipsorum domino temporali placuerit libere habere ac etiam exercere. Et quidquid utilius pro ecclesie suisque usibus poterit informare, informet in futurum. Cum autem nos ad expedicionem transire contingerit tam summam pecuniarum, quam currum, quod alie ville iure theutonico in terra nostra locate dabunt, predicti incole vel ciues Tarczynenses non debebunt ministrare. Eciamsi alique exacciones generales, vel speciales in terra nostra emergerent, predictos incolas, vel cives tamen nominate ciuitatis ab eisdem

totaliter reddimus liberos et exemptos. Preterea considerantes propensius fidelia, grata et prompta seruicia prefati Johannis capellani nostri, ob reuerenciam dei et b. Nicolai ad honorem, pro remedio anime nostre, ac spe, fide vite eterne, nostrorum predecessorum et antecessorum ad salutem, piis ipsius precum instanciis graciose inclinati, incolas seu cives omnes in *Tarczyn* larga largicione donacionis gracie nostre presentibus absoluimus perpetuo ab omnibus solucionibus omnium exaccionum, angariis, preangariis et vexacionibus vniuersis iuris Polonici, videlicet: *Sep, obrzaz, Nazarz*, porco, ariete, vacca, *przewne, nestane, podymne, podwody, porzeczne, pobor, przewod, godne, sokoloue, psarske*, a colleccionibus, contribucionibus omnibus, quocunque nomine censeantur, et aliis quibuscunque vecturis, absoluimus eciam incolas sive ciues dicte ville, vel ciuitatis eternaliter ab edificacione castrorum quorumlibet, et ab omnibus vniuersaliter laboribus et iudiciis eciam palatini et iudicum omnium nostrorum, et castellanorum prorsus absoluimus, ut de cetero per eos non iudicentur, nec citentur, et citati non compareant, pena omnimoda sublata, nisi coram plebano ecclesie memorate, sive iudicio ipsius astabunt querulantibus ad obiecta responsuri. Concedimus eciam dicto Johanni suisque successoribus prefate ecclesie, ut quando dicte ville seu civitatis incole se mutuo occiderint, cuiuscunqe condicionis aut sexus extiterint, plebanus iam dictus et sui successores iam totam penam capitalem ex integro pro se tollet. Si autem extraneus proprium, aut proprius extraneum incolam occiderit, plebanus dicte ecclesie medietatem pene homicidii pro se obtinebit. In hoc casu incolas predicte ecclesie ab urna mellis capitalis et a pena cruorum, que *krwawe* dicitur, absoluimus. Et si occisus vel quomodocunque mortuus aliquis infra terminos bonorum ecclesie nominate inventus fuerit, cuiuscunque status condicionis, aut sexus extiterit, incolas seu cives ab homicidii pena reddimus absolutos. Prohibemus eciam omnibus officialibus, ministerialibus, subvenatoribus et eorum *podgaijs*, ceterisque, ut nunquam presumant predictos incolas molestare ac citare, gracie nostre nostrorumque successorum sub obtentu. Et ut hec nostre graciarum donaciones robur in perpetuum obtineant firmitatis, eas prefato Johanni suisque successoribus et ecclesie perpetuo solenniter confirmamus. In cuius rei testimonium presentes scribi et nostri sigilli maioris munimine iussimus roborari. Actum et datum Varsavie sub anno domini 1303 (?) in presencia multorum proborum virorum.

Dokument ten wydrukowany jest w «Clypeus cleri Poloni Rostkowskiego (p. 63—67), ze wzmianką, iż pochodzi: «ex archiwo oppidi Tarcinensis». Data roku jest w nim oczywiście mylną,

lecz dokładniej niemożliwem jest ją oznaczyć, z powodu braku świadków na dokumencie księcia Kazimierza; książe ten zmarł w roku 1354.

36. Anno 1355, in ecclesia parrochiali nouae Rypin.

In nomine domini amen. Cum uniuersa negocia, que statu solito manere desiderant, necesse est, [ut] literarum testimonio sint approbata. Nos [igitur] Vladislaus et Boleslaus dei gracia duces Dobrinenses cum matre nostra charissima ob remedium patris nostri ducis Semoviti felicis recordacionis aliorumque nostrorum predecessorum, necnon remissionem omnium delictorum nostrorum per munimentum damus et fundamus quatuor mansos Culmenses sitos et adiacentes ad longitudinem et latitudinem in antiqua *Rypin* iuxta Johannem feudalem nostrum pro ecclesia parochiali tituli sancte Trinitatis in nova *Rypin* una cum area ex opposito castri nostri, que iacet area iuxta vias siue circa capellam fundatam in honorem sancte Marie Magdalene. Insuper prefati duces una cum matre nostra charissima largimur et perpetuo fundamus cum omnibus successoribus nostris pro ipsa prefata ecclesia parrochiali in nova *Rypin* ob remedium animarum nostrorum predecessorum in honorem et laudem individue Trinitatis alios quatuor mansos in villa altera nuncupata *Dylewo* in omnibus tribus campis videlicet in uno campo tendendo sive eundo ex prefata villa *Dylewo* ad granicies notabiles ville dicte *Godzişzewy* et in altero campo eundo ex nostra villa *Dylewo* ad fluvium dictum *Rypiennica*, in quo fluuio molendinum dictum *Gniazdko*, quos quatuor mansos prefata ecclesia parochialis in noua *Rypin* sive Rector ecclesie huius in evum tempus tenebit, possidebit, habebit et utifruetur, et eius successores, tam late et longe, prout ex antiquo sunt emensurati et locati, ut et cmethonum nostrorum in villa *Dylewo* cum omnibus pratis, hortis, additamentis spectantibus et pertinentibus quouismodo ad prefatos quatuor mansos; qui mansi ex nostro consensu et voluntate realiter et effectiue per eundem Rectorem prefate ecclesie tenentur et tenebuntur et pro maiori commodo elaborari et extirpari in omnibus a graniciis nostris ad omnes granicies *Godzişzewy*, *Czermino*, *Zakrocz* et fluvium *Rypiennica*. Quocirca nos prefati duces Vladislaus et Boleslaus dei gracia duces Dobrinenses et Lancicienses una cum matre nostra charissima damus fundamus necnon titulo perpetuitatis largimur una cum successoribus pro rectore huius ecclesie nostre nove *Rypin* aream circa prefatam ecclesiam edificandam et construendam, eundo ex ipsa ecclesia plateam et circulum . . .; nos vero prenominati princi-

pes supramemoratum collatorem facimus rectorem ecclesie omnium altarium in dicta ecclesia post decessum nostrum huic rectori et successoribus eius fundamus volumusque dare et fundare hortum propter maiorem utilitatem, commodum ipsius et successorum eius post nostram civitatem nova *Rypin* extra muros inter ceteros hortos ad antiquam *Rypin* et pratum ad spacium sex iugerum iacens circa *Rypiennica* penes predium Hebhardi feudalis nostri; eciam nos duces sepius nominati damus et conferimus pro Rectore ecclesie ipsius omniumque successorum hortum in campo civitatis nove *Rypin* iacentem ad latitudinem et longitudinem et spacium duodecem iugerum, que vulgo nuncupantur *morgi*, [qui] hortus dicitur *Hirohroski*, et cum prato in medio horti et rivulo sive stagno, quod est circa hortum, qui hortus iacet penes viam eundo ex nostra civitate nova *Rypin* ad nostram villam *Dylewo* in dextra parte penes patibulum. Cui eciam rectori et eius ecclesie concedimus pisces venari in nostro lacu sive stagno nominato Sanctuarium, quod iacet post nostram civitatem nova *Rypin* in sinistra parte *Rypienica* eundo et exeundo ex prefata civitate nostra nova *Rypin* ad antiquam. Itaque omnes parochiani, coloni et agricole ex consensu nostro et voluntate dominorum suorum totarum villarum nostre parochie tenebuntur et sunt astricti dare, solvere, quilibet ipse de quolibet manso per medium modium siliginis et per alterum medium modium avene pro festo s. Martini annuatim temporibus perpetuis; in eademque parochia nostra tam in civitate quam in villis omnibus familiares seruientes dominis dominabusque suis sexus utriusque artificesque tenebuntur et sunt adstricti irremissibiliter solvere prefato nostro Rectori quilibet ipsis et ipsi a sua persona pro mensa per quatuordecem obolos tempore Cene Domini sive festi Paschalis iuxta antiquam nostram consuetudinem et confirmacionem Culmensem, cuiquidem rectori ecclesie nostre prefate damus et committimus in stagno *Rypiennica* pisces venari omnibus instrumentis, quibuscunque nominibus nuncupentur, excepta dumtaxat sagena. Is eciam supranominatus rector et eius successores prefate ecclesie nostre habebit et habebunt omnem libertatem molire in nostro molendino fundato in nostra *Rypiennica* sine excepcione sive exigicione metretarum grani. Ut autem hec nostra perpetualis donacio, fundacio, per nos Duces sepe nominatos et scriptos sit firma et perpetuo duratura et observanda et nunquam violabilis in omnibus punctis, clausulis, articulis, qui ipse Rector prefate ecclesie et eius successores in prefata nostra donacione et fundacione erit possessor et omnem facultatem habent et habebunt regendi, habendi et possidendi, utifruendique in omnibus mansis per nos dotatis et fundatis eciam superius

rite et exnunc scriptis et exaratis in presenti privilegio, videlicet in antiqua *Rypin*, *Dylewo*, nova *Rypin* cum omnibus utilitatibus, proventibus et dominio, censibus, fructibus, rubetis, lacubus, pascuis, pratis, hortis, prediis, piscinis, aquis, fluminibus et eorum decursibus, et aliis proventibus ac utilitatibus, quibuscunque nominibus nuncupentur. In cuius rei testimonium presentes litteras nostris sigillis iussimus communiri. Actum et datum in ecclesia parochiali nove *Rypin* tituli sancte Trinitatis anno domini MCCCLV presentibus testibus: succamerario Stephano, subvenatore Petro Swinka, Boguslao de Czeszkowo, Nicolao de antiqua *Rypin*, Ludovico de Sadlovo, domino Stanislao rectore nostre ecclesie nove *Rypin*, aliisque plurimis fidedignis.

Przywilej oblatowany w aktach konsystorza Płockiego 29 Maja 1598; w aktach Bobrownickich «perpetuitatis» 2 Stycznia 1690 i w księgach grodzkich Płockich w roku 1741. Dokument ten ogłosił Aleksander Sławenko-Sławiński w artykule «Rypin i jego kościoły» pomieszczonym w Pamiętniku Religijno Moralnym T. XXX p. 277—281.

37. Anno 1355, d. 27 Decembris, in Kalisz.

Nos Semouitus, dei gracia dux Mazouie et dominus Cirnensis, vniuersis tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod ex beneplacito karissimi principis domini Kazimiri illustri Regis, patrui nostri dilecti, nobis in hac parte largito, castrum *Sacrocim* et *Wiznam* cum pleno dominio ab ipso domino Rege pro tempore recepimus, videlicet infra triennium a data presencium per nos habenda et tenenda. Quibus annis elapsis promittimus pura fide ad possessionem prefati domini regis dicta castra restaurare, qualibet contradiccione proculmota. Et si prefatus dominus rex castrum *Wiznam* voluerit firmare aut plantare et direxerit illic gressus suos, aut potenciam suorum hominum destinauerit, in constructione dicti castri cum omni nostra potencia promittimus eum pure adiuuare. Promittimus eciam, quod in castellania Sacroczimensi nullam exactionem nouam inponere, nec in aliquo milites uel pauperes pregrauare, sed eos tenere in iure solito, et antiquitus obseruato. Harum, quas nostro sigillo sigillauimus, testimonio literarum. Actum et datum in Calis in die beati Johannis Ewangeliste, tercio die Natiuitatis domini nostri anno domini M⁰CCC⁰LV⁰.

Dok. oryg. perg., przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, opatrzony jest pieczęcią okrągłą znacznie uszkodzoną, zawieszoną na sznurku z zielonego jedwabiu. Przedstawia ona orła jednogłowego bez korony, z rozpiętemi skrzydłami. W otoku napis uszkodzony: ...Semovit.....ovie et domini Cirnens... Stronczyński: Wzory Nr. 35 p. 39.

38. Anno 1355, d. 27 Decembris, in Kalisz.

Nos Semouitus, dei gracia dux Mazouie et dominus Cyrnensis, coram vniuersis tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod ab excellentissimo principe domino Kazimiro, dei gracia illustri Rege Polonie, patruo nostro dilecto, omnes terras illas seu municiones, quas uel que olim dux Kazimirus pie memorie frater noster dilectus habuit, et que ex morte ipsius racione feodi, quod ipsi domino Regi prestiterat, iure obuenerunt, similiter in feodum recipimus, videlicet *Varsouiam*, *Sochacew*, *Wiskidki*, *Cechonow*, *Nouigrod*, quod iacet super fluuium *Pys*, et *Nouiduor* cum eorum districtibus et dominiis, secundum quod sunt in ipsorum limitibus situate, pro nobis et nostris genitis habendas et possidendas eo iure, quo feodales similia dominia sponsione omagy suo domino prestita, tenere consueuerunt. Innouamus insuper feodum per nos olim domino Regi factum cum nostris terris siue castris, videlicet *Cirsco*, *Raua*, *Lyw* et *Gostinin*, que castra ab ipso domino Rege siue terras in feodum recipimus et omagium sibi debite fidelitatis prestamus, promittentes pura fide et absque dolo cuiuslibet fraudis cum potencia nostre gentis tam cum illa gente, quam antea habuimus, tam cum ea modo ex feodo lucrata pro nostro posse ipsum dominum nostrum regem Polonie in omnibus guerris, expedicionibus et controuersiis habitis uel habendis quibuslibet, cum omnibus gentibus, paganis uel christianis, et contra quaslibet personas, Reges uel principes, cuiuscunque status uel condicionis existant, fideliter adiuuare et ipsum non deserere in aduersis. Spondemus insuper, quod nullam concordiam, pacem, ordinacionem aut contractum cum aliquibus hominibus et precipue cum Lituanis inire volumus, preter prefati regis scienciam et bonam uoluntatem. Et quia castrum *Ploczsko* nobis, necnon fratri nostro bone memorie Duci Kazimiro premortuo, per eundem Dominum regem in duobus milibus marcarum Polonici ponderis exstitit obligatum, ipsum exnunc a solucione pretacte pecunie solutum pure fecimus et quietum, idem castrum Plocense ad possessionem ipsius Domini regis restaurantes, tantum tempore vite sue tenendum et habendum; post exitum vero anime sue, eciam prole sua masculina exstante, nichilhominus ad nos et ad nostros filios seu successores prelibatum castrum Plocense cum tota terra similiter et Wissegrodense et *Plonsco* reddire et restitui omnimode debebunt, que similiter in feodum a suis tantum liberis, si quos habebit, tenebimus, sicut et nunc alias terras a prefato Domino Rege obtinemus. Preterea volumus, quod illa bona, que tenet

Serenissima princeps, domina relicta Vanconis, possessiones et hereditates sitas in districtibus Sochaceuiensi et Gostinensi post decursum vite sue ad nos in totum pertinebunt; illa autem, que sunt ex illa parte fluminis Visle ad ipsum Dominum Regem post mortem ipsius in *Ploczsco* volumus pertinere. Volumus eciam, quod si quam donacionem Dominus rex predictus fecerit in terra Plocensi, tantum in villis uel molendinis volumus ratam obseruare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Actum et datum in Calis in die beati Johannis ewangeliste, anno domini M°CCC quinquagesimo quinto.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Na sznurku z zielonego jedwabiu wisi pieczęć książęca. Stronczyński: Wzory Nr. 36, str. 40.

39. Anno 1361, d. 26 Aprilis, in Mancolino.

In nomine domini amen. Nos Kasimirus, dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie, Plocensis, Pomeranie, et Russie dominus et heres, tenore presencium notum facimus, quibus expedit, uniuersis tam presentibus quam futuris, quod condicionem civitatis nostre Plocensis pro melioracione civium in ea degencium augere nostrique thesauri census sive reditus ampliare cupientes: extunc agros in suburbiis ipsius civitatis sexaginta mansos continentes, quorum agrorum partem a domino episcopo Plocensi recipimus per commutacionem inter granicies sive limites infrascriptas consistentes incipiendo videlicet a villa ecclesie dicta *Costrygay* ad villam ecclesie *Trzepowo* usque ad medietatem fluvii dicti *Brzeznica*, ubi dictus fluuius intrat *Vislam*, in medium ipsius *Visle* in latitudinem mensurando; item ab alia parte granicies, videlicet a longo lapide usque ad granicies ville *Podolszyce*, ab eisdem vero graniciis usque ad granicies ville *Osnicza*, de illis autem graniciis iterum usque ad medietatem illius fluuii *Visla*, prout latitudo eius se extendit dicte civitatis et civibus suis incorporamus cum omni iure et dominio, prout ad nos pertinebat perpetuis temporibus tenendos, habendos possidendos, collocandos ac pro sua melioracione seu utilitate quomodolibet libere conuertendos, cum omnibus et singulis utilitatibus, que inter supradictas granicies in eisdem agris in terra et aqua sunt vel ipsorum informacione mediante quomodolibet esse poterunt in futurum, ita tamen, quod in eisdem agris extunc in dictorum civium preiudicium sive damnum nec pascendi neque aliqua alia faciendi ullus hominum aliquando habeat facultatem. Absolvimus insuper

liberamus et eximimus omnes et singulos incolas, qui per predictos cives Plocenses in eisdem agris locati fuerint, ab omnibus iudiciis, iurisdicionibus et potestatibus omnium palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum et eorum ministerialium uniuersorum, ita, quod coram ipsis vel eorum aliquo pro causis tam magnis, quam parvis nulli penitus respondebunt, nisi tantum coram advocato, qui pro tempore in dicta civitate Plocensi fuerit constitutus, de se querulantibus pro re sive causa qualicunque iure ipsius civitatis respondere tenebuntur, nam volumus, ut eo iure, quo ipsa civitas Plocensis gaudet ab antiquo, iidem suburbani in sepe dictis agris collati perpetuo gaudere debeant et potiri; damus eciam sepedictis civibus intra limites agrorum predictorum in terra lapores et quascunque aves venandi et capiendi, in aquis vero piscandi de gracia nostra speciali liberam potestatem. Ut autem sepe nominati agri cicius possint collocari, omnibus et singulis incolis in eisdem locandis ab omnibus et singulis exaccionibus, contribucionibus, laboribus et solucionibus uniuersis infra sex annorum spacium a data presencium continuo subsequencium damus et concedimus plenam et omnimodam libertatem, qua elapsa predicti cives de quolibet manso duodecem grossos Boemicales, duas mensuras siliginis, duas mensuras tritici et duas mensuras avene singulis annis in festo sancti Martini nobis et nostris successoribus racione census, pro decima vero quinque grossos boemicales, cui de iure debuerint, solvere sint astricti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Actum in Mancolino in crastino beati Marci evangeliste anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo, presentibus his testibus: venerabili viro domino Stanislao episcopo ecclesie Plocensis, Daczbok palatino Plocensi, Slawczone Visnensi, Dobeslao Visliciciensi, Simcone Vissegrodiensi castellanis et Floriano cancellario Lanciciensi, per cuius manus presens privilegium transivit, ac aliis pluribus fidedignis. Scriptum per Nicolaum Boemum notarium curie nostre, canonicum ecclesie Visliciensis.

Gawarecki, Przywileje, nadania i swobody etc. p. 159—163.

40. Anno 1363, d. 25 Junii, Warszawie.

In nomine domini amen. Nos Semovitus, dei gracia dux Mazowie, dominusque Cirnensis [et] heres, uniuersis presentibus et futuris, quibuslibet expedit, volumus fore notum, quod considerantes fidelia servicia honorabilis viri Stanislai, subdapiferi Cyrnensis, mericam ipsius prope *Czeczyssewo*, que *Wola Czeczys*

sewska vocatur, damus et tenore presencium concedimus iure Thewtonico, quo civitas nostra *Cyrsko* fruitur locandam ita videlicet, quod incole ibidem habebunt ab inchoacione locacionis decem annos libertatis, qua elapsa de quolibet manso per duodecim grossos pragenses ad diem beati Martini confessoris singulis annis perpetuis temporibus nobis et nostris successoribus predicti incole solvere tenebuntur. In cuius recompensam volumus, quod ab omnibus solucionibus aliis[que] omnibus exaccionibus et vexacionibus nostris polonicalibus sint soluti et exempti et specialiter ab his, que secuntur: a *obras*, *sep*, *narzasz*, a porco et ariethe, a *pozewne*, *nestane*, *podymne*, *stroza*, *pobor*, *przewod*, *godne*, *psarske*, a collectis et contribucionibus ceteris omnibusque, quocunque nomine censeantur, eo duntaxat excepto, quod cum nupcias filiorum vel filiarum nostrarum celebrabimus diuina disposicione vel, quod absit, captivacionem incurrere nos vel quempiam ex filiis nostris aut terram nostram redimere vel aliam emere contigerit, tunc volumus, quod cum omnibus villis in ducatu nostro consistentibus equali iure locatis predicte ville incole communem, qualem posuerimus, pro eadem vice persolvant exaccionem; preterea predicte ville incolas absolvimus universaliter ab omnibus laboribus et a iudiciis palatini et iudiciis iudicum nostrorum omnium et castellanorum, ut per eos non iudicenter, nec citentur, et citati non compareant pena omnimoda sublata, nisi coram Stanislao predicto et suis legitimis posteris, vel ipsius scoltheto astabunt querulantibus iure proprio responsuri. Damus eciam predicto Stanislao et suis legitimis successoribus, ut quocienscunque vel quandocunque incole ville predicte se mutuo occiderint, capud cum pena pro se retinebit. Cum vero proprius incola ville predicte extraneum aut extraneus incola proprium incolam de villa occiderit, predictus Stanislaus et successores ipsius legitimi mediam penam obtinebit pene capitalis. Ut autem hec concessio robur perpetuum obtineat, presentem literam cum nostri sigilli maioris appensione fecimus roborari. Actum et datum Warszawie in crastino beati Johannis Baptiste per manus Arnoldi cancellarii Cyrnensis et Ravensis. Anno domini M°CCCLXIII°. Presentibus honorabilibus et discretis viris Slanczone Visznensi, Nemerza. Sochaczoviensi castellanis, Cristino dapifero Warszowiensi, Maromo iudice Warszowiensi et aliis pluribus fidedignis.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum hr. Potulickich w Oborach i opatrzony dobrze zachowaną pieczęcią, na której napis brzmi: † S. Semoviti dei gracia dvcis Mazovie et domini Cirnensis; — dok. ten ogłosił ks. T. Lubomirski: Księga Ziemi Czerskiej p. XLV uwaga 2; podając zarazem na str. XLIV rysunek pieczęci.

41. Anno 1370, d. 4 mensis Julii, Ravae.

Nos Nicolaus iudex et Michael subiudex Rauenses, notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris, quibus apta iuerit noticia subscriptorum, quod cum coram nostra presencia tn *Rawa* feria quinta post diem Petri et Pauli apostolorum beaorum inter religiosum virum dominum Precslaum prepositum de *Yeszew*, tanquam actorem parte ab una, et inter Andream et fratres eius germanos heredes de *Wola* super utrumque litus piscine ibidem inter *Goram* et libertatem parte ex altera materia questionis fuisset exorta, tandem nos intellectis meritis cause auditisque allegacionibus partis utriusque, solum Deum pre oculis habentes, eidem Preczslao preposito de *Yeszew* iam nominato prefatam piscinam super utroque littore nec non ipsius utilitatibus adiudicauimus, prefato Andree et suis fratribus germanis pro huiusmodi perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum die et loco, quibus supra, anno domini millesimo trecentesimo LXX presentibus nobilibus viris dominis et discretis: Gerwardo vexilifero Rauensi, Clemente subuenatore, Pakoslao herede de Koprziwna, Roszdalo herede de Kurdwanowo, Jacobo plebano Rawensi, et aliis quam plurimis testibus fidedignis ad premissa.

Themis polska, T. VI, 422. Z dwóch pieczęci jedna po prawej na taśmie pergaminowej dochowana, forma okrągła, zwierzchnia powłoka czerwona, napisy i herb do rozeznania trudne.

42. 1378, d. 28 mensis Februarii, in Płock.

In nomine domini amen. Nos Semouithus, dei gracia dux senior Mazouie tocius, notum facimus vniuersis tam presentibus quam faturis, presencium literarum noticiam habituris, quod discreto viro Andree molendinatori molendinum nostrum in villa nostra dicta *Bala* pro quinque sexagenis grossorum pragensium vendidimus per ipsum et suos legittimos successores tenendum, habendum et eciam possidendum pacifice et quiete cum omnibus ibidem emolimentis. De quo quidem molendino idem Andreas et sui legittimi successores triginta modios siliginis et *brazei* indiferenter cum sex modiis omni anno nobis et nostris successoribus soluet et soluere sint astricti, habebit quoque ibidem ortum, qui pertinet ad molendinum ab antiquo; seruicia vero nobis et nostris successoribus cum bipenne sicut et alii nostri molendinatores exhibebit, poterit autem predictus Andreas et sui suc-

cessores legittimi predictum molendinum vendere, commutare, obligare uel conuertere, prout sue placuerit voluntati, nostra voluntate requisita. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Plocsk die Dominico Esto michi, sub anno domini Millesimo CCCLXXVIII presentibus hiis testibus: Stephano capitaneo et subcamerario Gostinensi, Andrea marsalco nostro et subcamerario Rawensi, tribuno Plocensi dicto Pelka, et aliis quamplurimis fidedignis. Datum per manus Martini vicecancellarii.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego. Pieczęć książęca z wosku zwykłego na jedwabiu zielonym. Stronczyński: Wzory Nr. 37, str. 41.

43. Anno 1381, d. 8 Januarii, in Makow.

In nomine domini amen. Industriosa principum liberalitas digna fideliter obsequenti retribucione consueuit consolari. Proinde nos Johannes, dei gracia dux Masouie, dominusque et heres Cirnensis, Warszawiensis, Zakroczimensis, Vischegradiensis et Ciechanouiensis, noticie vniuersorum presencium et futurorum, presentes literas inspecturorum, publice declaramus, quod considerantes et intuentes continua atque fidelia seruicia nobilis viri Boxe sic dicti, heredis de *Karniewo*, fidelis nostri dilecti, que nobis tota flagrancia et integre fidelitatis constancia impendit et adhuc in futurum ea impendere est promptus, eundem Boxam cum suis pueris legitimis natis ac nascendis, de nostre pietatis ac largitatis munificencia singulari, ab omnibus penis magnis et paruis omnium nostrorum honoratorum et superiorum fecimus liberum, exemptum et absolutum, et presentibus absoluimus et liberamus. Ita quod quociescunque in predictas penas inciderit, seu in ipsis manserit, tocies, quocies prefatus Boxa et sui posteri legitimi easdem penas honoratis memoratis et superioribus quibusuis amodo vsque in perpetuum et sempiternum dare et soluere non debebunt neque tenebuntur; penis vero nostris ducalibus tam magnis quam paruis specialiter pro nobis reseruatis, quas nostro ducatui, quociens in easdem lapsi fuerint, dabunt atque soluent. Harum, quibus sigillum nostrum est appensum, testimonio literarum. Actum et datum in Makow feria tercia infra octauas Epiphaniarum sub anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo primo. Presentibus istis dominis testibus: Nadborio vexilifero Czirnensi, Paulo Nagorka dicto succamerario Warssauiensi, Bolesta capitaneo nostro generali, Paulo Ploczensi, Nicolao Zacroczimensi de Nieborzice, Paulo Czechanouiensi subda-

piferis, et multis aliis nostris fidelibus et fidedignis, per manus domini nostri cancellarii.

Z kopii zawartej w rękopisie z XVII wieku, zatytułowanym: «Iurium liber secundus, de Tywonia», pochodzącym ze zbiorów Sznajderowskich, a przechowanym w Akademii Umiejętności w Krakowie.

44. Anno 1382, d. 15 Julii, in domo monasterii s. Spiritus.

In nomine domini amen. Cunctorum perit memoriam factorum, nisi testibus veridicis et scriptis publicis fuerint roborata. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri, quia nos Vasko vexillifer Bidgostiensis, necnon heres de *Ruszinouo* vna cum filiis nostris legitimis Henrico ac ceteris, non coacti, non compulsi, non aliquo dolo seducti, sed sana mente sanoque consilio, diuinaque gracia inspirati, de sincera ac libera voluntate nostrorum amicorum consilio et vnamini nostrorumque liberorum consensu, ex certa sciencia eorundem, reminiscentes dictum euangelicum, vbi dicitur: si vis perfectus esse, vende omnia et da pauperibus, que habes, ideo venerabilibus ac religiosis viris ordinis dominici Sepulchri ad prepositurarn Miechouiensem spectantibus, domino Francisco apud s. Spiritum in propinquo Noue ciuitatis *Rypin* suisque successoribus ibidem in ecclesia sancti Spiritus commorantibus nostra nostrorumque filiorum ac aliorum consanguineorum in hac vita degencium pro salute ac predecessorum nostrorum omniumque fidelium pro remedio damus ac conferimus mericam quandam, que ex successione paterna ad nos dignoscitur pertinere, sitam et iacentem in nostra villa seu hereditate et limitibus *Ruszinowo* protensiue a fluuio dicto *Rypinicza* circa limitem seu gades cmethonis Gayda Skowronek ab aggere circa viam versus predictas granicies protensiue, quanto direccius poterit adiacere, vsque ad granicies Domini ducis allodii *Glowensko*, tam ad longitudinem, quam ad latitudinem vsque ad syluam sic dictam *choszczewka* realiter et inperpetuum consignamus ad manus dictorum fratrum Francisci prepositi successorumque eius supradicte ecclesie sancti Spiritus in possessionem realem cum omni iure, dominio, iurisdiccione, possessione, inhabitacione et cum omnibus vsibus, vtilitatibus, fructibus, censibus, pratis, pascuis, virgultis, mericis, gaijs, quod et in posterum poterunt euenire, nihil omnino iuris ibidem in dicta merica pro nobis et nostris successoribus conseruantes, et totaliter ecclesiam superius dictam s. Spiritus ratificamus. Insuper adiungimus sepedictis fra-

tribus de s. Sepulchro quandam insulam circumfossatam, que iacet ex opposito Gay cmethonis dicti Skowronek superius nominati et scolteti, tria iugera agrorum vel pratorum et virgultorum paludorumque vel citra, et si quid super fuerit, quod se versus *Ryppenicza* protendit cum virgulto et paludine, tunc fratres sepefati de Sepulchro domini habent extirpare, eradicare, prout eis videbitur, et ad vsus meliores informare. Proinde volumus, quod fratres sepius nominati in missis et oracionibus communiter dictis, nostri et nostrorum parentum ac aliorum consanguineorum de hac vita decendencium ad minus semel in hebdomada deuotas fundant preces ad dominum, ac in sacro Canone habeant commemoratos. In cuius rei euidenciam maiorem presentes scribi iussimus, nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum in domo monasterii s. Spiritus, in die dominica in diuisione beatorum apostolorum, anno domini Millesimo trecentesimo octuagesimo secundo. Presentibus strenuis militibus: Petro castellano Rypinensi, Thoma herede de Opalenicza, Stephano herede de Duszoty, Stignievio herede de Rakowa, Thadei herede de Thadaio, Stanislao fratre nostro plebano de Rypin, et aliis quam pluribus fidedignis.

Z kopii zamieszczonej w lib. Oblat. 176 str. 435. (Arch. akt ziems. i grodz. w Krakowie).

45. Anno 1382, d. 21 Octobris, in Wyssegrod.

Nos Ladislaus, dei gracia dux Opoliensis, Velunensis, Cuiaviensis, Dobrinensis etc., volentes ac affectantes terre nostre Vladislaviensis condicionem in melius mutare iuxta posse civitatem nomine *Vyssegrod* alias *Hoghemburg* locandam disposuimus prope fluvium nomine *Vislam* et civibus dicte civitatis ad eius melioracionem de bona nostra liberacione ac voluntate libere et sponte dedimus, adiunximus perpetuis temporibus possidendas, habendas et tenendas villas prope et circa dictam civitatem adiacentes vulgariter nuncupatas: videlicet *Loscun*, *Palsze*, *Vissegrod*, et *Meczuna* cum earum omnibus et singulis utilitatibus, factis et fiendis, pratis, pascuis, silvis, aquis et aquarum decursibus, prout in eorum gadibus et graniciis sunt distincte sive limitate, et ut in eisdem bonis dicti cives valeant libere piscari, venari, aves capere, molendinaque construere, ceterasque utilitates, que fieri possint, pro se facere iuxta eorum libitum voluntatis nihil pro [nobis] dominii in eisdem villis retento et observato. Item damus dictis civibus et concedimus perpetuis temporibus quinque insulas in predicto fluvio *Visla* iacentes cum omnimoda piscatura et uti-

litatibus, que fieri in eisdem possunt seu existunt de presenti, et quod valeant uti mensura metreta, modio, ulna et pondere, prout in terra Culmensi existunt, utanturque eciam iure Magdeburgensi secundum prefate terre Culmensis consuetudinem et non aliter. Damusque et concedimus dictis civibus advocaciam dicte civitatis *Vissegrod* sive *Hoghemburg*, ita, quod consules eiusdem civitatis singulis annis eligere unum habeant pro advocato, qui tam magnas quam parvas causas iudicabit in civitate predicta, penas vero parvas et minutas pro utilitate dicte civitatis reserventur, magnasque penas, que ex causis incendii, homicidii vel alicuius violencie emerserint, pro nobis volumus reservari, excepta parte tercia earundem penarum, quam adiungimus civitati antedicte. Item ex nostra liberalitate excipimus omnes et singulos cives dicte civitatis ab omnibus iuribus et impedimentis quibuscunque palatinorum, iudicum, subiudicum et ipsorum atque nostrorum officialium et procuratorum nostrorum quorumlibet, que impedimenta nec nos, sive nostri legitimi successores debeant eisdem civibus sine iusticia quacunque inferre, et si fient, quod absit, volumus eciam, ut hoc per dictos cives eorum iure decidatur. Item, ut dicta civitas in suis iuribus, fortunis conseruetur, concedimus atque damus dictis civibus, quod si aliqua sentencia scabinorum ibidem fuerit per quemcunque redarguta, et ab ea appellatum, non valeat huiusmodi sentencia declarari per quempiam, quam per consules civitatis antedicte. Eciam damus et concedimus ipsis civibus, quod omnis nobilis et alius quicunque debita contrahens in civitate predicta debeat per cives ipsius civitatis et non per alium iudicari, sicuti in Thorun et aliis civitatibus similibus consuetum est servari. Et quod omnis nobilis volens in dicta civitate mansionem habere, non sit liberior aliis ibi habitantibus cum suis bonis, sed paciatur eque pondus. Item addicimus et concedimus dicte civitati nostre, ut omnes naves et passagines lignorum cum omnibus mercimoniis habeant ad dictam civitatem applicari et ibi stare, prout in aliis civitatibus et oppidis circa *Vislam* iacentibus est et erat consuetum. Et quod omnes res et mercimonia, quocunque nomine nominantur, in dicta civitate, prout in Thorun, deponantur. Et si que metalla reperirent dicti cives in gadibus villarum predictarum et libertate huiusmodi civitatis libere fodere valeant, salvo tamen iure dominii nostri. Item damus et concedimus dictis civibus passagium sive navigium ad nos pertinens in fluuio *Visla* sub civitate antedicta; et ut dicti cives maiori fruantur libertate, damus et concedimus eisdem civibus et ligna et robora in borris nostris et silvis pro eorum edificiis libere secare et excidere sine preiudicio mellificiorum nostrorum. Damus eciam de speciali gracia nostra civibus ante-

dictis statuta in eadem civitate circa ius Magdeburgense facere, statuere, et condere, excepta tamen obediencia, quam nobis et nostris successoribus facere debeant, dummodo ad manifestam deveniant dicte civitatis utilitatem. Et quod scholas sive regimen parvulorum plebanus una cum consulibus dicte civitatis absque nostro et legitimorum nostrorum consensu successorum valeant conferre, cuicunque voluerint propter Deum, dictarum vero scholarum edificia prefati consules tempore opportuno debeant construere et edificare. Excipimus eciam et liberamus dictos cives cum eorum bonis in terra nostra Vladislauiensi ab omni solucione thelonei et fori annualis. Et pro melioracione dicte civitatis damus libertatem dictis civibus a quibuscunque solucionibus nobis vel nostris successoribus faciendis decem annorum. Qua libertate expirata dicti cives de omnibus et singulis utilitatibus, quas in civitate et in omnibus et singulis utilitatibus, quas in ipsa civitate et in omnibus superius nominatis fecerint, nobis et nostris successoribus tamquam ipsorum domino naturali satisfacere tenebuntur iuxta melioracionem civitatis antedicte, et nos cum eisdem graciosi fuerimus, prout aliis civibus nostris facere sumus consueti. Promittimus eciam dictis civibus pontem in *Sirsko* cum propugnaculo facere, et post modum ipsi eundem facient et reformabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum literam ad presentem. Actum et datum in Wyssegrod sive *Hoghemburg* civitate nostra ipso die undecem millia Virginum sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo. Presentibus strenuis et nobilibus viris: Othone subcamerario Vladislaviensi, Iwone Marschalcone Dobrinensi, Gadlone Dobrinensi, Belone Vladislaviensi, Bamoldo Slawcouiensi capitaneis, Warscone vexillifero Bigdostiensi, Johanne Vissegrodiensi, Nicolao Sotecenensi plebanis, et aliis multis fidedignis.

Gawarecki, Przywileje, nadania i swobody etc. p. 259—265.

46. Anno 1382, d. 2 Decembris, in castro Strosberg.

Nos Symouitus dei gracia dux Mazouie vniuersis, ad quos presentes peruenerint, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nos maturo consilio, bona deliberacione et consensu illustris principis fratris nostri dilecti domini Johannis, ducis Mazouie, heredum legitimorum aliorumque nostrorum fidelium baronum, militum et militarium prehabitis; ex certis racionabilibus necessariisque causis ducatum nostrum concernentibus religiosis viris et dominis: fratri Conrodo Czolner de Rothenstein, ordinis beate Marie Theutuni-

corum magistro generali, ceterisque fratribus eiusdem ordinis castrum nostrum *Weze* dictum cum omnibus terris ad predictum castrum pertinentibus, prout ad nos post diuisionem legitimam ac racionabilem inter prefatum fratrem nostrum, dominum Johannem ducem Mazouie, et nos factam ad nos spectare dinoscuntur, prout eciam terris ac gadibus aquaticis ac aliis distingwuntur, necnon villis, curiis, iure patronatus, feudis, homagys vasallatus ac quibuscunque eorum seruiciis dextrariorum urbanorum rusticorum pedestrium ac curruum, que de iure uel conswetudine ad nos inibi spectant, vel spectare poterunt in futurum, cum pascuis, pratis, paludibus, siluis, mericis, nemoribus, agris cultis et incultis, mineris auri, argenti et alterius cuiuscunque metalli atque salis, si que sunt in presenti uel fieri poterunt in futurum cum omnibus venacionibus, quocunque nomine nuncupantur, lacubus, aquarum decursibus, aquis, molendinis, theoloniis, monetis, exaccionibus mulctis, emendarum vtilitatibus, piscacionibus ac aliis quibuscunque prouenientibus in presenti tempore uel futuro cum omni iure, iurisdicione, accione, usu, requisicione ac omnibus appendiciis, pertinenciis seu utilitatibus ad predictum castrum de iure uel consuetudine spectantibus nobis, heredibus ac successoribus nostris, nichil iuris, iurisdicionis ac dominii in prefato castro et hominibus in toto vel in parte reseruantes ad habendum, possidendum, tenendum, utifruendum, regendum obligauimus pro nobis, heredibus et successoribus nostris, et presentibus obligamus prefato magistro ceterisque fratribus eiusdem necnon eorum successoribus predicti castri possesionem tradimus et assignamus tytulo pigneris, eas ab vniuersis et singulis impeticionibus seruando indempnes securantes pro septem milibus florenorum vngaricorum nobis per ipsos amicabiliter bona fide sine dolo et fraudo mutuatis, quarum pecuniarum summam fatemur et recognoscimus ab eisdem fratribus nos in eorum castro Marienburg recepisse, habuisse ac nobis integre datam numeratamque esse, excepcionibus nobis non date, non numerate [pecunie] ac eciam omnis iuris auxilio canonici et ciuilis nobis competentibus omnino renuncciauimus presentibus et renuncciamus, quas pecunias tempore prefati castri cum suis pertinenciis obligati, ut prefertur, solucionis ac redempcionis predicto Magistro uel suo successori necnon fratribus aliis eiusdem ordinis plenarie soluere promittimus omni dolo et fraude semotis pro nobis heredibus et successoribus nostris, et spondemus in eodem loco, quantitate, qualitate, numero, pondere et valore, qua pecunia cum duobus milibus florenorum vngaricorum, si ea pro melioracione castri et terre, ut infrascriptum est, exposuerint, per nos heredes et successores nostros sit ipsis persoluta, ut prefertur, castrum prefatum cum omnibus suis pertinenciis ad nos et

successores nostros libere reuertatur. Volumus insuper, ut si prefatos magistrum et fratres eorumque successores in prefato castro quidquam melioracionis accreuerit, ita tamen, ut numerum mille florenorum, melioracioque terrarum ad predictum castrum pertinencium similiter mille florenorum non excedat, quam probare poterunt, vel saltem si exposuisse sub conscienciis eorum dixerint, quibus credere nos, heredes ac successores nostri, contentari volumus et debemus, eisdem fratribus et dominis per nos heredes et successores nostros tamquam de principali pecunia [debet] satisfieri pro eadem; insuper ob singularem, quam gerimus, ad predictum ordinem amiciciam, necnon ob salutem animarum progenitorum nostrorumque successorum omnes redditus, fructus et obuenciones, quas medio tempore de predicto castro ceterisque pertinenciis prefati fratres perceperint, eis et eorum ordini damus donacione, que fit inter vivos, ita quod predicta in sortem minime computentur, liberaliter, et incorporamus, promittentes pro nobis heredibus et successoribus nostris necnon quibuscunque aliis consangwineis uel extraneis prefatos fructus, redditus, et obuenciones nunquam impetere, repetere ac postulare uerbo uel facto in iudicio spirituali vel ciuili aut extra, renuncciauimusque omnibus accionibus, excepcionibus et iuris auxilio in iudicio aut extra, per que tam sollempnis donacio per nos eisdem fratribus facta, ut prefertur, quoquomodo valeat impugnari, et quod omnia et singula suprascripta inmobilia permaneant et inconcussa, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandum. Et nos Johannes dei gracia dux Mazouie sigillum nostrum vnacum sigillo domini Symouiti, predicti fratris nostri dilecti, presentibus appendi fecimus in plenitudinem nostri consensus omnium predictorum. Datum et actum in castro Strosberg Culmensis dyocesis sub anno domini M⁰CCC⁰LXXXII⁰ proxima feria tercia post festum beati Andree apostoli.

Arch. Ks. Czartoryskich. Vol. III Nr. 253. Karta pergaminowa, na której wypisanych jest cztery dokumenty ręką XV wieku.

47. Anno 1383, d. 25 Martii, in Thorun.

Nos Johannes et nos Symouitus, dei gracia duces Mazouie, vniuersos tam presentes quam futuros volumus non latere, quod auctoritate presencium nostrarum litterarum omnia et singula bona dominorum et fratrum ordinis beate Marie theutonicorum, de castro *Wisna* versus Thorun descendencia vel ad castrum dictum ascendencia, et eciam bona vnius persone dictorum

dominorum bona respicientis et custodientis super fluuios videlicet *Narici* et *Wissla* pro nobis heredibus et successoribus nostris ab omni theoloneo absoluimus et exemimus, quamdiu dicti domini et fratres racione obligacionis in possessione ipsius castri *Wisna* fore noscuntur; postquam autem dicti castri, persoluta pecunia, pro qua ipsum castrum obligatum dinoscitur, possessionem rehabuerimus, extunc presentes nostre littere nullius sint roboris uel momenti. In huius rei evidenciam et certitudinem firmiorem presentes litteras nostris sigillis duximus muniendum. Datum in Thorun feria quarta infra octauas Pasche anno domini M° Tricentesimo octuagesimo tercio.

Arch. Ks. Czartoryskich. Vol. III Nr. 253. Karta pergaminowa dużego formatu, na której cztery dokumenty ręką piętnastego stulecia zostały wypisane; z zachowaniem między nimi odstępów na 3 centymetry. Na stronie odwrotnej napis: Certe copie litterarum Semouiti ducis Masouie (super obligacione pecuniarum et impignoracione bonorum), wyrazy w nawiasach dodane zostały nieco później.

48. Anno 1384, d. 20 Martii, in Płocko.

Nos Semovitus, dei gracia dux Mazouie etc. dominusque Plocensis et heres, uniuersis et singulis tam presentibus, quam futuris [presentes] literas inspecturis in publicam noticiam volumus deuenire, quod consideratis et inspectis fidelibus serviciis strenui militis et legalis (s) domini Andree de *Radzikowo*, castellani Dobrinensis, que nobis multipliciter impendit et in posterum cum sua legitima posteritate nobis et nostris successoribus est impensurus, divina gracia suffragante, sibi suisque legitimis successoribus oppidum *Kuczbork* vulgariter dictum cum villis ipsi oppido adiacentibus nostri veri ducatus vendidimus pro quadringentis sexagenis grossorum polonicalium, sexagena pro qualibet sexaginta grossos computando, dedimus et donavimus, et confirmando incorporamus, sicut ipsum oppidum una cum villis adiectis ab antiquo tenuimus et possedimus cum omnibus censibus, preventibus et utilitatibus uniuersis, agris, pratis, pascuis, rubetis, dumetis, mericis, silvis, borris, nemoribus, mellificiis, venacionibus omnium ferarum tam parvarum quam magnarum et avium, similiter aquis et aquarum decursibus, lacubus, piscinis paludibus, stagnis, et piscaturis, molendinis constructis et construendis, et cum toto iure hereditario, prout ipsum oppidum cum villis memoratis in suis graniciebus circumferencialiter est distinctum et limitatum, per eundem Andream et suos legitimos successores tenendum, habendum, commutandum, vendendum, do-

nandum et obligandum et in perpetuum possidendum, aut quomodo eidem Andree vel eius successoribus legitimis melius et utilius videbitur, convertendum. Damus eciam eidem domino Andree suisque legitimis successoribus in ipso oppido forum consuetum semel in septimana ibidem peragendum, et etiam cum foro anuali semel in anno celebrando, et theloneum ibidem ab antiquo deputatum, ipsum tamen theloneum nullas alias retrahendo, nec etiam contra eundem constituendo, damus etiam dicto Andree et suis sequentibus legitimis in eodem oppido et villis nominatis plenum ius Culmense, omnes causas criminales et civiles iudicare, carceres et patibula erigere, vel [si] ultimum supplicium exigant et deposcant, equalitatem pene pro equalitate criminis imponendo, ita tamen, [quod] iudicatum hominem vel personam cuiuscunque gradus, status, condicionis fuerit, iuxta placitum ipsius domini Andree suorumque legitimorum successorum possint mittere pacifice et quiete, excipiendo [quod] ipsum dominum Andream et eius legitimos successores per nos et nostros legitimos [successores] nulla pena assequi debet; item eciam volumus, quod iam dictus dominus Andreas et sua posteritas legitima cum auctoritate ad expedicionem cum terrigenis nostris Plocensibus nobis et nostris successoribus servire debet, quociescunque fuerit opportunum, nostris propriis in expensis a egressu sue domus usque ad ingressum, et [si], quod absit, ipsi domino Andree vel eius successoribus in ipsa vel in quacunque expedicione damnum vel damna percipere contigerit, extunc omnia et singula ipsi domino Andree vel eius legitimis [successoribus] solvere debemus et tenemur, et hoc tamen tale servicium [exibere] seu servire debet, ut prefertur, quod si in eodem oppido seu in villis memoratis mansionem domesticam ipse dominus Andreas vel ipsi successores habuerint cum suis pueris et familia residenciam. Absoluimus eciam omnes oppidanos cum incolis seu inhabitatoribus oppidi predicti cum villis memoratis ab omnibus laboribus necnon a reformacione nostrorum castrorum, a censibus, exaccionibus, contribucionibus, ceterisque omnibus angariis et perangariis quibuscunque nominibus censeantur. Et a iudicio omnium iudicum et subiudicum nostrorum, palatini et castellanorum, ita, quod de cetero per eos non iudicentur, nec citentur, et citati non compareant, pena eos nulla sequente omnimode, nisi coram predicto domino Andrea vel eius successoribus legitimis, aut sculteto iure Culmensi tenebuntur respondere; insuper damus domino Andree et eius successoribus legitimis omne ius nostrum ducale et dominium, in ipso oppido ac villis nominatis, pro nobis et nostris successoribus nihil totaliter reseruando; hoc tamen non omisso, quod ius spirituale vel ereccio ecclesiastica oppidi pre-

dicti non alibi, nisi ad eundem dominum Andream et eius successores dinoscitur pertinere. In cuius [rei] testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Plocko die dominica Letare quadragesimali de anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, presentibus nobilibus et dominis Barthusio de Visemburg, Meczslao capitaneo Cuiaviensi, Paulo vexillifero Varsoviensi, Detrusio dicto Charpia, Andrea filio, Oreslao de Kosznat aliisque pluribus nobilibus, et honestis specialiter fidedignis.

Gawarecki, Przywileje, nadania, swobody etc. p. 102—107.

49. Anno 1384, d. 8 Maii, in Czechonow.

In nomine domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Nouerint igitur vniuersi tam presentes, quam futuri harum litterarum noticiam habituri, quod nos Johannes, dei gracia dux Mazouie et dominus Czyrnensis, Warschouiensis, Wischegradiensis, Zakroczimensis princeps et heres Czechonouiensis, consideratis et intuitis fidelibus seruiciis nobilis viri Stanislai sic dicti, heredis de *Carnyewo* seruitoris nostri dilecti, que nobis vndique constanter exhibuit et adhuc imposterum exhibere est paratus, fauente domino ipsius villam subiudicis Czechonouiensis *Carnyewo* sic dictam, in districtu *Zacroczimiensi* sitam, de iure Polonico in ius Theutonicum, quod Culmense dicitur, presentibus transferimus et transmutamus cum omnibus suis disposicionibus, condicionibus, punctis, articulis et clausulis vniuersis. Verumtamen incole dicte ville pro huiusmodi iuris et gracie donacione nobis et nostris successoribus singulis annis perpetuisque temporibus in quolibet festo sancti Martini confessoris de quolibet manso culto et possesso per octo grossos Pragenses soluere tenebuntur, in cuius recompensam volumus, quod incole dicte ville ab omnibus nostris solucionibus, exaccionibus sint liberi penitus et exempti. Item prefati incole dicte ville a laboribus omnibus castrorum nostrorum antiquorum sint liberi, ad quos dicte incole minime tenebuntur, et non sint astricti, a laboribus vero castrorum nostrorum de nouo fundandorum et constructorum dumtaxat exceptis et exclusis, ad quos quidem labores incole prefate cum aliis nostris terrigenis transire sint astricti; specialiter tamen ab hys, que seqwntur: *sep*, *obrzasz*, *narzas*, porco, vacca, ariete, *pozewne*, *nyestanye*, *poddymne*, *pobor*, *szrzon*, *przewod*, *godne*, *psarskye*, *sokolowe*, *porzeczne*, a collectis et grauaminibus, contribucionibus, ceterisque omnibus aliis angariis, preangariis, vexacionibusque vniuersis, quibuscunque nominibus vocentur, eosdem liberos reddimus ac solutos, eo presertim excepto, quod cum nunpcias

nostras ac filiorum uel filiarum nostrarum disposicione diuina celebraremus, aut, quod absit, nos vel quempiam nostris ex filiis captiuitatem incurrere, seu terram nostram redimere, uel aliam emere contigerit, tunc volumus, quod incole dicte ville nobis et nostris successoribus similem persoluant exaccionem, quantam et qualem super omnes incolas in ducatu nostro consistentes, equali iure locatas, pro illa vice duxerimus generaliter imponendam. Preterea absoluimus incolas memorate ville a iudiciis palatinorum et a iudiciis iudicum nostrorum omnium, castellanorum, subiudicum, preconum, ministerialium et officialium eorundem ita, ut per eos de cetero non iudicentur nec citentur et citati non compareant, pena omnimode eosdem minime vlla sequenta, nisi coram prenominato nobili aut pueris ipsius uel sculteto eorundem ad hoc deputato astabunt hinc de se querulantibus iure proprio Theuthonico, Culmensi, cuilibet ad obiecta responsuri. Damus insuper prenominato nobili et ipsius successoribus legittimis, ut quociens et quandocunque incole prescripte ville se mutuo occiderint, caput et penam capitis pro se ex toto optinebunt, cum vero proprius incola extraneum aut extraneus proprium incolam interemerit, extunc medietatem huiusmodi pene capitalis retinebunt. Preterea tribuimus sepefato nobili et eius pueris omnes causas tam magnas quam paruas, capitales et criminales, infra limites sepedicte ville iudicare, carceres et patibula erigere, omnes excessus et delicta punire, quantitatem pene pro qualitate criminis imponendo, licet vindicta sanguinis, vltimum supplicium aut mutilacionem membri exigat uel deposcat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Czechonow ipso die beati Stanislai martiris gloriosi die dominico sub anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto, presentibus hiis testibus: Nadborio Czyrnensi, Falantha Czechonowiensi vexilliferis, Sassino vicethezaurario, Paulo de llazanky et Venceslao cancellario curie nostre, qui presencia habuit in commissis, et aliis quam plurimis nostris fidelibus et fidedignis.

Zbiory Akademii Umiej. w Krakowie. W transsumpcie oryg. Jana, księcia Mazowieckiego z roku 1466.

50. Anno 1386, d. 22 Augusti, in Warszowia.

In nomine domini amen. Nos Johannes, dei gracia dux Mazouie et dominus Cirnensis, Warszeuiensis, Zacroczimiensis, Wyszegradensis princeps et heres Czechonouiensis, vniuersis tam presentibus quam futuris presencium litterarum noticiam habituris volumus perpetue conmendare protestantes, quod in nostra nos-

trorumque vasallorum presencia nobilis vir Clemens nomine, heres de *Beycowo*, personaliter constitutus non compulsus nec coactus neque per aliquem errorem delusus sed animo suo bene deliberato villam suam *Zalubycze* wlgariter dictam in districtu Warszeuiensi sitam cum omnibus singulis vtilitatibus, fructibus, questibus, lucris, borris, pratis, pascuis, paludibus, mellificiis et vniuersis proventibus ibidem nunc existentibus et in posterum per industriam hominum inveniendis, prout in longitudine et latitudine graniciis suis vndique et cirmcumferencialiter est distincta et limitata ab antiquo, cumque omnibus iuribus ac dominyo, quemadmodum ipsam solus tenuit, habuit et possedit, nichil iuris et dominii sibi et suis pueris in eadem reseruans, nobili viro Derszlao heredi de *Ocunino* et suis legitimis successoribus pro nonaginta marcis Cracouiensis ponderis, marcam quamlibet per XLVIII grossos conputando, rite ac racionabiliter vendidit et coram nobis perpetuis temporibus irreuocabiliter resignauit tenendam, habendam et possidendam pacifice et quiete, commutandam, vendendam, obligandam et ad usus vtiles convertendam, secundum quod prefato Derszlao et suis pueris legitimis cum prescripta villa videbitur vtilius expedire, nostra tamen et nostrorum successorum ad hoc voluntate accedente, et in signum huius vendicionis idem Clemens iuxta terre nostre consuetudinem aquam postbibit. Et vt prescripta villa *Zalubycze* valeat eo facilius locari et possideri, ipsam de iure Polonico in ius Theuthonicum, quod Culmense dicitur, presentibus transferimus et transmutamus cum omnibus suis disposicionibus punctis, condicionibus et clausulis vniuersis. Incole vero ville memorate pro huiusmodi iuris et gracie donacione nobis et nostris successoribus singulis annis perpetuisque temporibus de quolibet manso culto et possesso in die beati Martini confessoris per decem grossos Pragenses soluere sint astricti. Ob cuius recompensam volumus, quod ab omnibus nostris solucionibus, exaccionibus et specialiter a *sepo*, *obras*, *narzas*, porco, vacca, ariete, *pozekone*, *nestane*, *podimne*, *podworowe*, *Bobrowe*, *Socolowe*, *Łobor*, *Przewod*, *Godne* ceterisque omnibus aliis vexacionibus, quibuscunque vocentur nominibus, sint liberi penitus et exempti, laboribus vero castrorum nostrorum omnium exceptis, ad quos cum aliis nostris terrigenis, quociens necesse fuerit, transire sunt astricti. Eo eciam presertim excepto, quod cum sollempnitatem nupciarum nostrarum aut filiorum vel filiarum nostrarum diuina disposicione celebraremus, aut, quod absit, nos vel quempiam nostris ex filiis captiuitatem incurrere sev terram nostram redimere vel aliam emere contigerit, tunc volumus, quod prefati incole similem nobis et nostris successoribus persoluant exaccionem, quantam et qualem super omnes villas iure

Culmensi equali locatas duxerimus illa vice generaliter inponendam. Preterea absoluimus prefatos incolas ab omnibus nostris et a palatini, castellanorum iudicumque nostrorum omnium ac subiudicum iudiciis, ita, vt per eosdem de cetero non iudicentur, nec citentur, et citati non conpareant, pena eos minime vlla sequente, nisi coram sepedicto nobili aut suis pueris vel eorum scoltheto, cuilibet iure suo Culmensi ad obiecta responsuri. Damus insuper predicto nobili cum suis successoribus post suos kmethones ville prefate caput ex toto percipere, dum et quociens inter ipsos homicidium perpetretur. Cum vero proprius incola extraneum, aut extraneus aliquem proprium interimerit, medietatem huiusmodi pene capitalis optinebit. Ceterum tribuimus sepefato nobili omnes causas magnas et paruas, capitales et ciuiles, infra limites dicte ville iudicare, carceres et patibula erigere, omnes excessus ac delicta punire, licet vindicta sanguinis mutilacionem membri, aut vltimum suplicium deposcat. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Warszovia feria quarta in octaua Assumpcionis beate Marie virginis gloriose. Sub anno domini M⁰CCC⁰LXXX⁰ sexto presentibus hiis testibus dominis: Martino palatino terre nostre Mazouie, Dobeslao iudice, Andrea pincerna Cirnensibus, Andrea Plocensi, Nadborio Cirnensi vexillifero et aliis quam pluribus nostris fidelibus et fidedignis. Per manus Dominici capellani et vicecancellarii, qui presencia habuit in conmisis, curie nostre.

Arch. Ks. Czartoryskich. Nr. 200. Dok. perg. oryg. z pieczęcią mocno nadniszczoną, zawieszoną na sznurku jedwabnym. Pieczęć przedstawia postać księcia wspierającego się prawą ręką na mieczu, lewą na tarczy. Napis w otoku nieczytelny.

51. Anno 1386, d. 11 Novembris, in Wissegrod.

Johannes, dei gracia dux Masovie et dominus Cirnensis, Zacroczimensis, Vissegrodiensis princeps et heres Ciechanouiensis. Notum esse volumus uniuersis tam presentibus quam futuris presencium literarum noticiam habituris, quia nos consideratis et intuitis fidelibus seruiciis strenui militis Janussii sic dicti servitoris nostri dilecti, heredis de *Radzanowo*, que nobis constanter exhibuit et adhuc debebit exhibere semper domino concedente, hereditates nostras scilicet civitatem *Nosielsko* et partem nostram hereditatis *Mokrzyce* vulgariter nuncupate, quam partem quibusdam militibus heredibus ibidem de *Mokrzyce* titulo commutacionis pro ducatu nostro tenuimus et habuimus, nostri veri ducatus et dominii sic vulgariter nuncupati in districtu *Zakroczimensi* sitas

et locatas eidem Janussio et suis liberis legitimis de nostre largitatis munificencia animo nostro bene deliberato, nostrorumque baronum et nobilium maturo consilio prehabito dedimus, inscripsimus, incorporavimus, contulimus atque presentibus graciose damus perpetuo et in evum cum omnibus usibus, lucris, questibus, redditibus et proventibus, silvis, rubetis, mericis, agris, mellificiis, borris, pratis, pascuis, aquis, piscinis, molendinis et uniuersis ac singulis utilitatibus pronunc ibidem existentibus et in futurum per industriam hominum reformandis et inveniendis, prout eadem bona nos cum pleno iure et dominio tenuimus, habuimus et possedimus, quemadmodum predicta bona hereditaria in eorum graniciis sunt undique distincta et circumferencialiter limitata in longum et latum, iure hereditario tenenda habenda et possidenda pacifice et quiete, commutanda, obliganda, vendenda, et ad usus utiles conuertenda, iuxta quod predicto nostro fideli dilecto, et suis pueris natis et nascendis cum ipsis bonis, videlicet civitate et parte, melius et utilius videbitur expedire; nostra tamen et nostrorum successorum ad id voluntate accedente, transferentes predicta bona de iure polonico in ius theutonicum, quod Culmense dicitur, cum omnibus suis condicionibus, punctis, disposicionibus et clausulis uniuersis tenore presencium mediante; verumtamen incolas prefatorum bonorum et predicte civitatis et partis ab omnibus nostris solucionibus, exaccionibus, castrorumque nostrorum omnium laboribus, et uniuersaliter ab omnibus angariis, collectis, tributis, et contribucionibus vexacionibusque uniuersis, quibuscunque vocitentur nominibus, facimus liberos, exemptos prorsus et omnino solutos, eo presertim excepto, quod cum sollennitatem nupciarum nostrarum aut filiarum nostrarum celebraverimus aut, quod absit, [nos] vel quempiam nostris ex filiis captivitatem incurrere, seu terram nostram redimere, vel aliam emere contigerit, tunc volumus, quod inhabitatores prenominatorum bonorum nobis et nostris successoribus similem persolvant exaccionem, qualem et quantam super omnes villas in ducatu nostro consistentes equali iure theutonico Culmensi locatos pro illa vice duxerimus imponendam; preterea absoluimus incolas memoratorum bonorum ab omnibus nostris iudiciis, ita, ut [per] eosdem de cetero non iudicentur et citentur, et citati non compareant, pena qualibet eosdem nulla sequente, nisi coram sepedicto strenuo milite aut suis liberis, vel eorum scultetis ad hoc specialiter deputatis astabunt, unicuique iure suo proprio ad obiecta responsuri. Damus insuper prefato nostro fideli cum suis pueris legitimis, [quod] quociescunque vel quandocunque incole sepe dictorum bonorum se mutuo occiderint, idem penam capitalem pro se ex toto tollet et levabit; si vero proprium in-

colam extraneus, aut proprius extraneum interimerit, medietatem huiusmodi pene capitalis optinebit. Ceterum tribuimus antefato nostro fideli dilecto et suis liberis, natis et procreandis, omnes causas magnas et parvas, capitales et civiles, intra limites oppidi ex parte prenominatorum iudicare, carceres et patibula erigere, omnes excessus et delicta punire, licet vindicta sanguinis mutilacionem membri aut ultimum supplicium exigat et deposcat; item eadem civitas *Nosielsko* forum commune iuxta aliarum civitatum nostrarum consuetudinem licite poterit habere. Demum prefatum strenuum militem cum sua posteritate legitima ab omnibus penis magnis et parvis, quibuscunque vocentur nominibus, omnium nostrorum honoratorum et zupariorum quorumlibet facimus liberum perpetuis temporibus et absolutum, ita, ut quocienscunque in eis manserit, tocies eas nulli honorato et zupario solvere debebit, penis vero nostris ducalibus magnis et parvis pro nobis et nostris successoribus specialiter reservatis, quas solvere, quociescunque in eisdem manserit, sit astrictus; eciam eximimus premissum nostrum fidelem dilectum cum suis successoribus legitimis a communi possessione castrorum nostrorum omnium, quod vulgariter *possada* dicitur, ita, quod in ipsa sedere ipsamque pecuniam solvere nunquam in perpetuum tenebitur, in quorum omnium premissorum evidens testimonium sigillum nostrum maius est presentibus appensum. Actum et datum in *Wissegrod* die dominica ipso festo sancti Martini confessoris venerandi. Anno domini MCCCLXXXVI, presentibus his testibus dominis: Martino palatino terre nostre Mazoviensis, Andrea Plocensi, Nadborio Cernensi vexilliferis, Paulo Nagorka Varsoviensi, Helascarione Ciechanoviensi succamerariis, et aliis quam plurimis nostris testibus nobilibus fidelibus et fidedignis. Datum per manus Dominici capellani et vicecancellarii curie nostre, qui hec singula presencia habuit in mandis nostris.

Gawarecki, Przywileje, nadania i swobody etc. p. 135—141.

V.

DOKUMENTY WIELKOPOLSKIE.

Zasłużony wydawca Kodeksu Dyplomatycznego Wielkopolski, p. pułkownik Ignacy Zakrzewski, nie chce poprzestać na ogłoszonem dotychczas przez siebie, prawdziwie pomnikowem, dziele, ale owszem pragnąc ułatwić pracę nad dziejami Wielkopolski jeszcze bardziej, postanowił wytrwały ten badacz zebrać z jednej strony cały materyjał dyplomatyczny z XV-go wieku, a z drugiej uzupełnić w miarę możności dotychczasowy plon z XII—XIV stulecia i wydać to wszystko razem jako dalszy ciąg swego dyplomataryjusza.

Kiedy przystąpi p. Zakrzewski do publikowania zebranych już w znacznej części dokumentów, nie wiemy; ponieważ jednak niema to nastąpić w najbliższym czasie, przeto za jego zgodą i przyzwoleniem, ogłaszamy jako odrębną grupę kilkanaście dokumentów Wielkopolskich, które raczył nam szan. p. Pułkownik do skopijowania użyczyć. Najznaczniejsza część tych dokumentów pochodzi z Kolonii i odnosi się do klasztoru Cystersów w Lądzie; skopijowane one zostały przez Dr. Perlbacha, co wystarcza, aby o wierności odpisów najlepsze mieć wyobrażenie. Uczony wydawca Dyplomataryjusza Wschodnio-Pomorskiego zamieścił już poprzednio w II-gim zeszycie „Mittheilungen aus dem Stadtarchiv von Köln herausgegeben von Dr. K. Höhlbaum“ (p. 71—127) obszerny artykuł zawierający dokładne regesta przechowywanego w archiwum Kolońskiem a do klasztoru w Lądzie odnoszącego się materyjału dyplomatycznego (od r. 1145 do r. 1574), spo-

rządzone zaś przez siebie odpisy odstąpił p. Pułkownikowi Zakrzewskiemu, który znowu część ich obejmującą przywileje z w. XIII, dozwolił mi wraz z innymi zebranymi przez siebie dokumentami obecnie ogłosić. Dziękując najuprzejmiej za tę łaskawość szan. panu Pułkownikowi nadmieniam jeszcze tylko, że dodatkowo ogłaszam 2 jeszcze dyplomaty tj. drukowany już wprawdzie ale tylko z późnej kopii, a w oryginale znajdujący się w Gabinecie Archeologicznym w Krakowie, dokument komesa Bronisza z r. 1239 dla Cystersów w Paradyżu, i nader ciekawy przywilej Władysława Łokietka z roku 1298, znajdujący się w Bibliotece po ś. p. profesorze Szujskim [1]).

TEKSTY.

1. Anno 1174, d. 30 Aprilis, in castro Lendensi.

In nomine domini amen. Memorie obliuio novercatur et longinquitate temporis gestorum series obscuratur, nisi vivacibus literarum indiciis ad posteros propatetur. Igitur nos Mesico, dei gratia dux Polonie, ad honorem dei et sancte genitricis semperque virginis Marie fundauimus monasterium ordinis Cisterciensis in loco, qui dicitur *Lenda*, et iisdem fratribus videlicet abbati et ceteris ibidem deo famulantibus cupientes plenius providere contulimus eis beneficium ad magnum sal in *Kracoauia*, quod *Croua* wlgariter vocatur, iure hereditario in perpetuum possidendum, unde singulis septimanis veniunt octo scoti currentis monete. Ne igitur hec nostra donacio per aliquem in posterum molestetur, presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Huius autem rei testes sunt: Jarostius palatinus, Odollanus pincerna, Janco *potcomore* et alii quam plures. Datum in castro Lendensi anno domini M^{0}C^{0}LXX^{0}IIII^0 in octaua beati Alberti episcopi et martiris.

Kopijarz Koloński fol. 28^b 29^a Nr. 61. (Perlbach w Mittheilungen aus d. Stadtarchiw von Köln II p. 84 Nr. 3). Dokument ten podobnie jak i inne przez Mieszka Starego dla Cystersów Lądzkich wystawione, a w I-szym Tomie Kodeksu Dypl. Wielkop. ogłoszone przywileje, jest podrobionym, i to nie wcze-

[1]) Dodana przy opisach pieczęci liczba rzymska odnosi się do zamieszczonych przy IV-tym Tomie Dyplomataryjusza Wielkopolskiego tablic.

śniej jak po roku 1240, jak to wnosić można z użytego przed imieniem księcia zaimka «Nos». — Porównać rozbiór najdawniejszych dokumentów Lądzkich pomieszczony przez Dr. Piekosińskiego w Nr. 12 z dnia 31 Grudnia 1877, Przeglądu krytycznego (p. 7 sq. osobnego odbicia) przy recenzyi I-go Tomu Dyplomataryjusza Wielkopolski.

2. Anno 1228—1239.

Wladislaus, dei gracia dux Polonie, omnibus castellanis, tribunis ac thelonearíis sub nostri ditione constitutis salutem et gratiam. Notum vobis esse cupimus dilectos fratres Lyndenses Cysterciensis ordinis in nostram defensionem ac proteccionem suscepisse, ubicunque locorum in terra nostra sive cum curribus sive navigio bona ac necessaria domus sue ducunt, eosque ab omni exaccione thelonei ac iuris Polonicalis omnimodis absoluisse. Quocirca vobis mandamus, quatenus ubicunque predictos fratres Lindenses cum bonis ac necessariis domus sue per thelonea ac castra vobis commissa transire contigerit, in nulla prorsus exaccione thelonei vel iuris Polonicalis nullatenus molestetis.

Kopijarz Koloński fol. 28[b] Nr. 60. (Perlbach l. c. p. 85, Nr. 5.). — O autentyczności niezwykłego tego w każdym razie dokumentu, z tej przyczyny trudno wydać stanowczy sąd, iż zachodzący w nim brak wszelkiego oznaczenia chronologicznego nie pozwala wyciągnąć właściwego wniosku z okoliczności, iż przemawia w nim książe w liczbie mnogiej. Zestawić możemy dokument Odonicza najodpowiedniej z niedatowanym również, a zupełnie analogicznej treści, dyplomatem Bolesława Rogatki, wydanym dla Cystersów w Paradyżu (Kod. Dypl. Wielkopol. I Nr. 227 p. 191, co do daty tego przywileju cf. Grünhagen Regesten zur Gesch. Schlesiens 2 wydanie I p. 259 Nr. 584c.). Wzgląd, iż nie jest przywilej Władysława Odonicza jedynym w swoim rodzaju, osłabia możliwe podejrzenie przeciwko jego autentyczności, a do tego jednego chyba rozglądnięcie się w nim uprawnia domysłu, że wydanym on został w ostatnich latach rządów Odonicza a więc koło roku 1239, kiedy to używanie w dokumentach majestatycznego «Nos» zamiast «Ego» stało się już w kancelaryjach książąt Polskich zupełnie powszechnem.

3. Anno 1239, d. 6 Martii, in Sirotzowe.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Ego comes Bronicius. Notum sit vniuersis tam futuris, quam presentibus christi fidelibus, quod ego Comes Bronitius ob diuine retributionis emolumentum dilectis fratribus de paradyso Ordinis Cisterciensis Diocesis Poznaniensis contuli redditus et omnem utilitatem, que

prouenit de traductu cuiusdam aque nome *Warte* super hereditatem nomine *Sirotzowe* donacione perpetua. Contuli eciam predictis fratribus locum quendam ad construendum molendinum in hereditate nomine *Zwola*. Vt igitur hec nostra donatio in posterum firma permaneat et inconuulsa duxi eam sigilli mei appensione conmunire. Interpositis testibus, quorum ista sunt nomina: Damianus plebanus in nisamisele, Gozlav miles, Laurentius, Bugdanus sacerdos, et alii quam plures. Acta sunt hec Sirotzowe anno gracie M⁰CC⁰XXX⁰IX, II Nonas martii. Indictione XII[a].

Zbiory Gab. archeologicz. Uniw. Jagiell. Nr. 3925. Dok. oryg. perg. opatrzony bardzo już zniszczoną pieczęcią przymocowaną na nitkach jedwabnych białych i różowych. Jest ten dokument ogłoszony z kopijaryjusza Paradyskiego w Kod. Dypl. Wielkopol. I Nr. 217. Z pieczęci pozostała zaledwie część trzecia, na której widocznym jest znak herbowy Bronisza i cztery pierwsze litery jego imienia: Bron..... Pieczęć ta odwzorowaną jest na podstawie lepszego znacznie egzemplarza, zawieszonego u dokumentu z r. 1230, w Kod. Dypl. Wielk. IV Nr. IX.

4. Anno 1241, d. 28 Augusti, Wratislauiae.

In nomine domini amen. Ad pleniorem memoriam futurorum expedit, ut ea, que sunt longevis temporibus duratura, literarum apicibus roborentur. Noverint ergo uniuersi presencium [noticiam] habituri, quod nos Thomas, dei gracia episcopus Wratislaviensis, una cum consensu nostri Wratislauiensis capituli considerantes dificillimas exacciones decimarum in villis ac hereditatibus ad nostram ecclesiam pertinentibus, collocatis sub Poznaniensi diocesi prope Gneznam propter viarum discrimina ac incommoda infinita cambium sive commutacionem facientes cum venerabili in Christo patre B. eadem gracia episcopo Poznaniensi villam *Czirnino* cum aliis possessionibus ibidem pertinentibus, que nostram tangebant ecclesiam, perpetuo tribuimus possidendam, pro nostra autem ecclesia villas seu decimas istarum villarum: villam Hermanni, *Coslivino*, *Golinino*, *Poczkovo*, *Bonowo*, *leszkovo* diocesis Gneznensis suscepimus sitas in metis nostre Wratislaviensis diocesis et Gnesnensis. Nos vero Thomas episcopus Wratislauiensis una cum consensu nostri capituli in nostrarum remedium animarum fundantes ecclesiam in *Coslivino* in honorem sancti Johannis Baptiste et in honorem beate Hedvigis, quod *Sdunki* alio nomine nuncupavimus, decimas predictarum villarum cum decima ville, que *Piszice* appellatur, quam Msciborius iudex Cracouiensis curie eciam eidem contulit, procurauimus condonari. Insuper decimam ibidem in *Sdunki* cum

duobus magnis mansis liberis, molendinum cum piscina et silvam a superiori riuulo, ubi *con* seu cumulus lapidum vulgariter nuncupatus usque ad finem silve, que *Ponicla* dicitur versus viam, que ducit de *Brezebrezisko* in ciuitatem *Sdunki* a sinistris cum mellificiis et utilitatibus omnibus dicte silve, decimam insuper fabrice in eodem rivolo (s), sive fabrica, sive molendinum locatum fuerit, semper decima ecclesie nullatenus denegetur. Preterea unum macellum carnium et unum panis ibidem in *Sdunki* pretacte ecclesie tribuimus perpetue possidenda. In cuius rei testimonium presentes scribi iussimus nostro nostrique sigillo capituli fecimus communiri. Actum et datum Wratislavie anno domini Millesimo CC⁰ quadragesimo primo, quinto Kalendas Septembris, presentibus testibus infrascriptis videlicet: Conrado preposito, Andrea decano, Semiano archidiacono, Nicolao custode prelatis Wratislauiensibus, Nicolao cum fratre Symone de Debna et de Crzan, Msiborio de Piszice iudice curie prefato, Srzebkone de Brzebeczko, ac multis aliis fidedignis.

Wrocław, Arch. Kapituły z transsumptu z r. 1377 K. 3; Grünhagen Regesten zur Schlesischen Geschichte (2-gie wydanie) I p. 256 Nr. 582b.

5. Anno 1249, d. 13 Aprils, in Ovensco.

In nomine sancte Trinitatis et indiuidue unitatis amen. Nos Premisl, dei gracia dux Polonie, omnibus tam presentibus, quam futuris hanc presentem paginam inspecturis et audituris salutem, in quo et per quem omnium salus. Quoniam facta mortalium temporalem quidem secuntur motum labilique excidunt memoria atque ea mater obliuionis scilicet vetustas in ambiguum ducit, utiliter provisum est sapientum examine hec literis ac testium confirmacione communiri. Hinc est, quod in nostra iam supra nominati ducis P. presencia nobilis matrona uxor condam comitis Petrconis de *Lank* una cum nepotibus ipsius Hocemiro videlicet et Petrcone de sua non ficta voluntate contulit fratribus Templi Jherosolimitani ob amorem Jhesu Cristi et ob remedium anime viri sui et omnium parentum suorum villam in terra nostri ducatus, que vulgariter *Kron* nominatur, iure hereditario in perpetuum possidendam. Igitur nos predictus Premisl donacionem prefate matrone et nepotum ipsius ratam et firmam habentes damus plenam libertatem iuridicionis nostre cum consensu baronum nostrorum ville predicte magistro Templi milicie et omnibus hominibus eius. Ut igitur donacio predicte matrone et nepotum eius et nostre libertatis collacio futuris temporibus et presentibus

inviolabilis perseueret, presens scriptum sigilli nostri appensione duximus roborandum, subductis et subvocatis testibus, quorum hec sunt nomina: comes Eustachius castellanus de Velen, Petrus filius condam Detlepi cum duobus filiis suis: Bogussa videlicet et Blisborio Baran, Boguslaus filius Jarostii, Janech filiis Tholomei, dominus Petrus dictus Artungus et frater Sulislauus predicatores domus Posnaniensis, Vincencius filius Macelini canonicus Poznaniensis ecclesie, et Michael clericus nostre curie, qui ad mandatum nostrum hiis interfuit et ista conscripsit. Datum et actum in Ovensco, villa matris nostre, senioris ducisse Hadeuigis; anno domini MCCXL nono, in vigilia beatorum Tiburcii et Valeriani.

Berlin, Königl. Geheim. Staatsarchiv, Templerorden. Dok. oryg. perg., u którego na płaskich plecionkach pół jedwabnych 2 pieczęci przywieszono: 1-sza okrągła mała okazuje godło Sędziwoja, fundatora klasztoru w Obrze (pieczęć XIII) przywieszona krzyżem do góry; — 2-ga Przemysława (pieczęć LXV), na której u głównej lancy widoczny proporzec podlatujący w górę. Dokument ten dwukrotnie już poprzednio bywał ogłaszany, po raz pierwszy w Ledebura, Neues Archiv XVI p. 335, a następnie przezemnie w XX Tomie Rozpraw Wydziału Hist. Filozof. Akad. Umiej. przy rozprawce zatytułowanej: «Przyczynek do dziejów Bolesława Pobożnego». — Ponieważ ani treść ani forma jego nigdy mi się podejrzanemi nie wydawały, nie uważałem też za potrzebne osobno i szczegółowo autentyczności jego dowodzić. Tymczasem nie znalazł przywilej Przemysława I-go łaski u pana G. Brümmer-Milkow, autora rozprawki drukowanej w XVI zeszycie Czasopisma Towarzystwa historycznego dla Prus Zachodnich (p. 105—118) a zatytułowanej: «Ueber die alten Ortsnamen der gegend bei Deutsch-Krone und Tempelburg». Autor co prawda nie zupełnie jasno zdanie swe wypowiada, ale nie ja sam tylko, ale również i Dr. Perlbach odnieśliśmy czytając ustęp pracy pana Brümmera wrażenie, że dla niego nie posiada dokument z r. 1249 niezachwianej powagi. (Porównać w I-szym zeszycie Lwowskiego Kwartalnika hist. recenzyę Dr. Perlbacha wspomnianego powyżej Czasopisma, zwłaszcza ustęp ostatni p. 97). Z tego powodu postaram się sprawdzając wymienionych za naszym przywileju świadków dowodnie autentyczność jego uzasadnić: «Comes Eustachius castellanus de Velen», nie jest nam wprawdzie zkądinad znany, ale niema przyczyny co do jego osoby jakichkolwiek podnosić podejrzeń, ponieważ pomijając występującego na podrobionym dokumencie z 25 Kwietnia 1239 (Kod. Dypl. Wielkop. I Nr. 218 p. 184) kasztelana Wieleńskiego Boguszę, pierwszy autentyczny godność tę piastujący urzędnik, Andrzej, pojawia się dopiero na przywileju Przemysława z 2 Lutego 1257 roku (ibid. Nr. 346 p. 308), Eustachych zaś, właśnie w tym czasie, w Wielkopolsce nie brakło. Drugi świadek: «Petrus filius condam Detlepi» występuje na przywileju Odonicza dla Benedyktynów Lubińskich z roku 1237 (ibid. Nr.

205 p. 174), z dwóch jego na dokumencie z roku 1249 wymienionych synów znany nam jest jeden «Blisborius» także z dokumentu Przemysława z roku 1250 (ibid. Nr. 288 p. 251), a drugi Bogusza z przywileju Przemysława II-go z 14 Października 1283 (Kod. Dypl. Wielk. I Nr. 529 p. 493). W dokumencie tym występuje właściwie z jednej strony wdowa Boguszy, a z drugiej jego synowiec Mściwoj, ale nieboszczyk Bogusza wyraźnie oznaczony jest jako «filius Petri», a Mściwój jako «filius quondam comitis Blisborii»; nie można zatem wątpić, że mowa tu o tych samych, już nie żyjących trzech osobistościach, które w Kwietniu 1249 roku wspólnie jeszcze jako swiadkowie występowali. Bogusław syn Jarosza nie występuje wprawdzie na żadnym zresztą znanym nam dyplomacie, ale możemy się domyślać, iż jest on wnukiem Sędziwoja, brata fundatora klasztoru w Paradyżu, Bronisza (cf. przywileje Bronisza z roku 1230, Kod. Dypl. Wielkop. I Nr. 126, 128, na których czytamy: cum consensu Sandivoii fratris mei et Jarostii filii fratris mei); i «Janech filius Tholo mei», z naszego jedynie znanym jest dokumentu, ale wszelkie jest prawdopodobieństwo, iż brat to jego rodzony «Albertus filius Tholomei» świadczy w tym samym mniej więcej czasie, bo na przywileju Przemysława z 7 Kwietnia 1246 roku (ibid. Nr. 251 p. 212); z dwóch Dominikanów Piotra Artunga i Sulisława spotykamy pierwszego także na dyplomatach Przemysława z 4 Maja 1243 i 2 Lutego 1257 roku (ibid. Nr. 238 p. 201 i Nr. 307 p. 346), a co ważniejsza, pozwala nam nasz dokument sprostować pomyłkę wydawcy dyplomataryjusza Wielkopol., który czytając w obu przytoczonych dokumentach: «Petro Artungo» odróżniał dwóch Dominikanów Piotra i Artunga. — Kanonika Poznańskiego Wincentego znamy dobrze z dokumentu z 29 Czerwca 1250 roku (ibid. Nr. 285 p. 249), obecnie zaś dowiadujemy się, jak było ojcu jego na imię. Żeby nie pominąć nikogo, nadmieniamy, że istotnie Michałem się mienił sprawujący w roku 1249 urząd notaryjusza w kancelaryi Przemysława duchowny. Wspomniana na dokumencie z roku 1249 wdowa po Odoniczu a matka Przemysława i Bolesława, Jadwiga, zmarła według Kroniki Wielkopolskiej 1 Stycznia 1250 roku (Mon. Pol. Hist. II p. 568 cap. 90), istotnie wspomnianą ona jest zdodatkiem «beatae memoriae» dopiero na dokumencie Przemysława z 3 Sierpnia 1254 r. (Kod. Dypl. Wielkop. I Nr. 324 p. 289). Wziąwszy na uwagę wszystkie podniesione przez nas szczegóły przyzna każdy, że przeciwko autentyczności przywileju z 13 Kwietnia 1249 nic zgoła nie przemawia, tem bardziej, że przywilej ten dochował się w zaopatrzonym w pieczęcie oryginale.

6. Anno 1263, d. 24 Augusti, in Gnezna.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ab humana facilius labuntur memoria, que nec scripto, nec voce testium perhennantur. Ideo necesse est, ut res digna memoria scripto confirmetur, quo canescens antiquitas crebrius valeat renouari. Agnoscat igitur

presens etas et sciat postera, ad quorum presenciam presens scriptum peruenerit, quod nos Boleslaus, dei gracia dux Polonie, ob honorem et reuerenciam domini nostri Jhesu Christi necnon pie ac gloriose genitricis sue semper virginis Marie, in remissionem peccaminum meorum ac omnium parentum nostrorum, ut cum in futuro ante tribunal dei omnipotentis steterimus, eo mercedem omnes una reportare valeamus, domno abbati de *Landa* eiusque fratribus in eodem claustro commorantibus ordinis Cisterciensis contulimus hereditatem ex integro illam, que vulgariter *Swencza* nuncupatur, que sita est inter *Zoreuo* et *Cizeuo*, et adiacens ville, nomine *Morsco*, fratrum predictorum et cum omnibus utilitatibus prefate ville spectantibus eis in perpetuum iure hereditario possidendam. Et ne in posterum aliquo malignante nostra tam solempnis donacio valeat irritari, presentem litteram sigilli nostri appensione et testium annotacione iussimus roborari. Testes autem sunt, qui huic donacioni interfuerunt: primus Symon castellanus Gneznensis, Andreas iudex magnus, Segota castellanus Wilcouie, Sdesco subthesaurarius, Sixtus subcamerarius, Johannes cancellarius, et quam plures alii. Datum in Gnezna anno gracie domini MCCLXIII, indiccione sexta, in die beati Bartholomei apostoli. Ego magister Petrus notarius curie hiis interfui et de mandato domini ducis manu propria ista conscripsi.

Kopijarz Koloński fol. 22a. b. Nr. 44. (Perlbach l. c. p. 86 Nr. 12); podana przy dacie naszego dokumentu indykcyja VI-ta istotnie zgadza się z rokiem 1263.

7. Anno 1280, d. 22 Junii, in Kalisz.

In nomine domini amen. Omnis accio temporalis memoria indigens, ne prauorum hominum suggestionibus deprauetur, utile visum est, ut scripture testimonio roboretur et iusticia debitum sorciatur effectum. Unde noverint uniuersi presentem paginam visuri, quod nos Premisl secundus, dei gracia dux Polonie, cupientes, que ad diuini nominis cultum spectant, nostris temporibus potius augeri, quam minui, et ea, prout possumus, liberius confouere, quapropter nos progenitorum nostrorum deuocionem, quam semper habuerunt erga domum Landensem, pio prosequentes affectu contulimus reuerendo patri domino Hermanno abbati domus eiusdem et suis fratribus interpellantibus auctoritatem locandi in hereditate, que *Virbna* dicitur, villam cum Theutunicis et liberis Polonis pleno iure Theutunicorum, quam villam *Lyndenow* appellant, incipientes ab ipso fluuio *Virbec* usque in riuulum, qui *Rechta* vocatur, iuxta *Dolan*. Verum quia domum

deo collatum legibus principum subiacere non debet, volumus predictam villam liberam et exemptam esse a *pouoz*, a *preuod*, a *stroza*, a castrorum edificio siue poncium quorumlibet, a recepcione seu custodia vel conductu castorariorum, a vicinia, quod *opole* wlgariter nuncupatur, a custodia vel solucione erediorum, quod *socol* nuncupatur, et ab omni exaccione seu colleccione, que *pouoloue* dicitur, a uecturis et expedicionibus vel omnibus iuribus in Polonia constitutis, quibuscunque censeantur nominibus, hoc solo excepto, cum aliquis contra dominum nostrum insultum fecerit, quod coloni sepedicte ville una nobiscum tenebuntur defensare. Iudiciorum nihilominus omnium, ut est de contencione, percussione membrorum, mutilacione sive eciam capitis perplecione, ut maiorem circa deum in tremendo iudicio fiduciam habeamus, predictis fratribus per suum iudicem exequenda liberam auctoritatem concedimus; nulli ergo castellanorum aut iudicum siue citandi siue iudicandi in ipsa villa ius aliquod reseruantes, has villas subsequentes domus prenotate *Scarboseuo*, *Suence* et *Goslauicz* supradictorum iurium auctoritate potiri in perpetuum cupientes. In huius rei testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine confirmamus, presentibus hiis: domino Andrea cancellario Gneznensi, comite Cechoslao pincerna Kalisiensi, comite Bozatha [1]) castellano de Geche [2]), Phalisio procuratore Kalisiensi. Datum in Kalis proximo sabato ante festum sancti Johannis baptiste, anno domini M⁰CC⁰LXXX⁰, per Thilonem notarium nostrum.

Kopijarz Kołoński fol. 12⁰ Nr. 19. (Perlbach l. c. p. 86, Nr. 13.

8. Anno 1280, d. 18 Octobris, in Kalisz.

In nomine domini amen. Quoniam quidem velocitate dierum nostrorum transituri sumus, quemadmodum fugere solet umbra vel euanescere fumus, igitur nos secundus Premisl, dei gracia dux Polonie, universis Christifidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod pro dilecione domini nostri Jhesu Christi, liberatoris animarum nostrarum, et pro veneracione gloriose genitricis eiusdem, perpetue virginis Marie, et omnium sanctorum innouamus dilectis in Christo fratribus, in domo Lendensi domino famulantibus, priuilegium gloriosi proaui nostri, domini ducis Polonie Mezeconis, confirmantes prefatis fratribus

[1]) Borocha, Cod.
[2]) Gethe, Cod.

has hereditates subscriptas cum hominibus et omnibus utilitatibus, que in eis sint ac in posterum prouenire poterunt, in nostra eos defensione suscipientes et successoribus nostris per omne tempus defendentes committimus solo diuine remuneracionis intuitu. Jam vero subnotantur possessionum loca: scilicet *Koscʒol*, ubi confirmamus esse forum omni libertate plenum, *Dolan*, *Morscho*, *Cloba* et *Gotschene*. Istarum vero villarum homines tenentur singuli soluere in festo sancti Michaelis LX manipulos siliginis, modium avene, mensuram tritici, tres urnas brazey, quinque capecia annone metere, tria plaustra feni totidemque lingnorum, duos truncos de pino, per tres continuas dies cum tota familia segetes purgare, per unum diem singuli triturare, tres kithas lini dare. Confirmamus et has subnotatas hereditates cum hominibus et omnibus utilitatibus, que in eis sunt et post future esse poterunt, *Sʒechovo* cum cocis, *Irgovo* cum sanctuariis et stabulariis, *Grabonowiʒ* cum camerariis, *Slausco* cum piscatoribus, *Wiranowo*, *Quascovo*, *Choren*, *Staralancha*, *Svinarevo*. Homines vero predictarum villarum tenentur rethe trahere infra *Siraʒ* et *Vladislav* per totam Poloniam, cum necessitas fratrum exegerit, tam equestres, quam pedestres mandata ipsorum dirigere. Confirmamus preterea, ut piscatores et venatores fratrum iam dictorum piscatores venatoresque nostros ac posterorum nostrorum ubique piscando ac venando libere sequentur. Confirmamus eciam ad lumina conquirenda prefathe domui tria fora cum tabernis *Chlev*, *Thur*, *Sobotka*, confirmamus eciam tabernarios harum villarum nusquam citari, nisi coram abbate. Quia vero domum deo collatum legibus principum subiacere non debet, absolvimus omnes homines in premissis villis conmorantes a *pouoʒ*, ab omni *prewod*, a *stroʒa*, a *dan*, a *naraʒ*, *podvoroue*, *targove*, *mostne*, a castrorum edificio seu poncium quorumlibet, a recepcione vel custodia aut conductu castorariorum, a recepcione venatorum qualiumcunque, a custodia et solucione herodiorum, quod *socol* dicitur, a vicinia, quod *opole* vulgariter nominatur, ab omni exaccione siue colleccione, a vecturis et expedicionibus et ab omnibus iuribus in Polonia constitutis, quibuscunque censeantur nominibus. Nulli ergo castellanorum aut iudicum citandi seu iudicandi in prefatis hominibus vel villis eorum ius aliquod reseruantes, set cum gravis causa emerserit, que coram abbate vel eius iudice conuenienter diffiniri non poterit, ad presenciam nostram cum annulo nostro citari debent, remittentes abbati quicquit iure iudicii cesserit; et nusquam incarcerari nisi in stabulo abbatis. Ut autem hec nostra confirmacio ad honorem dei sancteque genitricis eiusdem semper virginis Marie robur perpetue firmitatis obtineat, presentem cedulam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt hec

in Kalis, in die sancti Luce Ewangeliste, anno domini MCCLXXX presentibus hiis testibus: videlicet domino Andrea archidiacono et cancellario Kalisiensi, comite Zegotha venatore Kalisiensi, comite Petrkone pincerna Poznaniensi, comite Nasanone Conarski Kalisiensi, comite Phalisio procuratore Kalisiensi, et data per manus Thilonis, notarii curie nostre.

Archiwum Państwowe w Kolonii, Ląd. 3. Dok. oryg. perg. z pieczęcią książęcą zawieszoną na różowych jedwabnych nitkach. Pieczęć przedstawia postać księcia trzymającego w prawej ręce dzidę, w lewej tarczę wyobrażającą wyskakującego lwa; z obydwóch stron księcia stoją trąbiący zbrojni. (Perlbach op. cit. p. 86 Nr. 15). Dokument ten ważny stanowi przyczynek do ocenienia autentyczności przywilejów Lądzkich, i pozwala twierdzić: 1) że oryginał podrobionego dokumentu Mieszka z r. 1145 (Kod. Dypl. Wielkop. I Nr. 10), który według świadectwa Dr. Perlbacha z XIII-go jeszcze pochodzi wieku, sfabrykowanym został bezpośrednio przed wydaniem przywileju Przemysława z 18 Października 1280; 2) że odwołujący się również do rzekomo przez Mieszka w roku 1145 wydanego dyplomatu przywilej Bolesława Pobożnego z 10 Grudnia 1261 (Kod. Dypl. Wielkop. I Nr. 393 p. 347) jest niewątpliwie, jak to już zresztą przypuszczał Dr. Piekosiński, fabrykatem z początku XIV wieku, sporządzonym na krótki czas, przed potwierdzającym go przywilejem Władysława Łokietka z 25 Lipca 1324 roku (Kod. Dypl. Wielkop. II Nr. 1042 p. 373). Wnoszę to przedewszystkiem z wciągniętej do przywileju Bolesława, a w dyplomacie Przemysława nie znajdującej się wzmianki o wzięciu przez księcia pod swą opiekę wsi klasztornych: Skarboszewa, Marcinkowa, Jaroszyna, Górki, Zagurowa, Skokuma, Oleśnicy, tembardziej, że dopiero 23 Kwietnia 1278 roku zapewnił Cystersom Lądzkim wyrok książęcy niezaprzeczone posiadanie Jaroszyna i Marcinkowa. (Porównać jeszcze recenzyę Dr. Piekosińskiego p. 8 sq. osobnego odbicia, i Dr. Perlbach op. cit. p. 73 sq.).

9. Anno 1282, d. 14 Septembris, in Łekno.

In nomine domini amen. Humani generis acciones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum noticia dilabuntur, que scripturarum seu testium munimine non renouantur. Igitur nos secundus Premisl, dei gracia dux Polonie, notum facimus uniuersis tam presentibus, quam futuris presentem paginam intuentibus, quod ob reuerenciam dei et beate Marie virginis et pro salute nostra nostrorumque progenitorum et eciam piis et condignis peticionibus patris reuerendi domini Petri, abbatis de *Luckna*, tociusque conuentus fratrum ibidem Deo seruiencium super hereditate domus supradicte, que *Relitsco* wlgariter nuncupatur, cum sortibus adiacentibus *Durow*, *Copiscino* et *Zlozini*

damus liberum arbitrium locandi ius Theutonicum eo iure, quo omnes ciuitates et ville per districtum nostri dominii libere possidentur. Dantes ibidem auctoritatem plenariam iudicandi omnes causas paruas et magnas, utpote mutilaciones, exustiones, homicidia, furta, effusionem sanguinis, et alias omnes, que ibi possunt processu temporis exoriri, earundem causarum fructus integraliter percipiendo, ita, ut nemo nostrorum iudicum ad ipsam hereditatem in perpetuum respectum aliquem valeat optinere. Ut autem nostra donacio simulque confirmacio perpetuo inviolabilis perseueret, presentem paginam nostri sigilli munimine duximus confirmandam, presentibus hiis testibus: comite Boguslao castellano de Usce, comite Jacobo castellano de Rogozna, comite Borislao castellano de Zun, comite Troyano. Datum in Luckna anno gracie Domini MCCLXXXII, XVIII Kalendas Septembris per manus Thilonis notarii curie nostre.

Dok. oryg. perg. własność hr. Ed. Grabowskiego. Na sznurkach jedwabnych czerwonych wisi pieczęć Przemysława (pieczęć XV).

10. Anno 1288, d. 28 Julii, Reate.

Nicolaus episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis.. magistro et fratribus ordinis fratrum Predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. Inter cetera vobis et ordini vestro ab apostolica sede concessa expresse reperitur inhibitum, ne quis post professionem in ordine vestro factam ab ipso sine magistri vel sui prioris discedat licencia; discedentem vero absque cautione litterarum alterius ipsorum pretextu alicuius priuilegii apostolice sedis nullus audeat retinere. Quod si forte retinere presumpserit, vobis, magister vel singuli priores dumtaxat, licitum sit in ipsos discedentes fratres excommunicacionis sentenciam promulgare. Sed nonnulli ordinis vestri fratres post factam in ipso professionem ab eis, infirmitate mentita et aliis confectis mendaciis, ac per malignitatis astucias occasionibus variis adinventis et ambitionibus crescentibus in eisdem a superioribus suis interdum exeundi de ordine ipso licenciam postulant eamque optinent ab eisdem; interdum vero illicenciati exeunt de eodem ad alios ordines conuolantes, in quibus ad dignitates, prelaturas et officia assumuntur, non sine proprie salutis dispendio et derogacione non modica honestatis ordinis memorati. Nos itaque volentes huic morbo congrue medele remedium adhibere ac animarum obviare periculis et evagandi materiam amputare auctoritate apostolica statuimus et eciam ordinamus, ut fratres vestri ordinis, qui post

professionem ab eis in ordine ipso factam anno probacionis completo ad quoscunque ordines alios professionis cuiuslibet, petita vel non petita, optenta vel non, a superioribus suis licencia inmediate vel per alium seu alios ordines mediate transierunt iam, sive transierint in ordine vel in ordinibus, ad quem vel ad quos transitum habuerunt, aut eos in posterum habere contigerit vel eciam extra illos ad nullam omnino administracionem vel officium curam animarum habencia nec eciam ad aliquam dignitatem vel prelaturam seu personatum quoquomodo possint assumi absque apostolice Sedis speciali et expressa licencia per ipsius Sedis patentes litteras concedenda, facientes plenam, certam et determinatam de statuto et ordinacione huiusmodi mencionem. Nos enim nichilominus exnunc irritum et inane decernimus, si secus in hac parte fuerit atemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri statuti, ordinacionis et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Reate V Kalendas Augusti pontificatus nostri anno primo.

Poznań, archiwum monasterii fr. Predicatorum. Dok. oryg. perg., na niciach jedwab. żółtych i czerwonych przywieszona bulla z napisem: Nicolaus papa IIII. Bulla ta ogłoszoną została w nader rzadkiej publikacyi Ripoll'ego, Bullarium ordinis FF. Praedicatorum II, 20; cf. Potthast, Regesta Pontif. Rom. II p. 1837 Nr. 22759.

11. Anno 1293, d. 11 Septembris, Poznaniae.

In nomine domini amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris copiam presencium inspecturis, quod nos Johannes, miseracione diuina Poznaniensis episcopus, volentes bona et possesiones ecclesie nostre in melius reformare, terras ipsius ecclesie, videlicet *Zymnovo*, a detentoribus liberantes dedimus de consensu nostri capituli Woyczechoni dicto *Ocasanech* [1]), iuncto ipsius Voyczechonis *Domachovo*, theutonico iure locandas, ut dictus Voyczyech tam de nostris, quam eciam de ipsius *Domachovo* sex mansos et sex ortos pro se et suis liberis imperpetuum possidendos [haberet] et post obitum Voyczyechonis cum filiis suis: Johanne et Floriano ordinacionem diffinivimus sub hac forma: quod sicut ipse Voyczyech, ita et filii sui successores ipsam terram *Domachavo* iunxerint bonis nostris supradictis in ius Theuthonicum de voluntate et ratihabicione illustris domini nostri

[1]) Szkaszanyecz Cod.

Premisl, ducis regni Polonie, tali interposita condicione, quod si idem filii Voyczyechonis casu improsperitatis contingente terram suam *Domachovo* ammiterent, tunc in nostris bonis, nec sculteciam, nec aliquod ius habebunt. Promittimus eciam filiis dicti Voyczyechonis dicta bona sub potestatem alicuius laici nomine concessionis uel modo velle erogare, sed si decreuerimus ipsa bona alicui ex nostris confratribus concedere, filii prehabiti Voyczyechonis parenciam debitam eidem exhibere teneantur, tamquam nobis, nichilominus adicientes, si per compulsionem alicuius ardue necessatis aut grauedinem degencie predicta bona nostra *Zymnovo* vendere nos opporteret, prenominati vero filii Voyczyechonis bona sua *Domachowo* cum omnibus terris, metis circumquaque contiguis et adiacentibus semper ex integro omni sine impedimento possidebunt. Habebunt itaque idem sculteti et ipsorum successores tabernam liberam, macellum carnium, molendinum si fieri poterit, venaciones avium et leporum, sed de ipsa taberna solvant libram cere ecclesie ibidem pro candela quolibet anno. Et ut gaudeant filii sepedicti Voyczyechonis dicta bona voluntate, ipsis donamus plenum ius patronatus conferendi ecclesiam in *Domachovo*, nostro de consensu; nos eciam dictam ecclesiam ipsorum sine consensu conferre non valemus. Et durante libertate, solvent incole predicte ville loco et nomine decime duas marcas, evulsa vero libertate aduc trium annorum, soluent domino episcopo de quolibet manso fertonem argenti vsualis et maldratam annone triplicis grani, videlicet quatuor tritici, quatuor avene et quatuor siliginis in mensura debita atque vera et in crastino beati Martini ad curiam domini episcopi in *Dolszko* predictum censum tenebuntur presentare. Item incole ville predicte porcum in Natali Christi pro fertone, in Pascha domini latus lardi et quatuor scopulas per decem ova, in festo beati Petri vaccam pro dimidia marca et per duos pullos tenebuntur dare in quolibet anno. Si vero aliqua communis solucio, que ad nos spectare dinoscitur, super scultetos venerit, filii ipsius Voyczyechonis et eorum posteri de his mansis, quos pro se tenebunt, nihil de his nobis solvere tenebuntur et ab omnibus seruiciis nostris sint liberi et immunes. Sed cum communis indiccio vel mandatum ducis fuerit, incole dicte ville ipsis filiis Voyczyechonis, si currum ad dictum seruicium vel expedicionem ducis ducere indiguerint, duos kmethones et duas partes expensarum eisdem debent elargire. Et in tribus generalibus iudiciis, in quibus assessor ipsius sedebit, dicti incole eidem assessori duobus diebus iudicii duo prandia debent preparare, ipsi vero sculteti tercium presidente ipso assessore tercio iudicio prandium adaptabunt. Preterea damus filiis sepius memorati Voyczyechonis de maiori-

bus quatuor iudiciis videlicet de patentibus vulneribus, cremacionibus, homicidiis furtis, ubicunque in curia nostra aut alibi iudicata fuerint, de hiis terciam partem recipere tenebuntur, alia vero minora omnia ad nos minime spectare tenebuntur. Sed id ipsis concedimus eciam, si aliquibus querimoniis ab aliquibus occupati fuerint in dictis bonis, coram nobis aut nostro assessore in curia nostra in iure Polonico aut Theutonico, quod horum ipsis videbitur fore melius, respondebunt. Adicientes si dicti sculteti nobis in quoquomodo displicuerint, non ergo vendere debebunt, sed relictis bonis nostris, bonis suis in *Domachovo* libere et pacifice adherebunt, sed si vendere voluerint, bene possunt et valebunt. Ne vero super hiis in posterum dubitetur presentem litteram scribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari. Actum et datum Poznanie, tercio Idus Septembris, anno domini Millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, presentibus ibidem hiis: magistro Gregorio decano Poznaniensi, domino Thoma custode eiusdem ecclesie, magistro Fredrico, domino Gercone, et aliis canonicis eiusdem ecclesie fidedignis.

Poznań, Archiwum Consistorii episcopalis; Acta Episc. ex an. 1510—1516. Dokument ten w ścisłym jest związku z wydanym 20 Kwietnia 1290 r. przez Przemysława II-go przywilejem (Kod. Dypl. Wielk. Nr. 643), w którym dozwala książe na połączenie Domachowa «quantum ad ius Theutonicum» z posiadłością biskupią Ziemlinem; a tej między obu dyplomatami zachodzącej łączności, zawdzięczamy z jednej strony przeświadczenie, iż przywilej biskupa Jana jest autentycznym, a z drugiej możność poprawienia kilku pomyłek, które w dokumencie z roku 1293 z tego wkradły się powodu, iż tekst jego nie w oryginale się nam dochował, ale w kopii z XVI wieku.

12. Anno 1293, d. 11 Decembris, in Dłusco.

In nomine domini amen. Multis incomodis prudenter occurrimus, cum etatis nostre negocia litterarum ac testium munimine roboramus. Nos igitur Premisl secundus, dei gracia dux Polonie, notum facimus uniuersis tam presentibus, quam futuris presens scriptum inspecturis, quod utilitati nostrorum militum in dominio nostro commorancium salubriter intendentes, intuentes fidelia grataque obsequia Geruardi militis nostri damus, tradimus et conferimus sibi suisque successoribus ius Theutunicum in villa ipsius, *Cosschut* wlgariter nuncupata, absoluentes eam a *powoz*, ab omni *prewod*, a *strosa*, a *dan*, a porco, quod *naras* dicitur, a *poduorowe*, a *targoue*, *mostne*, a castrorum edificio seu poncium quorumlibet, a recepcione vel custodia, aut conductu casto-

rariorum, a recepcione venatorum et subvenatorum, quod *stan* vocatur, a custodia et solucione erodiorum, quod *socol* dicitur, a vacca et boue, quod *opole* wlgariter nominatur, a melle et *veueritz* (s), necnon ab omni exaccione siue colleccione, a uecturis et expedicionibus et ab omnibus iuribus in Polonia constitutis, quibuscunque censeantur nominibus. Iudiciorum nihilominus omnium, ut est de contencione, percussione, membrorum mutilacione sive eciam capitis perplexione dicto militi per suum iudicem exequenda tribuimus liberam facultatem. Nulli ergo castellanorum ius aliquod reseruantes citandi sive iudicandi, incole predicte hereditatis ipsius de meritis coram iudicio stabunt sui domni responsuri. Constituimus eciam propter unionis commodum, ut sepefata hereditas integraliter cum omnibus suis limitibus ad castellaniam Lendensem pertineat, saluis uniuersis eius iuribus superius exaratis. Et ne super hiis in posterum dubitetur, presentes conscribi iussimus et sigilli nostri munimine fecimus communiri, hiis testibus: comitibus Petrcone castellano Poznaniensi, Dirsicraio iudice Kalisiensi, domino Philippo archidiacono Gneznensi et domino Gerardo abbate de Landa et aliis quam pluribus fidedignis. Datum in Dlusco anno gracie domini M⁰CC⁰LXXXIII⁰(s) in die beati Damasi pape et confessoris Christi.

Kołoński kopijarz fol. 20⁰ Nr. 38. Dokument ten opatrzony jest w kopijarzu Kołońskim mylną datą roku, którą sprostować nie trudno, przyjrzawszy się bliżej wypisanym na dokumencie świadkom: Pierwszym autentycznym i niepodejrzaną datą opatrzonym dokumentem, na którym występuje Piotrek kasztelan Poznański, jest przywilej Przemysława II z 24 Października 1285 roku (Kod. Dypl. Wielk. I Nr. 569 p. 530); wprawdzie już w dokumentach z 14 Października 1283 roku (Nr. 529), 29 Czerwca 1285 roku (Nr. 557) i 17 Sierpnia 1285 roku (Nr. 559) wymienionym jest między świadkami «Petrco castellanus Poznaniensis», ale pierwszy z tych aktów, jak wskazują indykcyja (XIV) i świadkowie, należy do roku 1286 i wydanym został równocześnie z dokumentem Nr. 569; drugi również nie pierwej został wystawionym jak w roku 1286, skoro ukazuje się na nim jako sędzia Poznański Gniewomir, następca Piotrka, występującego w tym charakterze jeszcze 25 Maja 1286 roku (Nr. 564); trzeci nakoniec musi być z powodu zamieszczonych na nim indykcyi (XV) i świadków przeniesionym aż w roku 1287; — jako sędzia Kaliski znany nam jest Dzierżykraj dopiero od roku 1291 (Nr. 673); dygnitarz ten nie często zresztą pojawia się na dokumentach, bo jeszcze tylko 19 Kwietnia 1293 (Nr. 694) i 11 Sierpnia 1293 (Nr. 706), ale chociaż nie możemy na pewno twierdzić, że objął on nie wcześniej jak w roku 1291 sędstwo Kaliskie, to zawsze przypadła mu ta godność w udziale dopiero po dniu 23 Kwietnia 1288 (Nr. 618), kiedy urzęduje jeszcze jako sędzia Kaliski Berwold. — W ja-

kim czasie objął Filip archidyjakonat Gnieznieński, trudno a nawet daremnieby było badać, ale to pewna, że po raz pierwszy jako taki świadczy on na dokumencie arcybiskupa Jakóba z 26 Kwietnia 1285 roku (Nr. 554); bo że pod Nr. 522 umieszczony w Dyplomataryjuszu Wielkop. dokument arcybiskupa Jakóba do roku 1283 nie da wcisnąć, spostrzegł już sam wydawca (p. 589) proponując podany przez Damalewicza rok 1287, który jednak równie jest błędnym jak poprzedni; zestawienie w mowie będącego dokumentu z dwoma innymi również przez arcybiskupa Jakóba ale 25 i 26 Kwietnia 1293 roku (Nr. 696, 697) wystawionymi dyplomatami, przekona najdowodniej, że i rzekomo z roku 1283 pochodzący przywilej jest w istocie o całe 10 lat późniejszym; ponieważ zaś wykazaliśmy przed chwilą, że i drugi rzekomo z roku 1283 (Nr. 529) pochodzący dokument, na którym spotykamy Filipa w godności archidyjakona, należy do r. 1286, przeto i powyżej postawione twierdzenie, że dopiero 26 Kwietnia 1285 roku po raz pierwszy występuje Filip jako archidyjakon, zupełnej nabierze mocy. Opat Lądzki Gerard wspomniany jest po raz pierwszy na dokumencie Przemysława II z 15 Sierpnia 1288 roku (Nr. 629) i od tej dopiero chwili częstszym jest gościem na dyplomatach Wielkopolskich; o Gerwardzie nakoniec, właścicielu wsi Koszuty, dla którego przeznaczonym jest właśnie omawiany przez nas dokument, pierwszą znajdujemy wzmiankę, w wydanym przez tegoż Gerwarda dokumencie z 19 Maja 1296 roku (Nr. 747). — Biorąc na uwagę wszystkie podniesione przez nas względy, i bacząc, że zachodząca w dacie rozbieranego obecnie dokumentu pomyłka najłatwiej nastąpić mogła przez opuszczenie w wyrażonej liczbami dacie jednej rzymskiej dziesiątki; uwzględniając wydany 19 Kwietnia 1293 roku dokument Przemysława II, w którym między świadkami wymienieni są i Piotrek kasztelan Poznański, i Dzierżykraj, sędzia Kaliski, biorąc nareszcie w rachubę, że opatem Lądzkim jest Gerhard jeszcze 19 Maja 1296 roku (Nr. 746), Filip archidyjakonem jeszcze 6 Października 1296 r. (Nr. 753), Piotrek kasztelanem Poznańskim jeszcze 1 Stycznia 1297 roku (Nr. 759), że nakoniec występuje wprawdzie Dzierżykraj już 11 Sierpnia 1293 (Nr. 706) po raz ostatni jako sędzia Kaliski, ale że jego następca na tym urzędzie Bogusław znany nam jest jako taki dopiero z dokumentów z 6 Kwietnia i 12 Maja 1295 r. (Nr. 632, 733), to wszystko zestawiając, nie będziemy się chyba wzdragali z wszelką odnieść stanowczością, zapisany w Kopijarzu Kołońskim pod r. 1283 (Perlbach op. cit. p. 86 Nr. 16), dokument Przemysława II-go do jedynie dlań odpowiedniego 1293-go roku.

13. Anno 1294, d. 24 Octobris.

Honoralibus viris discretis . . magistris ac uniuersis . . officialibus parrochie sancti Christofori in Colonia Wilhelmus, abbas monasterii in *Obra*, ordinis Cisterciensis siti in Polonia, salutem

et omne bonum. Noueritis, quod nos cum Henrico monacho nostro, filio quondam Henrici dicti de Nederig et Gertrudis uxoris sue, ciuium Coloniensium, renunciauimus et renunciamus, effectucauimus et effectucamus pure, simpliciter et de plano super huiusmodi parte domus et aree et curie contigue sita super lata platea versus sanctum Gerconem ex opposito puteo iuxta vineam dominorum canonicorum sancti Andree in Colonia ante et retro, subtus et superius, prout ibi iacent ad ipsum Henricum de morte.. patris sui predicti devoluta, de iure ac super omni iure, quod nobis competere posset in eadem ad manus Thederici, dicti Sapientis, Gertrudis uxoris sue et Tilmanni cognati eorundem, ita quod iure et sine contradiccione optinebunt predictam hereditatem. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum in crastino beati Seuerini episcopi anno domini MCC LXXXX quarto.

Dok. oryg. perg. przechowany w biblijotece Katolickiego Gimnazyjum w Kolonii, pozbawiony pieczęci. Dokument ten ogłoszonym został przez Dr. Cardaunsa w «Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein» T. 38 p. 40.

14. Anno 1296, d. 10 Maii, Poznaniae.

In nomine domini salvatoris amen. Cunctorum perit memoria, nisi scripture presidio vel testium aminiculo fuerint insignita. Nos igitur Vlodzlauus, dei gracia dux Polonie, Pomeranie, Cuyauie, Lanchicie ac Syradie. Notum esse volumus tam presentibus, quam futuris et omnibus presentem paginam inspecturis, quod ob reuerenciam dei ac sancte matris ecclesie ac beate Marie virginis nec non patris reuerendi domini Jo[hannis] abbatis de *Lukna* tociusque conuentus fratrum ibidem domino deo die noctuque famulancium et pro remedio anime felicis recordacionis domini Primiszlonis, incliti regis Polonie, ac eciam nostrorum progenitorum facta salubria pio prosequentes affectu, donamus et offerimus prefatis fratribus nostram ecclesiam de *Zun* cum agris, pratis, aquis et cum omnibus utilitatibus et prouentibus ad ipsam pertinentibus [et] iure patronatus libere perpetuo obtinendam. Et ut hec nostra donacio sic legitime per nos facta, firmitatis perpetue robur obtineat, dedimus presentem paginam memoratis fratribus de *Lukna* nostri sigilli munimine roboratam. Datum in Poznania. Anno gracie M⁰CC⁰ nonagesimo sexto, in octaua Ascensionis domini. Cum hec fierent, hii testes presentes astiterunt: comes Ubizlauus pincerna Kalisiensis, comes Kelzch castellanus de Zbanzim, comes Albertus dictus Gansk,

dominus Thomas custos Ecclesie Poznaniensis, Dominicus notarius curie nostre, et alii quam plures fidedigni.

Dok. oryg. perg. dobrze zachowany, ale pozbawiony pieczęci znajduje się w Archiwum Kościelnem Zońskiem. — Dokument ten ogłosił Dr. Henryk Hockenbeck przy rozprawie zatytułowanej: Beiträge zur Gesch. des Klosters und der Stadt Wongrowitz, — Dritte Lieferung. p. 138.

15. Anno 1296, d. Junii, in Kalisz.

In nomine domini amen. Quoniam omnia, que aguntur in tempore, simul cum tempore dilabuntur, nisi virorum ac litterarum testimonio fuerint perhennata, nos igitur Jacobus, miseracione divina [et] apostolice Sedis prouidencia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, tam presentibus et futuris manifeste fatemur esse notum, quod in nostra villa ac hereditate, que vulgariter *Rzestarzewo* nuncupatur, rite et racionabiliter vendidimus sculteciam, cui adscripsimus laneos duos liberos pariter non separatos, in eadem hereditate sitos, probo viro et honesto Jasczoni dicto *Viszynk* et ipsius successoribus legitimis pro sedecim marcis puri argenti libere ab omnibus solucionibus et seruiciis et angariis, sed tamen more medio (s) aliorum scultetorum seruiet nobis, et hoc fecimus de consilio nostri capituli Gneznensis ecclesie. Dictus vero Jaszko cum sua legitima posteritate predictam nostram hereditatem locare debet iure theutonico secundum ius Novifori. Racione vero locacionis eiusdem ville nostre dictus Jaszko cum sua posteritate habere debet liberam tabernam, liberum macellum, cameram pannum, sartorum, sutorum et fabrorum et tercium denarium de omni re iudicata, campum specialiter in predictis duobus laneis cum prato, quod situm habet in riwlo *Vidava*, mellificia in borra, in sua hereditate piscatorem. Dicta vero hereditas habebit libertatem duodecim annorum, elapsa vero libertate kmethones in eadem hereditate commorantes, presentes et futuri, annuatim pro festo sancti Martini soluant nobis et successoribus nostris pro censu annuo unam marcam pecunie communiter currentis, duos choros avene, duos gallos, duos caseos, viginti ova et unum vas cervisie pro aduentu nostro. Item ipsi kmethones debent soluere et componere nobis per quatuor denarios de manso *Obiednego*, dictus vero aduocatus prandium pro quolibet colloquio nostro capitaneo ministrabit. Item taberne eiusdem ville, que sunt tres, per unum fertonem nobis soluent. Item pontalia in fluuio *Vidava*, que ex antiquis ecclesie nostre Gneznensis iuribus, priuilegiis et consuetudinibus in eadem

villa nostra exigi consueuerunt, illa pro nobis specialiter sunt reseruata; de quibus aduocatus nihil percipiet. Item kmethones eiusdem ville laborabunt in predio *Cluky* pratumque disponent. Item conducent, seu evecciones facient ad *Vislam* mense nostre viciniorem. Item decimam manipularem simul cum decima lini plebano eiusdem ville daturi erunt, ipseque Jaszko et nullus alius iudicia exercebit in villa predicta nostra, sic ut in villis aliis archiepiscopalibus fieri istud consueuit. Que omnia premissa sub rathihabicione venerabilis capituli nostri decernimus perpetui roboris esse, et in eorum testimonium atque munimen sigillum nostrum ac eiusdem capituli sunt presentibus subappensa. Actum et datum in Calych in crastino sancti Johannis baptiste sub anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto presentibus his testibus: Dominis [Wlostiborio] preposito Gneznensi, Nicolao dicto Cuspa, Petro supincerna Calischiensi, Nicolao de Vyazd, comite Nicolao, clerico curie nostre dicto Damat, presencium litterarum scriba.

Gniezno Arch. Capit. Metrop. Liber. priuileg. ex an. 1459. I p. 211. Autentyczność dokumentu tego jest wątpliwą, zwłaszcza z powodu zamieszczonej w nim wzmianki o arcybiskupim staroście (aduocatus prandium... capitaneo nostro ministrabit).

16. Anno 1298, in Kalis.

[In nomine domini] amen. Humani generis acciones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum noticia dilabuntur, que non scripturarum sev testium robore memoriter firmantur. Inde est, quod [nos Wladislaus, di]uina gracia dominus rengni maioris Polonie, Pomoranie, Cuyauie, Syradie ac Lancicie, coram omnibus presentibus et futuris protestamur ac publice profitemur, quod inspectis gratis fidelibusque seruiciis [que nobilis] comes Stoygnews, quondam castellanus de Ruda, in captacione nostre voluntatis ac multimodorum obsequiorum genere plus ceteris nostris fidelibus sepius exhibuit sine omni intervallo beniuole ac [constanter, pro s]ua hereditate, que *Brodna* nomine dicitur in wlgari, cum in futurum ab ipso obsequia percipere nos credimus ampliora, et quia predicta hereditas *Brodna* sibi a nobis fuerat condonata, prenominatam donacionem [nostram volen]tes in melius conmutare, sibi quandam hereditatem nostram sitam in discrictu Syradyensi, que *Nemogevo* polonico nomine appellatur, pro procedenti habito maturo consilio ac deliberacione satis [digna], conmutantes animo beniuolo conferimus ac donamus, renunciantes omni iuri ac eciam omnibus vtilitatibus ac

proventibus, qui nunc sunt, vel in futurum evenire poterunt in eadem, que ad nostrum vsum [pertinent], pro nobis ac quibuslibet nostris legitimis successoribus, qui nunc sunt, vel in futurum fuerint procreati; quam cum omnibus suis successoribus legitimis natis ac nascituris non diuisim, non ..... [sed plene] ac integraliter, provt se habet infra suas metas vel limites ac eciam ambitus vel circuitus ipsius, cum omni vsu, honere vel honore pacifice possidebit eternaliter et quiete. Et vt predictus [dominus Stoygnews] noster fidelis, cum pretacta hereditas quasi vendicionis titulo ad ipsum videatur transire, quia conmutacionis specie sibi a nobis [est tra]dita vel donata, amplioris elargicionis munere ac fauorabiliori [don]acione esse suffultam, sepe nominatam hereditatem ac quoslibet ipsius incolas ab omnibus angariis et perangariis polonicis ac s[ingulis contrib]ucionibus, que nunc sunt vel in posterum fuerint adinvenire, [quocunque] polonico nomine conseantur penitus liberamus et ad maioris noticie euidenciam nomina quarumlibet solucionum polonicarum singulariter facimus nominari, videlicet a *naraz*, a *stroza*, a *podworove* ..... ab vrna mellis provincialis, a falcone, a *stan*, a boue, a vacca, a perna, a latere, a curru feni, a capete siliginis, ab *opole*, et a castri citacione, ita quod nullus castellanus noster vel iudex qualiscunque [incolas] ville habeat iudicare, nec eciam ab ipsis per ministerialem citati coram ipsorum quolibet comparebunt, sed coram nobis tantum vel cui de nostro assensu duxerimus delegandum, et hoc tantummodo [nostro p]rovocati anulo vel sigillo; volumus eciam, vt prescriptus dominus Stoygnews noster fidelis omnem voluntatem ac potestatem venandi, vbicunque sibi in nostro dominio videbitur expedire, non [solum in minor]ibus feris, sed eciam maioribus habeat omnimode liberalem, ista tamen moderacione apposita vel adiuncta, quod cum in mane ad venandum iter assumpserit ad predictam hereditatem, ad faciendum [mansionem in] suo domicilio se debet recipere, omni occasione postergata; et hec omnia sibi suisque liberis natis ac nascituris, sev quibuslibet legitimis successoribus, quocunque eciam modo vel [condicione ac] vendicionis titulo ad ipsos transeat, prout a nobis in ipsum rite ac racionabiliter est translata nullo occupatoris medio subintrante, liberaliter confirmamus nunc et in futurum animo diligenti. [Ut autem hec] nostra ordinacio vel commutacio, cum sit laudabilis et honesta, et tam graciose nostre donacionis gracia ab omnibus penitus maneat inconwlsa, et ne quis ipsam ausv themerario ipsam in aliqua [parte val]eat viciare, presentes nostras nobis mandante conscriptas nostri inpressione sigilli facimus consigniri, presentibus hiis testibus: comite Sauissio pallatino Syradiensi; comite Swen-

topelkone [palatino Lanci]ciensi, domino Pelka cancellario Syradiensi, comite Woytech dicto Ganska, qui eidem conmutacioni interfuit, et eiusdem facti specialis exstitit ordinator. Acta sunt hec in Kalis ciuitate nostra [anno incarnac]ionis domini M°CC° nonagesimo VIII, presentibus multis viris ydoneis ac fidedignis. Datum ibidem per manus Petri notarii curie etc.

Dok. oryg. perg. mocno zniszczony pozbawiony pieczęci. Z lewej strony brakuje kawałka pergaminu na 6 centym. szerokości, wskutek czego we wszystkich wierszach tekstu niedostaje początkowych wyrazów. Dokument ten był własnością ś. p. Profesora J. Szujskiego, zawdzięczamy go uprzejmości syna nieodżałowanej pamięci naszego historyka, p. W. Szujskiego. — Dokument ten, na którym nie ma oznaczonej daty dnia, wystawionym został najprawdopodobniej w Lipcu lub Sierpniu, bo właśnie na wydanych w miesiącach tych dokumentach używa Władysław Łokietek tytułu «dominus regni Polonie» (K. D. W. II Nr. 790, 792, 793), gdy przeciwnie tytułuje się najczęściej «dux regni Polonie»; a tylko jeszcze na dokumentach z 22 Lutego 1297 (Nr. 761) i 13 Stycznia 1298 (Nr. 769) wypisuje się jako «dominus etc.»

17. Anno 1298, d. 25 Octobris, Gneznae.

In nomine domini amen. Quoniam laudabilia facta mortalium sepius a memoria dilabuntur, si testimonio scripturarum non fuerint perhennata, nos Jacobus, miseracione diuina sancte ecclesie Gneznensis archiepiscopus, tenore presencium notum facimus uniuersis presencium noticiam habituris, quod Lagus, homini ecclesie nostre, hereditatem nostram *Liskovo* dictam, sitam in terra Calissiensi, iure novo, quod est et seruatur in *Srzoda* Slezie, vel unde ius illud processit, dedimus ad locandum, dantes sibi et suis legitimis successoribus nomine scultecie quatuor mansos liberos, tabernam liberam et tercium denarium iuramenti et cuiuslibet iudicati iure hereditario imperpetuum possidenda. Damus insuper colonis ibidem de terra penitus inculta octo annis a solucione decime libertatem, qua durante duas marcas argenti annis singulis nomine decime nobis soluent, elapsa vero libertate predicta coloni de quolibet manso modium tritici, modium siliginis et modium avene ac fertonem argenti iuxta ius predictum nobis in viciniori nostra domo annuatim solvere tenebuntur, de ortis vero, sicut ius dicti novi fori requirit; et dum *Liskovo* intrabimus ad stacionem nostram nos nostrosque currus educent. Et quoniam iura dicte ciuitatis *Srzoda* nobis sunt incognita, sive sint dominorum terre, ut puta ducum, sive sint dominorum villarum

nobis salua et integra protestamur. In cuius rei testimonium presentes fieri facimus et sigillorum nostri et capituli nostri munimine roborari. Actum et datum in Gnezna anno domini MCCXC octauo, octauo Calendas Novembris presentibus viris honorabilibus dominis: Wlostiborio preposito, Nicolao decano, Allexandro custode Gneznensibus, Gregorio Vngaro, Johanne tesaurario nostro, Nicolao pincerna, Cunone succamerario nostro, et aliis quam pluribus nostre curie capellanis. Per manus Andree Cracoviensis notarii curie nostre et canonici Unieouiensis.

Gniezno, Arch. Capit. Metrop. Liber. priv. ex an. z459 II p. 83⁰.

18. Anno 1299, d. 15—20 Junii, in Kalisz.

Notum sit uniuersis presentibus et futuris, quod nos Wladislaus, dei gracia dux regni Polonie, Pomeranie, Cuyauie, Lancicie ac Siradie, presentibus protestamur labores nobis per fratres domus Lendensis ordinis Cisterciensis exhibitos in allodiis nostris, videlicet arando agros nostros, non de iure ab ipsis repetiuimus, sed ob amorem nostre peticionis hoc fecerunt, et in futurum ipsos ad talia de iure nolumus obligari, quare presentem literam ipsis dedimus nostro sigillo sigillatam. Datum et actum in Kalis infra octauas sancte trinitatis anno domini M⁰CC⁰ nonagesimo nono.

Kołoński Kopijarz fol. 28ᵇ Nr. 59. (Perlbach op. cit. p. 88 Nr. 26).

19. Anno 1299, d. 25 Junii, Gneznae.

In nomine domini amen. Omnia, que testibus et litteris roborantur, eternali memorie commendantur. Inde est, quod nos Wladislaus, dei gracia dux regni Polonie, Pomeranie, Cuyauie, Lancicie ac Syradye, omnibus presentibus et futuris tenore presencium declaramus, quod orta causa inter abbatem et conuentum domus Lendensis, ordinis Cisterciensis, ex una parte, et Stanislaum subvenatorem Lendensem, ex alia, super eo, quod idem Stanislaus se quedam iura in villis eorundem fratrum racione sui officii dicebat habere, qua causa coram nobis et nostris baronibus diuersimode agitata tandem per adiudicacionem et sentenciam comitis Sandiuoii iu-

dicis Gneznensis prenominatus comes Stanislaus remotus fuit ab impeticione, quam faciebat contra predictos fratres. Nos vero respicientes veritatem cause et inuenimus predictos fratres et eorum hereditates ad exhibenda alique iura subvenatoribus non teneri, ipsos et omnia ipsorum bona ab impeticione eiusdem Stanislai et omnium subuenatorum, qui ei in futuro successerint, iurisdicione absoluimus in eternum. In cuius rei evidenciam presens priuilegium ipsis dedimus nostro sigillo sigillatum. Acta sunt hec in Gnezna presentibus hiis testibus: comite Nicolao Jancovicz palatino, comite Roscone venatore Kalisiensibus, Sandiuoio iudice Gneznensi, Jancone procuratore Poznaniensi et aliis quam pluribus fidedignis. Datum ibidem in Gnezdna in crastino beati Johannis baptiste per manus Dominici notarii nostre curie sub anno gracie domini M⁰CC⁰ nonagesimo nono.

Koloński Kopijarz fol. 22⁰ Nr. 45, (Perlbach op. cit. p. 88 Nr. 27). Pewną wątpliwość budzi występujący na niniejszym dokumencie Sędziwoj sędzia Gnieznieński, ponieważ w tym samym charakterze funkcyjonuje równocześnie Bogusław (cf. dokument Łokietka z 25 Kwietnia 1298, Kod. Dypl. Wielk. II Nr. 783 i dyplomat Fryderyka «camerarii Regni Poloniae» z roku 1302 ibid. Nr. 857). Zdaje mi się jednak, że zaznaczoną trudność można usunąć uwzględniając dokument Łokietka z 10 Września 1299 roku (Nr. 825), w którym wprawdzie mowa jest o wykonywaniu przez Bogusława czynności sądowych w Gnieźnie, ale sam Bogusław nazwanym jest nie: «iudex Gneznensis», ale «iudex terre Polonie». W obec tej wskazówki uzasadnionem mi się wydaje przypuszczenie, że Łokietek zaprowadził w hierarchii urzędniczej w Wielkopolsce w połowie roku 1299 zmianę o tyle, iż Sędziwoja podkomorzego Kaliskiego, występującego w tym charakterze po raz ostatni 16 Stycznia 1299 roku (Nr. 805) — [następca Sędziwoja w podkomorstwie Kaliskiem, niejaki Syczsco pojawia się po raz pierwszy i jedyny na dokumencie Władysława z 15 Czerwca 1299 roku (Nr. 811)] — mianował książe w miejsce Bogusława sędzią Gnieźnieńskim, posuwając tegoż na stworzoną umyślnie dla niego godność sędziego «terre Polonie»; — [zwracamy dodatkowo uwagę, że ogłoszony pod d. 29 Listopada 1299 r. w Dyplomataryjuszu Wielkop. (Nr. 826) dokument Władysława Łokietka, na którym między świadkami występuje zgoła zresztą nieznany Bogusław sędzia Poznański, jest falsyfikatem, jak tego dowodzą najniezręczniej dobrani w nim świadkowie np. Marcin, wojewoda Kaliski urzędujący dopiero od roku 1311 (ibid. Nr. 946), lub kasztelan Poznański Przetpełk znany jako taki dopiero od roku 1314 (ibid. Nr. 965), lub występujący po raz ostatni już w roku 1295, Albert podkomorzy Poznański (Nr. 2060, 2061), albo wojewoda Poznański Mikołaj, wspomniany jako taki dopiero 15 Maja 1334 roku (Nr. 1129), albo nareszcie kanclerz książęcy Filip, będący nim w istocie dopiero od roku 1314 (Nr. 971), — w obu dyplomatach Przemysława z 19 Października 1295 roku (Nr. 2060,

2061), nie jest również «Boguslaus iudex» sędzią Poznańskim lecz Gnieznieńskim, bo przecież odprawiają się w dniu św. Bartłomieja sądy, w których bierze udział ów Bogusław nie w Poznaniu, ale w Gnieznie]; — gdy wśród zmienionych stosunków posunął się Sędziwój na województwo Poznańskie (Nr. 857) opróżniając tem samem sęstwo Gnieznieńskie, powrócił Bogusław na zajmowaną dawniej godność, a chwilowy urząd «iudicis terre Polonie» obsadzonym nie został.

VI.

DOKUMENTY MAŁOPOLSKIE I ŚLĄSKIE.

Wypadek zrządził, że kilka dyplomatów Małopolskich dostało się do rąk moich, kiedy już druk II i III Tomu Kodeksu Dyplomatycznego Małopolski był na ukończeniu. Z tego powodu ogłaszam je obecnie wraz z kilkoma innymi dokumentami, z których 3 pochodzi z Archiwum Cesarskiego we Wiedniu. Z tych szczególniejszą posiada doniosłość bulla Aleksandra IV z 23 Grudnia 1257 roku, 2 inne o tyle również nie są dla dziejów Polski w ogólności, a Śląskiej dzielnicy w szczególności obojętnymi, że wystawcą ich jest arcybiskup Salzburgski Władysław, najmłodszy z synów Henryka II i Anny, a miejscem wystawienia Wrocław, dokąd częste odbywał Władysław podróże, jako opiekun małoletniego swego synowca Henryka IV. W Archiwum Wiedeńskiem, dokąd zwieziono w początku bieżącego stulecia archiwa wszystkich niemal kapituł austryjackich, znajdują się w wielkim komplecie i dokumenty dotyczące arcybiskupstwa Salzburskiego. Cały zasób, do dziejów Władysława (1265—1270) odnoszących się a niedrukowanych dotychczas, aktów wynosi około 40 sztuk, ale z nich jedynie te, które obecnie ogłaszamy, mogą sobie rościć pretensyję do pojawienia się w publikacyi dokumentów polskich, inne nazbyt specyjalnie dotyczą spraw arcybiskupstwa, aby z niemi polską publiczność inaczej zaznajamiać, jak zużytkowując je w rozprawie o stanowisku i działalności politycznej tego, na arcybiskupiej stolicy zasiadającego, Piasta.

Na szczególniejszą uwagę zasługuje dokument Andrzeja Ciołka z Zelechowa, jedyny o ile mi wiadomo, w swoim rodzaju, a tem ciekawszy, że stosunkowo tak wczesny. Dostarczył go, obok bulli Innocentego IV dla Bożogrobców Miechowskich, bogaty zbiór dokumentów średniowiecznych pana Stanisława Rusieckiego, wyzyskany już kilkakrotnie dla naukowych wydawnictw, a w ostatnich czasach przez Pułkownika Zakrzewskiego i przezemnie. Z ostatnich dwóch pomieszczonych przez nas w tej grupie dokumentów odnalezionym został jeden pomiędzy papierami ś. p. Profesora Józefa Szujskiego, drugi zaś znanym już był z Wzorów Pism dawnych Senatora Stronczyńskiego.

Wracając jeszcze do dokumentów Śląskich, to zamilczeć nie mogę, że z łatwością dałoby się ogłosić dość znaczną ilość niedrukowanych dotąd, ciekawych i stosunkowo dawnych, bo w znacznej części XIII-go wieku sięgających dyplomatów. Ja sam posiadam ich kilkadziesiąt w wiernych, bądź przezemnie, bądź przez urzędników Archiwum Wrocławskiego uskutecznionych odpisach. Z ogłoszeniem ich jednak wstrzymuję się głównie dla tego, że Regesta Profesora Grünhagena zaznajamiają choć w streszczeniu z niemi badacza, a nadto w razie, gdyby zamierzał kto wydać Kodeks Dyplomatyczny Śląski uzupełniający dotychczas ogłoszone w tym kierunku dzieła, tenby musiał w porozumieniu z uczonymi Śląskimi i z zarządami tamtejszych archiwów, pracy tej dokonać z możliwie wielką troskliwością, aby w łatwych i dla naukowych badań wygodnych warunkach nie występować z rzeczą niezupełną i dorywczy mającą charakter. Zresztą nie należy spuszczać z uwagi, że miejscowe Towarzystwo historyczne w miarę możności i funduszów, coraz to nowe partyje dokumentów w starannem opracowaniu uczonym do użytku oddaje, wskutek czego liczba niewydawanych jeszcze dyplomatów coraz to bardziej maleje.

TEKSTY.

1. Anno 1238, d. 23 Aprilis.

In nomine domini amen. Nos Conradus, dei gracia dux Cracouie et Mazouie, notum esse uolumus vniuersis presen-

tibus et futuris, quod nos donacionem illustris principis fratris nostri bone memorie Lestconis, quondam Cracouie ducis, factam monasterio nostro *Suliov* de villa nostrorum progenitorum, *Lanchino* wlgariter dicta, ratam, iustam et firmam habentes, quia eadem villa ducalis ab inicio fuit, eamdem dicto monasterio perpetuo confirmamus et sigilli nostri munimine communimus. Decernentes predictam villam eisdem libertatibus perpetuo gaudere, quas forum de *Suliov* hactenus a nostris progenitoribus et a nobis noscitur habuisse. Ita, quod conductum nullum ducat, nec ab aliquo recipiat, nec alicui seruituti perpetuo subiaceat, quocunque vocabulo seruitus nunc, aut in futurum censeatur. Sed ab omni iugo tributarie seruitutis eam penitus absolutam esse volumus et inmunem, nec coram aliquo iudice citabuntur incole dicte ville, nisi solummodo coram nobis cum littera nostro sigillo sigillata. Causas autem ciuiles, siue criminales que in dicta villa contigerint et capita, abbas dicti monasterii, siue iudex eius, libere iudicabit, soluciones penales recepturus. Acta sunt hec anno domini M⁰CCC⁰XXX⁰ octauo, in die beati Adalberti Martiris, presentibus duobus filiis nostris: Kazimiro, Semouito, Volimiro cancellario, Dobeslao iudice, Vitto subiudice et aliis quam plurimis nobilibus, qui huic nostre confirmacioni interfuerunt.

Zbiory Gabinetu Archeologicznego przy Uniw. Jagiell. Nr. 3926. Dok. oryg. perg. z pieczęcią książęcą zawieszoną na sznurkach różowych jedwabnych. Pieczęć konna Konrada mocno zniszczona. Był ten dokument znanym dotychczas tylko z miedziorytu, wykonanego przez Kielesińskiego (Vossberg, Siegel d. Mittelalters Tabl. 2), i z tego powodu ma on nawet swoję historyę. Niejeden bowiem badacz wiedząc na pewno o jego istnieniu, znając dokładnie przymocowaną doń pieczęć i umieszczone na odwrotnej jego stronie, a na miedziorycie uwydatnione napisy (Confirmacio Conradi ducis Donationis Lesconis ville Łęczno, 1238, Nr. 28), czynił usilne poszukiwania w rozmaitych biblijotekach w Królestwie Polskiem i Poznańskiem, w celu odszukania zatraconego, a jak się domyślać było można, ważnego i ciekawego dokumentu. I ja również przeszukiwałem wszystkie ważniejsze archiwa i zbiory, i niejednokrotnie ustnych i listownych zasięgałem informacyi, by nareszcie dotrzeć do zagadkowego przywileju Konrada. Jednakże wszystkie starania były daremne. Zdołałem odszukać w Warszawie niezmiernej doniosłości dokument Grzymisławy z roku 1228, który na tej samej tablicy, co dokument Konrada, został przez Kielesińskiego odrytowany (Dokument ten wszedł w skład II go tomu Kod. Dypl. Małopol.), ale właśnie dlatego, że w tym samym zbiorze brakowało dokumentu Konrada, miałem go za niechybnie stracony. Przypadkowo tylko odszukałem nareszcie zgubę tam, gdzie by jej się nikt nie był spodziewał, bo w niebogatym wcale w dokumenty z XIII wieku Krakowskim Gabinecie Archeologicznym.

Przywilej z r. 1238 dostał się na własność barona Rastawieckiego, i wraz z innymi do tegoż zbieracza należącymi przedmiotami, stanowi obecnie część składową zbiorów Gabinetu Archeologicznego. Zwracam przy tej sposobności uwagę, na liczne tamże przez Rektora Łepkowskiego zgromadzone dokumenty, zwłaszcza z XIV i XV wieku, które dotychczas nie zostały jeszcze w całości wyzyskane. Tak np. znajduje się w Gab. Archeol. w dobrze zachowanym oryginale dokument komesa Bronisza dla Cystersów w Paradyżu, który to przywilej ogłoszonym został w Kod. Dypl. Wielkopolski jedynie z kopii. a przez nas dopiero na podstawie oryginału; przechowuje się tam dalej nader ciekawy przywilej Bolesława Wstydliwego z roku 1260, który w ostatnich dopiero czasach ogłosił Dr. Piekosiński w II gim tomie Kod. Dypl. Małop. (p. 113 Nr. CCCCLIX); XIV zaś wiek i XV-ty znaczniej liczniej są w zbiorze tym reprezentowane.

2. Anno 1248, d. 9 Septembris, in Lugduni.

Innocentius, episcopus seruus seruorum dei, venerabili fratri.. Archiepiscopo Gneznensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis.. prepositus et fratres de mechouia Dominici Sepulcri, quod nobilis uir Rodeceslaus, dominus de *Santia*, et quidam alii laici Cracouiensis ciuitatis et diocesis indebitis exactionibus aggrauantes super villa de *Cresclauic* possessionibus et rebus aliis in elemosinam sibi collatis iniuriantur eisdem. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens, quod decreueris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Prouiso, ne in terram dicti nobilis excomunicationis uel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Lugduni V Idus Septembris Pontificatus nostri Anno sexto.

Zbiory p. St. Rusieckiego w Warszawie. Dok. oryg. perg. pozbawiony bulli papieskiej. Nie ulega wątpliwości, że należy niniejszą bullę przypisać Innocentemu IV nie zaś trzeciemu. W braku ołowianej pieczęci, na której wypisaną była porządkowa liczba papieża, posłuży nam jako kryteryjum miejsce wygotowania bulli. Przypisując ją bowiem Innocentemu III, musielibyśmy podaną w niej datę rozwiązać na dzień 9 Września 1203, lecz jak dowodzi itineraryjusz Innocentego III, bawił ten papież w roku 1203 od 14 Maja do 15 Września bez przerwy w «Ferentinum» (Potthast Regesta Pontificum Rom. I p. 166—174 Nr. 1900—1999), gdy przeciwnie przebywał Innocenty IV przez

znaczną część swego pontyfikatu w Lugdunie, a 9 Września 1248 roku oprócz do Polski wysłał jeszcze z Lugdunu dwie bulle, do Francyi i południowych Włoch (Potthast Reg. II p. 1095, Nr. 13018, 13019).

3. Anno 1257, d. 23 Decembris, Laterani.

Alexander episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus .. Olomucensi et .. Lubucensi episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum Wlodislavi prepositi ecclesie Wisegracensis, capellani nostri, et nobilium virorum Henrici et Conradi, ducum Zle[sie], fuit prepositum coram nobis, quod inclite memorie .. duce Zlesie patre suo viam universis carnis ingresso nonnulli principes Polonie castra, villas, terras, possessiones et res alias ad eos communiter pertinentia per violentiam occupantes ea detinent in ipsorum preiudicium et grauamen, propter quod dicti prepositus et nobiles nobis humiliter supplicarunt, ut cum tam ipsi, quam dicti principes sedi apostolice immediate subesse noscantur, eis super premissis faceremus exhiberi iustitie complementum. Quia vero nobis non constitit de premissis, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota debito fine decidatis, facientes, quod decreueritis, per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere, non obstantibus aliquibus renunciationibus ab eis vel eorum aliquibus infra eattem legitimam constitutis et sine legitimo defensore factis et litteris super hoc ab eis sub quauis verborum forma concessis. Datum Laterani X Kal. Januarii pontificatus anno tertio.

Dok. oryg. perg. przechowany w «Haus- Hof- und Staats-Archiv» we Wiedniu.

4. Anno 1268, d. 18 Februarii, Wratizlaviae.

Wlodizlaus, dei gratia sancte Salcburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, universis presentem litteram inspecturis salutem in domino sempiternam Quia mangnis et arduis intricati negociis visitacionis officio, ut tenemur, intendere non valemus, de maturo et diligenti consilio bonorum et

peritorum venerabili domino fratri Herbordo Laventino electo visitacionis officium nostre dyocesis de religiosis ordinum sanctorum Benedicti et Augustini duximus committendum. Quare cum gracia visitandi ad *Steuntz* accessisset, dominus Chuonradus, tunc temporis ibidem prepositus, proprios defectus recognoscens preposituram et dignitatem prepositure dicti loci in manus iam dicti domini venerabilis fratris Herbordi Laventini electi libere resingnauit, qui diligenti habita deliberacione et consideracione dominum Wlricum in prepositum elegit et de meritis persone congnoscens confirmauit dicto loco, cuius eleccionem et confirmacionem vere canonicam et rite factam duximus presentibus confirmandam tam spiritualium, quam temporalium sibi plenam et perfectam committentes aministracionem et dispensacionem in dicto loco. Volentes scire universos tam presentes, quam futuros, quod nichil iuris habet ecclesia Secowiensis in ecclesia sancte Katherine in *Steuntz*, sed ipsa ecclesia, cum habuerit fratrum conventum libere, si necesse fuerit, undecunque eligere prepositum, dominum et pastorem, quam eciam ecclesiam in *Steuntz*, prepositum et canonicos ibidem commorantes in nostram recpimus specialem graciam, favorem et defensionem, volentes eos et eorum ecclesia iura omni, quo possumus, modo fideliter defensare et invasores et molestatores quocunque auxilio poterimus et robore eorum contumaciam et insolenciam reprimere bona fide et dicti loci proviccioni intendere omni tempore sincero studio et affectu. Datum apud Wraticlaviam anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo VIII in dominica „Esto michi in deum protectorem".

Dok. oryg. perg. przechowany w «Haus- Hof- und Staats-Archiv» we Wiedniu, z pieczęcią, na której w otoku znajduje się napis: «[S.] Wlodislai dei gracia ecclesie Salseburgensis archiepiscopi, apostolice sedis Legati».

5. Anno 1269, d. 25 Januarii, Wratislaviae.

In nomine domini amen. Nos Wlodizlaus, dei gratia sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus, presenti scripto innotescimus universis, quod Gotschalci vicedomini nostri de Salzburga meritis et eciam precum instancia inclinati omnia et singula bona, que idem iuste et racionabiliter consecutus est et quiete similiter a nobis et ab ecclesia nostra possidet iure feudi, dominabus: Diemudi matri, Agneti uxori et Gerdrudi filie eiusdem Gotschalci contulimus presencium testimonio utenda et, quoad vixerint, feudaliter possidenda, secundum quod ipse deliberato animo proporcionem inter easdem dominas duxerit de bo-

nis et feudis huiusmodi distinguendam, ita tamen, quod prefatus Gotschalcus ex hoc non debeat impediri, quin, quamdiu superstes fuerit in hac vita ad opus et necessitates proprias licite convertere valeat, presenti privilegio non obstante, ad libitum ipsa bona, dummodo nullus alienacionis modus de illis in nostrum et ecclesie Salzburgensis preiudicium intentetur. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum in Wratislavia anno domini millesimo ducentesimo LXIX, indictione XII, VIII Kal. Februarii.

Dok. oryg. perg. przechowany w «Haus- Hof- und Staats-Archiv» we Wiedniu, z dość dobrze zachowaną pieczęcią przymocowaną na skrawkach pergaminowych.

6. Anno 1328, d. 17 Junii, in Obornyky.

Ego Andreas Czolek de *Zelechow* subcamerarius Sandomiriensis, promitto per presentes, quod de tenuta Sandomiriensi, cui me Serenissimus princeps dominus Wladislaus, dei gracia Rex Polonie etc., in capitaneo prefecit, omnes pecuniales census, quos in villis, ciuitate Sandomiriensi et opidis ad castrum pertinentibus colligam, pro muris et aliis edificiis et laboribus prefati castri Sandomiriensis exponam et conuertam, de aliis autem omnibus obuencionibus dicte Tenute prefato domino Regi solitas staciones ministrabo, harum quibus sigillum meum est appensum testimonio litterarum. Datum in Obornyky feria sexta proxima post festum sanctorum Viti et Modesti martirum anno domini MCCCXXVIII⁰.

Zbiory p. St. Rusieckiego w Warszawie. Dok. oryg. perg. pozbawiony pieczęci.

7. Anno 1380, d. 12 Augusti, in «Lipche Zoliensi».

Nos Lodouicus, dei gracia Rex Hungarie, Polonie, Dalmacie etc., vobis vniuersis capitaneis, palatinis, woyuodis, castellanis, iudicibus, subiudicibus et aliis quibuspiam iudicibus et iusticiariis regni nostri Polonie predicti, ecclesiasticis et secularibus, firmis regiis mandamus sub preceptis, quatenus honorabilem virum dominum Dubrogozium doctorem decretorum et decanum Cracouiensem, necnon Nemerze Johannem, Abraham et Abram heredes de Noua Curia pretextu castri nostri *Belathon* vocatis(s) et suis villis siue pertinenciis, necnon ville *Lubuznya* nuncupate,

similiter cum suis attinenciis quibuslibet nullatenus iudicare presumpmatis; quod si qui aliquod ius in eisdem se habere sperant, eosdem in conspectum nostre maiestatis transmitatis prosequendos, quibus nos iusticie complementum exhibere faciemus dictancte iuris equitate. Aliud igitur facere non ausuri in premissis, dicte gracie nostre sub optentu. Datum in Lipche Zoliensi, die Dominico proximo post festum beati Laurencii martiris. Anno domini M⁰CCC⁰ octuagesimo.

Dok. oryg. perg. przechowany w archiwum głównem Król. Polskiego, pieczęć oderwana. Stronczyński: Wzory, Nr. 38, str. 42. Autentyczność mandatu króla Ludwika żadnemu nie może ulegać podejrzeniu, ale okoliczność, iż koncypujący go notaryjusz był narodowości węgierskiej spowodowała tak znaczne przekręcenie nazw kilku miejscowości i osób, iż ich obecnie bliżej niepodobna oznaczyć. W jednym tylko «Dubrogozius» nietrudno odgadnąć Dobrogosta, dziekana kapituły Krakowskiej, który godność tę objął 1 Października 1375 roku (cf. dokument biskupa Krakowskiego Floryjana z tegoż dnia i roku. Kod. Dypl. Katedry Krak. II Nr. CCXCIII p. 59; — na przywileju biskupa Floryjana z 27 Września 1375, ibid. p. 58 występuje Dobrogost jeszcze jako proboszcz kapituły Krakow.), i zachował ją co najmniej do 30 Września 1383 (ibid. Nr. CCCXXI p. 99).

8. Anno 1386, d. 26 Maii, in Sanok.

Nos Zegotha palatinus Sanocensis, Johannes iudex, Jesko Lambansky, Nicolaus Scalka, Flotko de Pischeriwecz, Nayn woywoda Walachorum, Jurko frater iudicis, terrigene et assessores iudicio generali deputati, memorie conmendamus vniuersis, quibus presens expedit, quot Cliths Kozarowicz et Petrus fratres vterini heredes in *Synnycza* coram nobis iudicio in banito constituerunt binas litteras priuilegiis (s) videlicet litteras domini Kazymyri regis Polonie et litteras domini Ladislay ducis Oppolinensis, ita, quot dicti fratres Clichs et Petrus obtinuerunt hereditates siue bona ipsorum secundum dicta prescriptorum priuilegiorum ipsis suisque heredibus et legitimis successoribus contra Jacobum sacerdotem de *Synnycza* et contra Andream sacerdotem de *Buchur* tali condicione, quod nullus sacerdos in bonis prescriptis permanere valeat, nisi quicumque illis placuerit, illum in sacerdotem in bonis suis eligere et constituere debeant. In cuius rei testimonium presentem litteram presentibus nostris sigillis iussimus assignari. Datum et actum Sanok sabbato ante Dominicam Vocem Jo-

cunditatis sub anno domini M⁰CCCLXXX⁰VI⁰ presentibus plurimis fidedignis.

Zbiory Biblioteki Jagiell. Dok. oryg. perg. opatrzony pieczęciami sygnetowemi, zawieszonemi na skrawkach perg. 1) pieczęć przedstawia herb Starykoń, napis † S. Segote palatini San. 2) pieczęć przedstawia herb Topór, napis nieczytelny, 3) pieczęć przedstawia znak podobny do infuły, napisu w otoku nie było.

WYKAZY.

I. WYKAZ CHRONOLOGICZNY

zawartych w niniejszem wydawnictwie dokumentów.

I. 1174, die 30 m. Aprilis, in castro Lendensi.
Mesico, dux Polonie, fundato a se monasterio ordinis Cisterciensis in Lenda beneficium ad magnum sal in *Krakouia*, quod *croua* vocatur, unde singulis septimanis veniunt 8 scoti, iure hereditario possidendum liberaliter confert. (littera spuria) . . . p. 111 Nr. 1

II. 1185, sine d. et l.
Ziro, divina misericordia Mazouiae palatinus, bona, quae a parentibus et auis suis ecclesiae s. Mariae in suburbio Plocensi collata sunt, pro maiori cautela cartae inscribit, ecclesiamque predictam, quo ad spiritualia, ecclesiae Hallensi committit. . . . . p. 287 Nr. 1

III. 1206, sine d. et l.
Getco, episcopus Mazouiae, protestatur se in ecclesia fundata et dotata per secundam uxorem ipsius ataui, Dobechnam, dominari non ut heredem sed ut episcopum, quia Dobechna, quae in nullo erat sibi Getconi cognata, universum ius in Episcopum et maiorem ecclesiam Plocensem contulisset. . . p. 150 Nr. 1

IV. 1207, sine d. in Capitulo Plocensi.
Johannes, magister ecclesiae Plocensis, de consensu ducis Conradi et Episcopi Plocensis Gethkonis cum Geruoldo, filio Geruoldi, quoddam pactum super edificacione molendini in *Bresnic* init . . . . . p. 151 Nr. 2

V. [1212]? sine d. et l.
Conradus, dux Mazouie et Cuiauie, ut

in basilica fundata in Strelna super candelabrum luminis non sit defectus, forum ibidem die convenienti semel in ebdomada perhenniter habendum de consensu episcopi Cuiauiensis Ogerii instituit . . . . . p. 116 Nr. 1

VI. 1215, sine d. in Wlodizlaw.

Mengoz, prepositus de Chirmesna et Gunterus decanus de Plozc iudices delegati a sinodo habita in Woybor, adiudicant ecclesiae Strelnensi certas decimas, quas Barto episcopus Cuiauiensis minus iuste repetebat, protestanturque partes litigantes fecisse amicabilem compositionem ratione uillae de *Otlucin*, molendini de *Quecissov* et decimae de *Loiov* . . . . . p. 117 Nr. 2

VII. 1215, die 25 m. Octobris, in Gambyn.

Conradus, dux Mazouiae et Cuyauiae, ad instanciam abbatis de Lubin et prepositi de *Gezow*, disponit, ut predicta villa *Gezow* cum spectantibus ad eandem villam liberis atque ascripticiis incolis per palatinos et alios officiales ducales non iudicetur, sed tantum ut coram ipso duce incolae iidem respondeant . . . . . p. 288 Nr. 2

VIII. 1216, sine d. et l.

Mengoz prepositus de Chirmensna significat se de consensu omnium fratrum suorum conuentus Chirmensis vendidisse uillam *Mlodeiouo*, ecclesie Chirmensis propriam, conuentui Strelnensi hereditario iure in perpetuum possidendam . . . . . p. 118 Nr. 3

IX. [1216—1217?], sine d. et l.

Cunradus, dux Cuiaviae, filius ducis Kazimiri confirmat domo et ecclesiae beatae Mariae in Strelna possessionem villae *Vangricici*, quam contulerat monasterio Strelnensi Boleslaus, dux Cuiauiensis, filius ducis Meschonis magni . . . . . p. 118 Nr. 4

X. 1219, sine d. et l.

Conradus dux Mazouiae, ea, quae Guntherus decanus Plocensis super possessione villarum *Gori*, *Zuchodol*, et *Brodino* per comitem Cristinum ecclesiae maiori beatae Mariae in Ploczk collatarum postea vero a canonicis Plocensibus viduae Cristini, Pribislavae, ad tempora vitae dumtaxat nomine predictae ecclesiae possidendum concessarum, proposuerat, in formam privilegii redigit . . . . . p. 152 Nr. 3

XI. [1220—1233?], sine d. et l.

Ab anno verbi incarnati MCCXVI, ab episcopo Cuiauiensi Barthone, felicis memorie, duce Conrado dominante... consecrata est basilica in Strelna . . . . . p. 119 Nr. 5

XII. 1220 [die 15 m. Junii, in Radziejow].
Conradus, dux Mazouiae et Cuiauiae, protestatur se fecisse cum Alberto preposito de Strelna, accedente consensu ipsius conuentus, commutacionem de quibusdam villis ducalibus et conuentualibus, omnesque possessiones ecclesiae Strelnensis absolutas esse ab omnibus solucionibus recognoscit. . p. 120 Nr. 6

XIII. 1220 die 15 m. Junii, in Radziejow.
Albertus, prepositus, cum toto conuentu ecclesiae de Strelna, recognoscit se fecisse cum Conrado, duce Mazouiae et Cuiauiae, commutacionem de quibusdam villis conuentualibus et ducalibus, protestaturque ipsum ducem omnibus villis ecclesiae Strelnensis libertatem a solucionibus fiscalibus contulisse . . p. 120 Nr. 7

XIV. 1224, sine d. in Yłow.
Conradus, dux Mazoviae et Cuiauiae, approbantibus filiis suis Boleslawo et Semouito, villas *Ylow*, *Lubotin* et *Wisoka* domui et fratribus de *Suleiow* iure perpetuo possidendas cum omni libertate concedit. . p. 173 Nr. 1

XV. [1227] die 29 m. Junii, in Horlow.
Michael, Cuiauiensis episcopus, se fratribus ordinis Predicatorum per totum suum episcopatum officium predicacionis comississe, auctoritatemque indulgencie quadraginta dierum ministrandae concessisse protestatur . p. 174 Nr. 2

XVI. [1227], die 29 m. Junii, in Horlow.
Michael, episcopus Cuiaviae et Pomeraniae, commisso officio predicacionis fratribus ordinis Predicatorum, in Gdanyszk ad s. Nicolaum per ipsum et ducem Swanthopolcum collocatis, quo predicacioni melius ipsi fratres possint vacare, omnibus, qui ipsos fratres in consumatione ecclesiae et claustri iuuerint, decem dies de iniuncta penitencia relaxat . p. 175 Nr. 3

XVII. [1227?], sine d. et l.
Michael, episcopus Cuiaviae et Pomeraniae, se omnibus christifidelibus in anniversario dedicacionis ecclesiae s. Nicolai fratrum Predicatorum in Gdansk ad illam confluentibus indulgenciam unius anni contulisse, concessamque ab episcopo Mutinensi, legato domini papae, indulgenciam XL dierum approbasse declarat . . . . . p. 175 Nr. 4

XVIII. [1227?], sine d. et l.
Michael, Cuiaviae et Pomeraniae episcopus, certam suam ordinationem super spoliis et offertoriis de sepultura per fratres Predicatores de Gdansk percipiendis, salua ipsis fratribus prius concessa donatione et exemptione, significat . . . . . p. 176 Nr. 5

XIX. 1231, die 7 m. Martii, in Juueni Wladislauia.
Kazimirus, dux Cuiauiae, confirmat in remedium animae uxoris suae, in ecclesia sanctae Trinitatis in Strelna humatae, monasterio Strelnensi possessionem quarundam villarum, quas etiam ab omnibus exactionibus et iuribus fiscalibus absolutas pronunciat. (littera spuria) . . . . . p. 121 Nr. 8

XX. 1233, die 2 m. Octobris, in Hlem.
Conradus, dux Mazoviae, ad voluntatem Fulconis archiepiscopi Gneznensis et ad petitionem Thomae episcopi Wratislauiensis villam *Chanouo*, ab omnibus beneficiariis et rectoribus ducatus sui inmunem, predicto Thomae restituit . . . . . p. 289 Nr. 3

XXI. 1233 [6 Octobris] — 1237.
Paulus, Crusuiciensis ecclesiae archidiaconus, accedente consensu ducis Kazimiri villam *Chelmen*, patri ipsius a duce Boleslao collatam, ecclesiae Crusuiciensi cum omnibus utilitatibus confert . . . . . p. 176 Nr. 6

XXII. 1233, die 6 m. Octobris, in Juvene Wladislav.
Michael, episcopus Cuiauiensis, sacra synodalia celebrans, de conniuencia Vladislaviensis capituli archidiaconalem personatum, ab episcopo Hogerio decisum, Vladislaviensique archidiaconatui unitum, ecclesie Crusuiciensi restituit . . . . . p. 177 Nr. 7

XXIII. 1234 sine d. et l.
Kazimirus, dux Cuiauiae, recognoscit se in subsidium animae uxoris suae in ecclesia sanctae Trinitatis in Strelna humatae theloneum et tabernas in Manthwa super Nothes eidem ecclesie in perpetuum possidendum contulisse . . . . . p. 123 Nr. 9

XXIV. 1238, die 23 m. Aprilis, sine l.
Conradus, dux Cracoviae et Mazoviae, donationem villae ducalis *Lanchino*, a bonae memoriae fratre suo duce Lestcone monasterio de *Suliov* factam, adiecto quod villa eadem, hac, qua forum de *Suliov* gaudere debeat libertate, ratam esse declarat. p. 374 Nr. 1

XXV. 1238, die 30 m. Junii, in Dankow.
Kazimirus, dux Cuiauiae recognoscit patrem ipsius Conradum, ducem Mazouie et Cuiauiae, in quaestione, quam comes Simon super quibusdam villis monasterio de Strelna mouisset, pro domo Strelnensi sententiam dedisse, cui sententiae se, ducem Kazimirum, consentisse . . . . . p. 123 Nr. 10

XXVI. 1228—1239, sine d. et l.
Wladislaus, dux Poloniae, mandat omnibus castellanis, tribunis ac thelonearii

sub sua ditione constitutis, ne a fratribus de *Land* Cisterciensis ordinis, quos ipse dux in suam receperat protectionem, exactionem thelonei vel iuris Polonicalis exigant. p. — Nr. 2

XXVII. 1239, die 6 m. Martii, in Sirotzowe.

Comes Bronicius se omnem utilitatem, que proueniat de traductu aquae, nomine *Warte*, super hereditatem *Sirotzowe*, fratribus ordinis Cisterciensis de Paradyso contulisse, locumque ad molendinum construendum in *Zwola* ipsis fratribus dedisse protestatur. . . . . p. 350 Nr. 3

XXVIII. 1239, die 2 Maii, in Płock.

Boleslaus, dux Mazouiae, Cur et Josephum emisse pro VII$^1/_2$ marcis argenti a Mymrido filio Ninognewy hereditatem *Doialdouo*, consanguineis ipsius Mymridi non contradicentibus, protestatur . . . . . p. 289 Nr. 4

XXIX. 1239, die 1 m. Octobris, in Wissegrode.

Bolezlaus, dux Mazouiae, fratribus domus miliciae Templi in subsidium terrae sanctae villas *Orechowe*, *Dninsowe* et *Scusevo* cum omnibus iuribus confert . . . . p. 290 Nr. 5

XXX. [1240], sine d. et l.

Conradus, dux Lanchiciae, pensans se deum ac ecclesias Wladislaviensem et Plocensem per interfectionem scolastici earundem ecclesiarum, Johannis, enormiter offendisse, pro absolucione impetranda non solum satisfactionem condignam in manus Thomae episcopi Wratislaviensis et G. scolastici Cracoviensis, iudicum a sede apostolica designatorum, se exhibuisse, sed etiam super eodem negotio assensum filiorum suorum accessisse solenniter protestatur . . . p. 177 Nr. 8

XXXI. 1240, sine d. in colloquio in Gyllow.

Boleslaus, dux Mazouiae, omnes possesiones monasterii Czirwenensis ab solutionibus et exactionibus ducalibus, praesertim autem ab exactione *poddymne*, et solutióne *podworowe* liberas facit . . . . p. 291 Nr. 6

XXXII. 1240, die 17 m. Septembris, in Gilow.

Conradus, dux Lanciciae, annuentibus uxore et filiis suis cum monachis sanctae Mariae de Czyrwensk quarundam villarum facit commutationem . . . . . p. 291 Nr. 7

XXXIII. 1241, die 28 m. Augusti, Wratislaviae.

Thomas, episcopus Wratislaviensis, considerans dificillimas esse exactiones decimarum in villis ad ecclesiam Wratislauiensem pertinentibus sub Poznaniensi diocesi collocatis, cum episcopo Poznaniensi, de consensu capituli Wratislaviensis, quarundam

facit decimarum commutationem, obtentasque eo modo decimas ad dotandam, fundatam a se, ecclesiam s. Johannis et s. Hedwigis conuertit . . . . . p. 351 Nr. 4

XXXIV. 1242, die 7 m. Junii, in Semolbo.

Kazimirus, dux Cuiauiae, donationem villae *Dobrche* per Yvonem Cracouiensem Episcopum monasterio de Suliov ordinis Cisterciensis collatae confirmat, hac concessa libertate, quod villam eandem inhabitantes coloni ab omnibus solucionibus penitus sint liberi et immunes . . p. 179 Nr. 9

XXXV. 1243, die 22 m. Septembris, in Ploczsk.

Boleslaus, dux Mazoviae, pro redempcione suae ac uxoris suae, Gertrudis, animarum coenobio de Czyrwyensk villam, que *Powyelino* nuncupatur, confert . . . . . p. 292 Nr. 8

XXXVI. 1244, sine d. in Plock.

Boleslaus, dux Mazowiae, nomina incolarum, villam *Powyelyno*, iam perprius a se coenobio Czyrwenensi donatam, inhabitantium in privilegio ponit. . . . . p. 293 Nr. 9

XXXVII. 1244, d. 22 Junii, apud ciuitatem Castellanam.

Innocencius IV papa possessiones de nouo fundati monasterii sanctae Mariae et sancti Gothardi ordinis Cisterciensis iuxta Wladislaviam sub beati Petri et suam protectionem suscipit. . . . . p. 179 Nr. 10

XXXVIII. 1244, die 15 m. Augusti, in Płock.

Boleslaus, dux Mazouiae, Andreae cancellario curiae ducalis, preposito Plocensis ecclesiae, et fratri eius Ipolito quandam sortem famulorum ad castrum Culmense pertinencium, in villa ipsorum, *Wletropi* nuncupata, situatam, possidendam iure hereditario confert. . p. 152 Nr. 4

XXXIX. 1244, die 30 m. Septembris, in Płock.

Conradus, dux Mazouiae etc. militi Pribislao de Rostkow, palatino ducatus sui, qui Jaczwingos devicerat, opidum *Prząsnis* in tenutam ad annos triginta cum omnibus censibus et contributionibus confert (littera spuria). . . p. 294 Nr. 10

XL. 1245, die 13 m. Septembris, in Płock.

Boleslaus, dux Mazouiae, inspectis afflictionibus, quas homines castellaturam de Poltousk inhabitantes ab gentilibus sunt passi, ipsos homines ab omnibus ducalibus solutionibus et exactionibus absolutos pronunciat . . . . . p. 153 Nr. 5

XLI. 1246, die 7 m. Martii, sine l.

Kazimirus, dux Cuiauiae, quas-

dam villas, ecclesiae Strelnensis proprias, a *pouos* et aliis exactionibus liberat, commutationemque partis de *Cluzyno* pro hereditate in *Mikorino* preter pontem in *Mantowa*, confirmat . . . . . p. 124 Nr. 11

XLII. 1247, sine d. in castro Plocensi.
Boleslaus, dux Mazouiae, Petri canonici Plocensis et prepositi sancti Michaelis testamentum, quo ipse Petrus ecclesiae Plocensi villas *Zyromino* et *Celkouo* legasset, ratum esse pronunciat. . p. 154 Nr. 7

XLIII. 1247, sine d. in Płock.
Boleslaus, dux Mazouiae, L. militi, pincernae curiae suae matris, potestatem conferendi Petro Episcopo Plocensi villam *Zuchowo*, quam ipse L. ex donatione ducis Conradi assequutus erat, liberaliter concedit . . . . . p. 154 Nr. 6

XLIV. 1247, sine d. in Pripust.
Kazimirus, dux Cuiauiae, commutationem quarundam hereditatum, quam pater suus dux Conradus cum Redzslauo et Martino, filiis Bozani, habuerat, innouat . . . . . p. 183 Nr. 11

XLV. 1248, sine d. in Zcgey.
Casimirus, dux Lanciciae et Cuiauiae, hereditatem *Lausino* Marco capellano suo confert, ipsamque hereditatem ab eodem Marco fratri ipsius Lazaro, consensu ducis accedente, esse donatam protestatur . . . . . p. 184 Nr. 12

XLVI. 1248, sine d. in Mirano.
Casimirus, dux Cuiaviae, Lanciciae, Dobrzinensisque provinciae, donationem quarundam hereditatum a patre suo duce Conrado comiti Spitigneo palatino Lanciciae factam ratam habet (littera spuria). p. 295 Nr. 11

XLVII. 1248, die 25 m. Februarii, in Płock.
Boleslaus, dux Mazouiae, damna Plocensis ecclesiae, circa prouentus Episcopales illata, redintegrare cupiens, quasdam villas et sortes cum simili praerogatiua, qua ex antiquo omnia praedia ecclesiae Plocensis sunt fulcita, domino Petro Plocensi episcopo tradit et in ecclesiam Plocensem pleno iure transfert. . . . . p. 155 Nr. 8

XLVIII. 1248, die 9 m. Septembris, Lugduni.
Innocencius IV papa mandat archiepiscopo Gneznensi, ut quendam nobilem Rodeceslaum, fratres Dominici Sepulcri de Mechouia super villa de *Cresclauic* impetententem, metu excommunicacionis compescat. . . . . p. 376 Nr. 2

XLIX. 1249, die 7 m. Aprilis, in Baltarsk.
Semouitus, dux Mazouiae et Chyrnensis, protestatur relictam Grimizlay ecclesiae s. Crucis de Bealtarsk et domino Andreae preposito ecclesiae Plocensis, eciam iam dictae ecclesiae canonico, hereditatem *Dambroua*, pro anima viri sui et sua, tytulo donatiònis in perpetuum resignasse . . . . . p. 155 Nr. 9

L. 1249, die 13 m. Aprilis, in Ovensco.
Premisl, dux Poloniae, donationem villae *Kron* per relictam comitis Petrconis de Lank, nepotibus suis assentientibus, fratribus Templi Jherozolimitani factam firmam esse pronunciat . . p. 352 Nr. 5

LI. 1249, die 24 m. Junii, in Crusvicia.
Kazimirus, dux Cuiaviae, possessionem quarundam villarum ecclesiae Strelnensis confirmat, easdemque villas ab omnibus solutionibus et iuribus fiscalibus absoluit, hoc ex speciali gratia adiecto, quod kmetones in hereditatibus monasterii locati tantum coram preposito Strelnensi aut iudice per ipsum constituto iudicialiter respondebunt (littera spuria) . . . . . p. 126 Nr. 12

LII. 1250, m. Julio, in colloquio apud villam Vilckouici.
Semouitus, dux Mazouiae et de Cirnzk, donationem ecclesiae Plocensi a fratre suo pie recordationis duce Bolezlao (*in privilegio ex anno 1248, d. 15 Februarii*) concessam partim reuocat, partim, pro ablatis alias conferendo sortes, restaurat . . . . . p. 157 Nr. 10

LIII. 1250, die 6 m. Octobris, in Syradz.
Kazimirus, dux Cuiauiae et Lanchiciae, concordiam inter se et dominum Michaelem, episcopum Cuiauiae, super iuribus et libertatibus ecclesiarum et ecclesiasticorum prediorum esse factam declarat, hereditatesque ecclesiae Wladislaviensis, possessionem ipsarum ecclesiae eidem confirmando, enumerat . . . . . p. 188 Nr. 13

LIV. 1252, die 29 m. Septembris, in Dobryn.
Kazimirus, dux Cuiauiae et Lanchiciae, intuitu, quod virtus sancte Crucis gentilium compescuit feritatem, castris episcopatus Plocensis: *Ruz* et *Swece* villisque in predicto dominio constitutis ab omnibus angariis, tam predialibus quam personalibus, plenam confert libertatem . . . . . p. 158 Nr. 11

LV. 1254, sine d. et l.
Volimirus, episcopus Cuiauiae et Pomeraniae, indulgentias ac privilegia per episcopum Michaelem fratribus predicatoribus de *Gdanysk* concessa de consensu capituli Wladislauiensis ratificat et approbat . . . . . p. 274 Nr. —

LVI. 1255, sine d. et l.
Viciniae de *Wolborz* et de *Rosprza* per comitem Budzislauum, iudicem curiae, et Vitum, tezaurarium Lanciciae, auctoritate Cazimiri ducis Lanciciae et Cuiauiae, uocatae, terminos et limites castellariarum de *Wolborz* et de *Rosprza* ostendunt . . . . . p. 188 Nr. 14

LVII. 1255, sine d. in Juuene Lodizlau.
Kazimirus, dux Lanchiciae et Cuyauiae, concordiam, quam super terris Lubauiae, Pollexiae et Golenz cum P. magistro et fratribus domus Theutonicae fecerat, solenniter notificat . . . . . p. 189 Nr. 15

LVIII. 1256, die 18 m. Aprilis, in Insula.
Semouitus, dux Mazoviae, notum facit nobilem virum Conradum proprietatem praedii sui, quod Magna *Wcra* dicitur, in ecclesiam Plocensem transtulisse, reseruato sibi nichilominus et uxori sue Boguslauae, si ipsam sibi superstitem esse contingeret nec secundas nupcias post mortem ipsius eligeret, usufructu, quoad vixerint, sub patrocinio domini Plocensis Episcopi percipiendo . . . . . p. 158 Nr. 12

LIX. 1257, sine d. et l.
Casimirus, dux Lanciciae et Cuiauiae, villam *Boriscowo*, a se Nedabilio de *Lucoslauie* collatam, inspecta sufficienti probatione Wolimiri episcopi Wladislaviensis, ecclesiae Wladislaviensi restituit, ipsamque villam ad castellaniam de Wolborz pertinere declarat. . . . . p. 190 Nr. 16

LX. 1257, sine d. in Chelmecz.
Volimirus, Wladislaviensis ecclesiae episcopus, ordinationem, quam super persoluendis decimis cum quodam *Ozan* fecerat, notificat . . . . . p. 191 Nr. 17

LXI. 1257, in Wladislav iuuene.
Kazimirus, dux Lanchiciae et Cuyauiae, villas *Smensco*, *Vitouo*, *Oscouiza* a Nicolao Bartholomeyouicz, subpincerna Lanchiciae, domino Wolimiro Wladislaviensi episcopo pro triginta marcis argenti suo cum assensu esse venditas protestatur . . . . . p. 192 Nr. 18

LXII. 1257, die 10 m. Novembris, in Sger.
Kazimirus, dux Lanchiciae et Cuiauiae, villas *Transchitz* et *Sucow*, in districtu castellaturae de *Wischegrod* sitas, monasterio de *Byssouia* ordinis Cisterciensis in remedium animae coniugis suae bonae memoriae Constantiae, confert (littera spuria). . . . . p. 192 Nr. 19

LXIII. 1257, die 23 m. Decembris, Laterani.
Alexander IV papa mandat Olomucensi et Lubucensi episcopis, ut conuocatis principibus Poloniae, qui secundum querelam Wlodislai prepositi ecclesiae Wissegracensis et fratrum suorum Henrici et Conradi, ducum Sleziae, quaedam gravamina ipsis querulantibus intulerint, causam appellatione cessante debito fine decidant. . . . . p. 377 Nr. 3

LXIV. 1257, die 28 m. Decembris, in Grodek.
Semouitus, dux Mazouiae et prouinciae Cyrniensis, privilegium ducis Conradi super libertatibus villae *Gezou* transsumit atque confirmat . . . . . p. 297 Nr. 12

LXV. 1258, die 20 m. Martii, in Lubane.
Bogussa, filius Meczslai, coram Wolimiro Wladislaviensi episcopo testamentum condit, quasdam hereditates suas Ecclesiae Wladislaviensi, quasdam uxori suae Ludmilae, quasdam hospitali sancti Gothardi ordinis Cisterciensis conferendo p. 193 Nr. 20

LXVI. 1258, die 24 m. Junii, in Thorun.
Frater Gerardus de Herzberg, praeceptor domus Theuthonicae s. Mariae in Prussia, tenorem quarundam litterarum terram Culmensem concernentium commemorat, ordinationemque inter se et episcopum Wladislaviensem super seruiciis per ipsum dominum episcopum ad defensionem terrae Culmensis praestandis esse factam protestatur. . . . . p. 195 Nr. 21

LXVII. 1259, die 26 m. Aprilis, Anagnie.
Alexander papa IV. episcopo Lubucensi mandat, ut quoddam consuetudinis vitium in Poloniae partibus, quoad admissionem testimonii personarum ecclesiasticarum introductum utpote iuri contrarium per censuram ecclesiasticam abolere studeat . . . . . p. 196 Nr. 22

LXVIII. 1259, die 11 m. Maii, Anagniae.
Alexander IV. papa episcopo Lubucensi mandat, ut Episcopum et capitulum Ecclesiae Wladislaviensis in possessionem villarum et hereditatum eccle-

siae Wladislaviensi per Ludmilam relictam Bogusae palatini Lanciciensis donatarum realiter inducat . . . . . p. 197 Nr. 23

LXIX. 1261, sine d. et l.

Kazimirus, dux Cuiauiae, comitissae Ludomilae. relictae Bogusae palatini Lanciciensis, villam *Plawno*, quam sibi pro triplici contumacia abstulerat, cum plena facultate restituit . . . . . p. 197 Nr. 24

LXX. 1258—1262, sine d. et l.

Frater H. abbas monasterii Vallis sancti Georgy Cysterciensis ordinis permotus querela abbatis Hospitalis sancti Gothardi Kazimiro, duci Cuiauiae et Lanciciae, ipsum obsecrando scribit, ut Episcopum Cuyauiensem ab iniuriis hospitali s. Gothardi inferendis abstineat. . p. 198 Nr. 25

LXXI. 1262, die 30 Maii, Viterbii.

Urbanus IV papa precibus Episcopi Cuiauiensis inclinatus, cum terra Poloniae ad Romanam ecclesiam nullo pertineat mediante, ipsi episcopo castri *Ratcsus* edificandi facultatem, non obstante consuetudine contraria, impertit . . . . . p. 199 Nr. 26

LXXII. 1262, die 1 Junii, sine l.

Wolimirus, Wladislaviensis ecclesiae episcopus, quandam ordinationem inter se et milites, Jacobum et Petrum de *Chalino*, occasione molendini in fluuio *Sgouendia* construendi cum assensu Kazimiri, ducis Kuiauiae, esse factam protestatur . . . . . p. 200 Nr. 27

LXXIII. 1262, die 19 Septembris, in Syradz.

Paulus, abbas de Suleyow, ordinationem quandam inter se et Wolimirum episcopum Wladislauiensem super monasterio Cisterciensis ordinis, quod dicitur Hospitale sancti Gothardi, esse factam protestatur . . . . . p. 200 Nr. 28

LXXIV. 1262, die 4 m. Octobris, in Juuene Wladislauia.

Kazimirus, dux Cuiauiae, ordinationem inter Wolimirum Wladislauiensem Episcopum ex una parte, et Paulum abbatem de Suleyow ex altera super bonis a comite Bogussa ecclesiae Wladislauiensi relictis initam transsumit et ratificat. p. 201 Nr. 29

LXXV. 1263, die 15 m. Februarii, sine l.

Anzelmus, episcopus Warmiensis, per Boemiam, Morauiam, necnon per Rigensem, Gneznensem et Saltzburgensem prouincias apostolicae sedis legatus, ordinationem inter ecclesiam Wladislauiensem et conuentum de Suleyow initam

ac per Kazimirum ducem Cuiauiae confirmatam, transsumit atque ratificat . . p. 202 Nr. 30

LXXVI. 1263, die 24 m. Augusti, in Gnezna.

Boleslaus, dux Poloniae, fratribus ordinis Cisterciensis de *Landa* hereditatem, que *Swenczа*. nuncupatur, sitam inter *Zoreuo* et *Cizeuo*, villaeque fratrum predictorum *Morsco* contiguam, contulisse se protestatur . . . . . p. 354 Nr. 6

LXXVII 1264, sine d., Wratislaviae.

Anzelmus, Warmeniensis Episcopus in Polonia et Pruscia sedis Apostolicae legatus, Janussius Gneznensis Archiepiscopus, Thomas Wratislauiensis et Wolimirus Wladislauiensis Episcopi privilegia: ducis Conradi ex anno 1231 et ducis Semouiti ex anno 1357, ecclesiae Plocensi impertita, transsumunt et confirmant . . . . . p. 159 Nr. 13

LXXVIII. 1264, die 9 m. Septembris, in Siraz.

Lestco, dux de Siraz, villam castellaniae de Woybor, *Carnino*, a Wolimiro episcopo Wladislauiensi militi Leonardo ad tempora vitae, sub conditione urnae mellis quottanis ipsi episcopo soluendae, esse donatam protestatur . . . p. 203 Nr. 31

LXXIX. 1265, sine d. in castro Torun.

Johannes Kruszwiciensis ecclesiae praepositus et magister H. capellae s. Vincencii ibidem capellanus accepisse se ad tempora vitae a fratre Ludouico magistro terrae Prusciae villam *Mlyn* sub conditione talenti cerae ac Koloniensis denarii in die b. Martini soluendorum protestantur . . . . . p. 203 Nr. 32

LXXX. 1265, die 25 m. Junii, sine l.

Volymirus, ecclesiae Wladislauiensis episcopus, villam *Sbleriz* a Martino milite de *Baranow* magistro W. scholastico Wladislaviensi esse venditam, ipsumque Martinum pro ipsa hereditate XXIX marcas argenti in parata pecunia recepisse testatur . . . . . p. 204 Nr. 33

LXXXI. 1265, die 25 m. Septembris, Perusii.

Clemens papa IV^us^ ab episcopo et capitulo Wladislaviensi factus certior, quod Kazimirus, Cuiauiae et Lanciciae dux, qui bona ecclesiae Vladislaviensis, necnon castrum *Radoys* impugnauerat, ab ipso episcopo sententia excommunicationis est innodatus, abbati s. Mariae ac praeposito et cantori eccclesiae Wratis-

laviensis districte mandat, ut sententiam ipsam firmitatis robur faciant obtinere . p. 204 Nr. 34

LXXXII. 1266, sine d. et l.

Kazimirus, Lanchiciae et Cuiauiae dux, villam *Sodlcouo* in castellatura Wladislauiensi sitam, per Nicolaum filium Mstiwgy monasterio Mechouiensi donatam, a se autem a fratribus de Sepulcro domini pro XX marcis argenti emptam, Stephano archidiacono Wladislauiensi et fratri eius Johanni pro XXIV mar. arg. ab omnibus seruitutibus liberam in perpetuum possidendam vendit . . . . . p. 206 Nr. 35

LXXXIII. 1267, die 3 m. Februarii, in choro Lanciciensi.

Blasius custos, Vethlinus, Marcus canonici et capitulum ecclesiae Lanciciensis notum faciunt comitem Thomam, filium Potrconis, nepotes suos, quibus hereditatem *Racowo* iure testamenti legauisset, cum ipsi se ingratitudinis causa beneficio testamenti indignos reddidissent, exheredasse, Petrumque Plocensem episcopum ipsiusque successores eiusdem hereditatis *Racowo* heredes instituisse, idque ipsum Thomam coram principe, qui protunc graui egritudine affligeretur, tempore convenienti declaraturum . . . . . p. 160 Nr. 14

LXXXIV. 1267, die 10 m. Februarii, Wratislauiae.

Frater Guido tituli s. Laurency in Lucina presbiter Cardinalis apostolicae sedis legatus, se tam ab archiepiscopo Gneznensi, episcopisque Cuiauiensi et Plocensi, quam ab Kazimiro duce Cuiauiae et Lanciciae in arbitrum et amicabilem compositorem in controuersiis inter ipsos vertentibus esse receptum notificat et declarat . . . . . p. 206 Nr. 36

LXXXV. 1267, die 17 m. Februarii, Wratislauiae.

Frater Guido tituli s. Laurencii in Lucina presbiter cardinalis apostolicae sedis legatus in controuersiis inter archiepiscopum Gneznensem episcoposque Cuiauiensem et Plocensem ex una, et Kazimirum, ducem Lanciciae et Cuiauiae, ex altera partibus vertentibus amicabilis compositor inspectis et transsumptis priuilegiis ecclesiae Wladislauiensis arbitrium et sentencias, sub pena duorum millium marcarum seruandas, pronunciat, priuilegiaque ecclesiae Plocensis sibi nondum exhibita episcopo et decano Wladislauiensibus inspicienda committit . . . . p. 208 Nr. 36

LXXXVI. 1267, sine d. die 15 m. Aprilis.

Janusius, Gneznensis ecclesiae archiepiscopus, sententias in controuersiis inter se, Wolimirum Wladislaviensem et Petrum Plocensem episcopos ex una et Kazimirum Lanciciae et Cuiauiae ducem ex altera partibus vertentibus per Guidonem tituli s. Laurencii in Lucina presbiterum cardinalem et apost. Sedis Legatum latas et pronunciatas exemplari facit. p. 206 Nr. 36

LXXXVII. 1267, die 14 m. Decembris, in Juvene Wladislauia.

Casimirus, Lanciciae, Cuiaviae et terrae Dobrinensis dux, in ultima sua voluntate villas *Grochowarsko* et *Wiszino* in terra Dobrinensi sitas, minus iuste a se occupatas, ecclesiae Wladislauiensi restitui precipit (littera spuria). p. 212 Nr. 37

LXXXVIII. 1268, sine d. Cruswiciae.

Zemomislus, dux Cuiauiae, cum Volymiro Wladislauiensi episcopo quandam facit permutationem, vigore cuius dux *Drwisnam* cum molendino et lacu, episcopus autem hereditates *Arnoltowicz*, *Gdyszin*, *Glumowo* et siluam, que *Gregolowlank* nuncupatur, accipiunt. . . . p. 213 Nr. 38

LXXXIX. 1268, die 18 m. Februarii, Wratislaviae.

Wlodizlaus, Salcburgensis ecclesiae archiepiscopus apostolicae sedis legatus, magnis et arduis negociis intricatus, visitationis dyocesis suae officio intendere non valens, quaedam a locumtenente suo fratre Herbordo Laventino electo, cui visitacionis officium de religiosis ordinum s. Benedicti et Augustini commiserat, peracta, confirmat et rata prorsus esse iubet . . . . . p. 377 Nr. 4

XC. 1268, die 30 m. Martii, in Elbinge.

Frater Luduicus, preceptor domus Tewtonicae s. Mariae in Prussia, notum facit in controuersiis, inter Wolimirum episcopum Wladislauiensem et se fratresque suos vertentibus, compositionem, domino episcopo Culmensi ac Gardiano fratrum minorum in Thorun amicabilibus compositoribus existentibus, esse factam . . . . . p. 213 Nr. 39

XCI. 1268, die 11 m. Octobris, in Juuene Wladislauia.

Zemomislius, dux Cuiauiae, villam *Chelmec*, quam ab ecclesia Wladislauiensi relicta comitis Pribislai minus iuste repetebat, inspecto privilegio ducis Kazimiri, quod episcopus Wladislauiensis

Wolimirus reproduxit, eidem ecclesiae in perpetuum possidendam adiudicat. . p. 215 Nr. 40

XCII. 1269, die 5 m. Januarii, Wratislaviae.

Wlodzislaus, Salzburgensis ecclesiae archiepiscopus apostolicae sedis legatus intuitu meritorum Gotschalci, vicedomini sui de Salzburga, omnia bona, quae ipse vicedominus ab ecclesia Salzburgensi possidet iure feudi, matri, uxori et filiae eiusdem, quoad vixerint, feudaliter possidenda concedit. . . . . p. 378 Nr. 5

XCIII. 1271, die 15 m. Januarii, sine l.

Comes Lanchomirus bona deliberatione condit testamentum in quo villam *Prochyno* ecclesiae Crusuiciensi, uillae autem *Lanchomiry* medietatem uxori suae Dobrozlauae, aliam uero medietatem filio fratris sui Johannis legat et assignat . . . . . p. 216 Nr. 41

XCIV. 1274—1282, sine d. et l.

Alberus, ecclesiae Wladislauiensis episcopus, privilegium ducis Kazimiri anno 1234 monasterio Strelnensi concessum transsumit est confirmat . . . . . p. 126 Nr. 13

XCV. 1275, sine d. et l.

Lestco, dux Syradiensis et Wladislaviae iunioris, presentatum sibi a domino Thoma, episcopo Plocensi, privilegium patris sui ducis Kazimiri, in quo quaedam libertates, super villa episcopali *Sandzyno* concessae, continebantur, innovat ac confirmat. . . . . p. 161 Nr. 15

XCVI. 1276, sine d. in Pajęczno.

Lestcho, dux Siradiensis, inspecto fideli seruitio Raczslai filii Damaslai, ipsum et filium ipsius Diuiscum liberos facit, ipsisque plenum ius militale necnon hereditatem *Dambrowa* confert . . . . p. 217 Nr. 42

XCVII. 1279, sine d. in Gostinin.

Boleslaus, dux Mazouiae, non solum, ad humilem suplicationem Thomae episcopi Plocensis, emunitates ecclesiae Plocensis inviolabiliter obseruare promittit, sed etiam, ut villae *Pirischewo* et *Gori* eadem, qua antiquae villae episcopales, gaudeant libertate, benigniter concedit . . . . . p. 161 Nr. 16

XCVIII. 1279, die 1 m. Septembris, in Culmense.

Wernerus, Culmensis episcopus, omnibus, qui ad opus ecclesiae in *Cyrvenzk* manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta ipsis peni-

tentia, dioecesani tamen accedente consensu, relaxat . . . . . p. 298 Nr. 13

XCIX. 1279, die 18 m. Septembris, in castro Budensi.
Philippus, Firmanus episcopus apostolice sedis legatus, privilegium ducis Semoviti ex anno 1254, ecclesiae Plocensi concessum, transsumit et confirmat . . . . . p. 162 Nr. 17

C. 1280, die 22 Junii, in Kalisz.
Premisl secundus, dux Poloniae, Hermanno abbati monasterii Landensis villae *Virbna* iure Theutonico locandae appellandaeque *Lyndenow* facultatem concedit, ipsamque villam ab omnibus exactionibus iuris Polonici liberaliter absoluit p. 355 Nr. 7

CI. 1280, die 18 m. Octobris, in Kalisz.
Premisl, dux Poloniae, privilegium ducis Poloniae Mezeconis confirmans, hereditates monasterii ordinis Cisterciensium in *Landa* in defensionem suam suscipit, omnibusque ab exactionibus iuris Polonici, officialiumque ducalium iudicio penitus liberat . . . . . p. 856 Nr. 8

CII. 1281, die 15 m. Septembris, sine d.
Boleslaus, dux Mazouiae, facit notum Petrum et Degen filios Pauli contra Alberum Wladislauiensem episcopum quaestionem quandam super gadibus et limitibus inter *Colacino* et *Nesulcow* positis mouisse, sed postea liti et accioni totaliter renunciasse . . . . . p. 217 Nr. 43

CIII. 1282, die 19 m. Martii, Wratislauiae.
Philippus, Firmanus episcopus, apostolicae sedis legatus, privilegium ducis Kazimiri anno 1234 monasterio Strelnensi concessum transsumit et confirmat. p. 127 Nr. 14

CIV. 1282, die 1 m. Aprilis, in Juvene Wladislavia.
Zemomislius, dux Cuiaviae, villam *Loyow*, claustri Strelnensis propriam, ab omnibus exactionibus iuris Polonicalis liberat, ipsique villae plenam facultatem iuris theutonici Magdeburgensis confert . . . . . p. 128 Nr. 15

CV. 1282, die 14 m. Septembris, in Łekno.
Premisl secundus, dux Poloniae, inspectis petitionibus domini Petri abbatis de *Luckna* ordinis Cisterciensium, in quibusdam villis conventualibus iuris Theutonici locandi, causasque paruas et magnas iudicandi eidem abbati plenam concedit facultatem . . . . . p. 358 Nr. 9

CVI. 1282, die 11 m. Novembris, in Blone.
Conradus, dux Mazouiae et terrae

Czyrnensis, notum facit villam *Pyasky*, a nobili Sara, Marcusy filia, ecclesiae Plocensi esse donatam, donationemque eandem dux predictus ratam esse iubet. p. 162 Nr. 18

CVII. 1283. sine d. die 7 m. Maii.

Boleslaus, dux Mazouiae, comiti Ratiborio de *Vyasd* subvenatori Lanciciensi villam *Nenadouo* ab omnibus solutionibus liberam, cum omnimoda venandi libertate, pro XXX marcis iure hereditario possidendam vendit . . . . . p. 298 Nr. 14

CVIII. 1284, die 1 m. Aprilis, in Wladislauia.

Zemomislius, dux Cuiauiae, privilegium ducis Conradi anno 1220 monasterio Strelnensi concessum transsumit et confirmat . . . . . p. 129 Nr. 16

CIX. 1284, die 18 Maii, in Wladislavia.

Zemomislaus, dux Cuyauiae, comiti Alberto, filio Brsdzenonis, subvenatori suo, inspectis eius fidelibus seruitiis, hereditatem, *Dambrowka* nuncupatam, in perpetuum possidendam confert p. 141 Nr. —

CX. 1285, die 10 Martii, sine l.

Abbates de Wanchoz et de Copriunicia unacum abbatibus de Chyric et de Bissouia ordinis Cisterciensis quandam, monasteria de Suliow et de Bissouia concernentem, ordinacionem, dummodo per abbates Cisterciensem et Morimundensem capitulumque generale ratificata fiat, valituram, intervenisse pronunciant . . . . . p. 218 Nr. 44

CXI. [1285, die 10 m. Martii?], sine l.

Abbates de Wankoz et de Coppriueniz, domino Hugoni abbati Morimundi ordinis Cisterciensis ordinationem a se et abbatibus de Chyriz et Bissouia de conuentu de Syliow factam notificantes, ipsamque ordinationem approbari et confirmari petentes scribunt. p. 219 Nr. 45

CXII. 1285, die 23 Junii, sine l.

Frater Hugo abbas Morimundi ordinis Cisterciensis, omnibus abbatibus et personis Cysterciensis ordinis se quandam ordinationem de conventu abbatiae de Syliow per abbates de Vankoz, de Coppriueniz, de Chiric et de Bissouia factam, approbasse et confirmasse notificat, litterasque predictorum abbatem ad se directas transsumit . . . . . p. 219 Nr. 45

CXIII. 1285, die 15 m. Augusti, in Svliow.

Johannes, abbas de Suliow, ordinationem a se, adhuc in regimine ab-

batiae de Wanchoz existente, et quibusdam aliis abbatibus cum conuentu de Suliow factam, assentientibus Janussio archiepiscopo Gneznensi et Wladislao Lanchiciae, Semouito Cuiauiae, Premisl Poloniae ducibus, innouat . . . . . p. 220 Nr. 46

CXIV. 1286, die 18 m. Maii, Lanchiciae.

Wladislaus, Lanchiciensis et Cuiaviae dux, ad petitionem commendatoris de Thorun, ciuibus de Thorun et de Culmine mercatoribus, qui sunt in terra Russiae, per terram suam cum mercibus navigio transeundi dat facultatem ipsosque ad metas terrae suae secure conducturum se pollicetur . . . . . p. 221 Nr. 47

CXV. 1287, die 29 m. Octobris, in Wladislavia.

Zemomislius, dux Cuyauiae, in controuersia inter Nicolaum et Florianum, filios comitis Cirzkonis de *Ly·ssow*, ex una, et Gerardum abbatem de Byssouia ordinis Cisterciensis ex altera partibus vertente, comitem Florianum a parte hereditatis, quam impetierit, esse abiudicatum, comitem Nicolaum autem partem hereditatis ipsum concernentem sponte predicto abbati resignasse protestatur . p. 221 Nr. 48

CXVI. 1288, die 28 m. Aprilis, in sene Wladislavia.

Frater Engelbertus, abbas cenobii Bissouiae Cisterciensis ordinis, notum facit, se assentiente Theoderico abbate Lubense visitatore Cisterciensium, cum Wislao, episcopo Cuiauiae quandam ordinationem super nonnullis hereditatibus et decimis iniuisse et fecisse . . . p. 222 Nr. 49

CXVII. 1288, die 28 m. Julii, Reate.

Nicolaus IV papa statuit et ordinat, ne fratres ordinis Praedicatorum, qui post professionem ad ordines alios transierint aut in posterum transibunt, ad ullam omnino administrationem vel officium, curam animarum habentia, aut dignitatem possint assumi absque apostolicae sedis speciali licentia . . . . . p. . . . Nr. 10

CXVIII. 1289, die 23 m. Aprilis, Gneznae.

Jacobus, Gneznensis ecclesiae archiepiscopus, decimas quasdam, olim ad scolastriam Lancziciensem pertinentes, de consensu Josephi, Lanczicziensis scolastici, capellae a Wislao Cuiauiensi episcopo fundatae, ascribit et donat . . . . . p. 225 Nr. 50

CXIX. 1289, die 22 m. Septembris, Reate.

Nicolaus papa IV. mandat episcopo, archidiacono et preposito Pozna-

niensibus, ut causam inter episcopum Wladislauiensem et Johannem, commendatorem Hospitalis s. Johannis Jerozolimitani de *Lubisco*, occasione quarundam decimarum, ad mensam episcopalem Wladislauiensem spectantium vertentem, debito fine decidant . . . . . p. 226 Nr. 51

CXX. 1289, die 7 m. Decembris, in Thorun.

Frater Menardus, magister terrae Prussiae, Heynmanum et fratrem eius Nicolaum, ciues de Thorun, omni iuri super villa *Zlotoria*, Wislao episcopo Wladislauiensi ab archiepiscopo Gneznensi adiudicata, penitus renunciasse, a predicto vero episcopo donationem partis *Zlotoriae* predictae, ipsis ciuibus a Simone Gallico factam, hac conditione, quod ipsi ciues IX marcas census sibi episcopo soluerent, esse ratificatam, notum facit . . p. 226 Nr. 52

CXXI. [1291 ?], sine d. et l.

Semouitus, dux Dobrinensis piscaturam in *Wisla* fratribus de *Land* ordinis Griseorum confert. . . . . p. 227 Nr. 53

CXXII. 1291, die 29 m. Aprilis, in Lubowia apud Drewanciam.

Thomas, Plocensis episcopus, granicies trecentorum mansorum ecclesiae Plocensi a Wernero, Culmensi episcopo, assignatorum distinguit et enumerat . . p. 163 Nr. 19

CXXIII. 1291, die 16 m. Maii, in Culmense.

Wernerus, Culmensis ecclesiae episcopus, notum facit, granicies trecentorum mansorum, de consensu capituli Culmensis ecclesiae Plocensi in *Lubowia* assignatorum, per tres canonicos Culmenses esse distinctas . . . . . p. 164 Nr. 20

CXXIV. 1292, sine d. et l.

Wladislaus, dux Cuiaviae, Siradiae et Sandomiriae, attentis petitionibus Thomae Episcopi Plocensis, munitionis construendae in villa episcopali, que *Opogy* dicitur, ab omni onere fisci vacuae et liberae, sibi concedit facultatem . . . . . p. 165 Nr. 21

CXXV. 1292, sine d. in dominio Cracouiensi ante Miechow.

Wladislaus, dux Sandomiriae, Cuiauiae et dominus Siradiensis, ad petitionem Thomae episcopi Plocensis, omnimodam sibi facultatem in villa sui episcopatus, *Opogy* nuncupata, castri edificandi et plantandi concedit . . . . p. 165 Nr. 22

CXXVI. 1293, die 18 m. Aprilis, in Papow.

Frater Minherus de Querenwrht

Hospitalis sanctae Mariae domus Theutonicae, magister Prusiae, et frater Johannes, commendator prouincialis terrae Culmensis, visis et intellectis priuilegiis quibusdam ab episcopo Wladislaviensi super renunciatione *Zlotoriae* productis, renunciationem eandem ratam et firmam pronunciant . . . . . p. 228 Nr. 54

CXXVII. 1293, die 19 m. Aprilis, apud Grziwnam.

Frater Johannes, commendator prouincialis terrae Culmensis, una cum nonnullis fratribus ex parte fratris Menheri de Querenwrht, magistri Prussiae, deputatis recognoscunt se intromisisse Episcopum Wladislauiensem *Wislaum* in possessionem corporalem villae *Grziwna*, ipsi domino episcopo ac ecclesiae suae in villa predicta censum LX marcarum monete Culmensis assignantes . . . . . p. 220 Nr. 55

CXXVIII. 1293, die 25 m. Julii, in Strelna.

Wladislaus, dux Cuiaviae et Siradiensis, protestatur se ad petitionem sanctimonialium de Strelno Martinum et Duorisium, filios Pisconis, ab omnibus castri citationibus et perangariis absoluisse . . . . . p. 129 Nr. 17

CXXIX. 1293, die 11 m. Septembris, Poznaniae.

Johannes, episcopus Poznaniensis, se cum Woyczechone dicto *Ocasanech* suisque filiis, Johanne et Floriano, super hereditatibus *Zymnouo* et *Domachowo* theutonico iure locandis, quandam fecisse ordinationem protestatur . . . . p. 360 Nr. 11

CXXX. 1293, die 1 m. Novembris, apud Parchan.

Albertus de *Sthuolna*, considerans, quod Dobegneus decanus Wladislauiensis, iudex delegatus a Johanne Tusculano episcopo apostolicae sedis legato, villam *Ligiseuo* rectori ecclesiae de *Ciechocin* adiudicauerit, omni actioni, quam super villam eadem mouebat, sponte renunciat . . . . . p. 230 Nr. 56

CXXXI. 1293, die 11 m. Decembris, in Dłusco.

Premizl secundus, dux Poloniae, inspectis fidelibus obsequiis Geruardi militis, facultatem villae *Cosschut* in iure Theutonico locande sibi confert, eandemque villam ab omnibus solutionibus iuris Polonici absoluit, ipsam nichilominus castellaniae Landensi incorporando. . . . . p. 362 Nr. 12

CXXXII. 1294, die 8 m. Maii, Wladislavie.

Lesko, dux Cuyaviae, lite per

dominum Pertoldum, abbatem coenobii Bissouiensis ordinis Cisterciensis, contra militem Nasslaum filium Boguslai in termino peremptorio non conparentem legitime contestata, partem hereditatis *Lyppe* ad hospitale s. Gothardi ex antiquo spectantem, per Nasslaum autem minus iuste et violenter tentam, fratribus de Bissovia diffinitiua mediante sententia adiudicat . . . . . p. 230 Nr. 57

CXXXIII. 1294, die 24 m. Octobris, sine l.

Wilhelmus, abbas monasterii ordinis Cisterciensis in *Obra* notum facit officialibus parrochiae s. Christofori in Colonia se et Henricum monachum suum renunciasse super parte domus, ad ipsum Henricum post mortem patris sui deuoluta, ad manus Thederici Sapientis et aliorum ipsius Henrici cognatorum . . . . . p. 364 Nr. 13

CXXXIV. 1295, sine d. et l.

Primek, dux Cuiaviae et dominus de Wlazislavia, recognoscit se, de consensu fratrum suorum, Lestkonis et Kazimiri, matrisque suae Salomeae, domino Rodegero praeposito Strelnensi, fratribus, totique conuentui ibidem ordinis Premonstratensis iuris Theutonici Meydeburgensis in villis *Kegniz* et *Radekuino*, locandi dedisse facultatem (littera spuria) . . . . . p. 130 Nr. 18

CXXXV. 1296, die 10 m. Maii, Poznaniae.

Wladislaus, dux Poloniae, Pomeraniae, Cuyauiae, Lanchiciae ac Syradiae, monasterio ordinis Cisterciensium de *Lekno*, ob remedium animae olim Primiszlonis regis Poloniae, ecclesiam de *Zun* cum omnibus obuentionibus ac iure patronatus confert . . . . . p. 365 Nr. 14

CXXXVI. 1296, die 9 m. Junii, in Wladislavie.

Lestko et Premislaus, duces Cuyauiae, Bertoldum abbatem de Byssouia pro borra, que *Trissinzka* curia nuncupatur, per Bronissium heredem de Glosow esse citatum, ipsumque abbatem sufficienter ius suum per nobiles demonstrasse, et propterea causam, sententia diffinitiua mediante, obtinuisse protestantur. p. 231 Nr. 58

CXXXVII. 1296, die 25 m. Junii, in Kalisz.

Jacobus, archiepiscopus Gneznenzis, scultetiam in villa *Rzestarzewo* Jasczoni, dicto *Viszynk*, qui hereditatem eandem iure theutonico scilicet Novifori

ocare tenebitur, vendit, ipsique Jasczoni quasdam libertates confert . . . . . p. 366 Nr. 15

CXXXVIII. 1296, die 28 m. Decembris, Gneznae.

Wladislaus, dux Cuyauiae, Lanciciae ac Syradiae, ciues de Lubca in tutelam suam suscipit, ipsisque per dominia sua transeundi securitatem ac facultatem confert . . . . . p. 232 Nr. 59

CXXXIX. 1298, sine l., in Kalisz.

Wladislaus, dominus regni maioris Poloniae, Pomeraniae, Cuyauiae, Syradiae ac Lanciciae, inspectis seruiciis comitis Stoygnewi, quondam castellani de Ruda, pro donata sibi prius hereditate *Brodna*, aliam praestantiorem in in districtu Siradiensi, *Nemogevo* dictam, liberaliter confert, potestatem venandi ipsi Stoygnevo in predicta hereditate etiam in maioribus feris impertiendo . . p. 367 Nr. 16

CXL. 1298, die 25 m. Octobris, Gneznae.

Jacobus, Gneznensis archiepiscopus, hereditatem *Liskovo* in terra Calissiensi sitam homini ecclesiae Gneznensis, dicto Lagus, iure Srzedensi locandam confert, ipsiusque villae colonis quasdam libertates impertit . . . . . p. 369 Nr. 17

CXLI. 1298, die 27 m. Octobris, sine l.

Wladislaus, dux Regni Poloniae et dominus Pomeraniae, Cuiauiae, Lanciciae et Syradiae, ordinationem quandam et amicabilem compositionem inter Crusuiciense capitulum, ex una, et Jaroslaum militem de *Crethkow*, ex altera partibus, super hereditatibus *Craszino* et *Crethkow*, cum domini Wislai episcopi Wladislauiensis et suo assensu, interuenisse protestatur . . . . . p. 233 Nr. 60

CXLII. 1299, die 10 m. Junii, Wladislauiae.

Premislius, dux Cuiauiae et dominus Wladislauiae, villam *Scarbeuo* cum tribus lacubus per comitem Dobeslaum de Damb, suum tribunum, et Martinum filium comitis Scarbimiri, Dobeslai filiolum, Bertoldo abbati de Byssouia pro LXXV marcis esse venditam protestatur, eandemque villam *Scarbeuo* in iure theutononico locari predicto abbati omnimodam confert libertatem . . . . . p. 234 Nr. 61

CXLIII. 1299, die 15—20 m. Junii, in Kalisz.

Wladislaus, dux regni Poloniae, Pomeraniae, Cuyauiae, Lanciciae ac Siradiae, labores in allodiis suis per fratres domus Lendensis non de iure, sed ab

amorem suae petitionis exhibitos esse declarat . . . . . p. 370 Nr. 18

CXLIV. 1299, die 15 m. Junii, in domo Pragensi.
Frater Henricus de Kindhirze, magnus praeceptor domorum sacrae domus Hospitalis Jerosolimitani ordinis sancti Johannis Baptiste per Bohemiam, Poloniam, Morauiam et Austriam etc., protestatur praepositum et conuentum de Strelna cum fratre Hermanno, commendatore de *Nemoyouo*, super decima danda de domo *Nemoyouo* et hereditatibus ipsi domui adiacentibus quoddam fedus et pactum iniisse . . . . . p. 131 Nr. 19

CXLV. 1299, die 25 m. Junii, Gneznae.
Wladislaus, dux regni Poloniae, Pomeraniae, Cuyauiae, Lanciciae ac Syradiae, sententiam Sandiuogii, iudicis Gneznensis, in causa, inter abbatem Lendensem ordinis Cisterciencis et Stanislaum subvenatorem Lendensem vertente, latam, declarat, fratresque conventus Lendensis ipsorumque hereditates ad exhibenda aliqua iura subvenatoribus non teneri pronunciat . . . . . p. 370 Nr. 19

CXLVI. 1299, die 6 m. Augusti, in Płock.
Boleslaus, dux Mazouiae et Czyrnensis, talem se cum domino Johanne episcopo Plocensi super quibusdam sortibus hereditatum commutationem fecisse protestatur, ut concessae modo ecclesiae Plocensi villae ea, qua ceterae eiusdem ecclesiae possessiones, gaudeant libertate . . . . . p. 166 Nr. 23

CXLVII. 1300, sine d., in Płock.
Boleslaus, dux Mazouiae et Chyrnensis, commutationem hereditatis ducalis, *Racicouo* nuncupatae, pro praedio episcopali, quod *Jassyno* dicitur, cum domino Johanne episcopo Plocensi, hoc adiecto, quod praefata hereditas eadem, qua ceterae villae ecclesiae Plocensis, gaudeat libertate, se fecisse protestatur. p. 167 Nr. 24

CXLVIII. 1300, die 15 m. Septembris, in Dobrin.
Semouitus, dux Lanciciae et Dobrinensis, Meczslao seruitori suo, heredi de *Turza*, ob fidelia sua seruitia, mericam *Babcze* cum omnibus utilitatibus ac facultate post villanos et incolas iurium militalium accipiendorum iure hereditario possidendam confert . . . . . p. 299 Nr. 15

CXLIX. 1303, die 15 m. Novembris, in Thorun.
Lestko, dux Cuiauiae et dominus

de Wisegrod, territorium suum *Mychelow* nomine pignoris pro CLXXX marcis denariorum Thorunensium, sibi concessis, religioso fratri Conrado Sacco, magistro Prusciae, per tres annos continue tenendum obligat, hac conditione interiecta, quos si infra triennium territorium predictum per se aut per fratres suos redemptum non fuerit, tunc territorium idem Hospitali s. Mariae domus Theutonicae in dominium et proprietatem integraliter cedet . . . . . p. 236 Nr. 62

CL. 1304, die 14 m. Octobris, in Thorun.

Frater Conradus Saccus, magister domus Teutonicae per Prussiam, se illustri principi domino Lestkoni, duci Cuiauiae et domino Juvenis Wladislaviae, primum centum et octuaginta, demum centum et viginti marcas Torunensium denariorum mutuasse, ac pro eadem pecunia territorium ipsius ducis *Michelow* nomine pignoris a proximo festo Nativitatis Domini per biennium tenendum accepisse, quo biennio evoluto, territorium predictum, si per ipsum ducem aut fratres ipsius interim non fuerit redemptum, ordini Theutonico deuolui debere protestatur . . . . . p. 237 Nr. 63

CLI. 1304, die 14 m. Octobris, in Thorun.

Lestko, dux Cuiauiae et dominus Juuenis Wladislauiae, se primum CLXXX, demum CXX marcas denariorum Toruniensium a religioso viro fratre Conrado Sacco, magistro Prusciae, mutuo accepisse, ipsique Magistro territorium suum de *Mychelow* nomine pignoris obligasse, ipsumque territorium, predicta pecunia infra biennium non restituta, ordini theutonico in perpetuum deuoluendum esse declarat . . . . . p. 238 Nr. 64

CLII. 1305, die 26 m. Martii, in Czyrwyensk.

Boleslaus, dux Mazoviae et Czyrnensis, cum coenobio Czyrwenensi talem facit hereditatum commutationem, quod accepta villa conuentuali *Miroslaue*, ipsi monasterio villam suam *Golawycze* cum omni iure et utilitatibus confert . . . . p. 300 Nr. 16

CLIII. 1306, die 27 m. Maii, in Thorun.

Hebda, castellanus Kruswiciensis, et Jaroslaus, castellanus de Michalow, se pro hereditate ipsorum *Cietrzewiec*, fratribus de Bissouia vendita, summam cen-

tum marcarum ex integro recepisse protestantur . . . . . p. 240 Nr. 65

CLIV. 1307, die 2 m. Julii, in castro sanctae Mariae.

Frater Carolus de Treveris, generalis magister fratrum ordinis Hospitalis beatae Marie Theutonici Jerosolimitani, se cum Wladislao, duce Cracoviae, in colloquio apud antiquam Wladislaviam super dimissione quorundam a Semovito duce Dobrinensi receptorum bonorum concordasse notificat, bonaque *Granczew*, iuxta territorium *Michalouo* situata, esse domini Johannis episcopi Plocensis protestatur . . . p. 167 Nr. 25

CLV. 1312, die 17 m. Junii, in Płock.

Johannes, Plocensis ecclesiae episcopus, cum domino Karulo de Treueris, magistro generali Hospitalis sanctae Mariae domus Theutonicae Jerosolimitani, super territorio Mychalouiensi et ducentis mansis, ad castrum *Kxenithe* pertinentibus, locandis quandam iniit ordinationem . . . . . p. 301 Nr. 17

CLVI. 1317, die 1 m. Aprilis, in Brześć.

Wladislaus, heres regni Poloniae, dux Cracouiae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae Cuiauiaeque, Cunkonem ciuem de Bresce aput Janusium Cimis tercium dimidium mansum, et apud Hazkam scultetissam antiquae civitatis alterum dimidium mansum iusta pecunia emisse notificat, emptionemque eandem confirmat. p. 240 Nr. 66

CLVII. 1317, die 17 m. Julii, in Nessow.

Lestko, dux Cuiauiae et dominus Juuenis Wladislauiae notum facit, se primum, CLXXX, demum CXX, postremo LXII marcas denariorum Thorunensium a quibusdam magistris Prussie mutuo accepisse, ipsisque magistris pignoris nomine territorium de *Mychelow* atque mansos sitos circa *Drwanzam* obligasse, terminisque solutionis faciendae elapsis, territorioque predicto sibi redimendum a fratre Karulo magistro ordinis Theutonici non concesso, se cum Henrico de Gera provinciali terrae Culmensis taliter concordasse, quod fratres domus Theutonicae predictum territorium, additis sibi ducentis marcis, emptionis titulo possidere deberent . . . . . p. 241 Nr. 67

CLVIII. 1319, die 27 m. Julii, in Kinsdorf.

Petrus de Nuwenburc et frater eius Jescho, dominus in Glawen, inter

Lestkonem, ducem Cuiauiae et dominum Wladislauiensem fratremque suum Premyslium, ducem Cuiauiae et dominum in Wissegrode ex una, ac se ipsos, ex altera partibus, concordiam esse factam protestatur . . . . . p. 243 Nr. 68

CLIX. 1323, die 24 m. Junii, in Rypin.

Vladislaus et Boleslaus, duces Dobrzynenses, ob remedium animae patris sui, ducis Semouiti, hospitale ordinis Sepulchri Domini in *Rypino* fundant atque competenter dotant . . . . p. 303 Nr. 18

CLX. 1324, die 1 m. Augusti, in Gozno.

Florianus, ecclesiae Plocensis episcopus, a Vladislao et Boleslao, ducibus terrae Dobrinensis, triginta mansos pro Hospitali ordinis dominici Sepulchri, ob remedium animarum ipsarum in *Rypin* fundato esse donatos protestatur . . p. 304 Nr. 19

CLXI. 1325, die 8 m. Decembris, in Sumino.

Franczko, dictus Schenko, cum matre, fratre, sorore ipsiusque viro, heredes de *Sumino*, capellam quandam in villa *Sumino* cum iure patronatus, necnon IV mansos in *Sumino* et VIII in *Konnotop* locatos fratribus ordinis Dominici Sepulchri Miechouiensibus in perpetuum tenendos donant . . . . . p. 305 Nr. 20

CLXII. 1326, die 2 Januarii, in Strassburg.

Wenceslaus, dux Mazouiae et dominus Plocensis, de consilio fratrum suorum, Symouiti et Throydynii, cum Wernhero, magistro generali omnibusque commendatoribus ordinis Theutonici super mutua terrarum ab hostibus defensione certam facit ordinationem . . . . p. 306 Nr. 21

CLXIII. 1326, die 7 m. Februarii, Lanciciae.

Wladislaus, Rex Poloniae, cum Wernhero, magistro generali, et fratribus ordinis Theutonici necnon Troydeno, Semouitho et Wankone, ducibus Mazouiae, ad Natiuitatem Christi proximam quasdam treugas, eisdem treugis omnes Cuyauiae et Dobrinenses duces includendo, ordinat, primoque die Rogationum apud Wladislauiam antiquam ad eligendum arbitros, qui inter se et ordinem super terra Pomeraniae statuerent, conuenire promittit . . . . . p. 307 Nr. 22

CLXIV. 1326, die 20 m. Martii, in Płock.

Florianus, Plocensis ecclesiae episcopus, triginta mansos Hospitali domus Sepulchri Dominici iuxta ciuitatem

Rypin sito a Vladislao et Boleslao, ducibus Dobrinensibus cum pleno dominio esse assignatos protestatur, decimasque ad mensam episcopalem in mansis predictis pertinentes de consensu capituli Plocensis Hospitali iamdicto addit . . . p. 308 Nr. 23

CLXV. 1328, die 17 m. Junii, in Obornyky.

Andreas Czolek de Zelechow, subcamerarius Sandomiriensis, promittit se omnes census pecuniales, ad tenutam Sandomiriensem, cui a Wladislao rege Poloniae in capitaneum est praefectus, pertinentes, pro muris et aliis edificiis ac laboribus castri Sandomiriensis expositurum esse et conversurum. . . . . p. 379 Nr. 6

CLXVI. 1330, die 20 Augusti, Siradiae.

Premisl, dux Syradiensis, Falislaum, heredem de *Dambroua*, in Paulo patruo suo et filiabus ipsius in iudicio ducali partem hereditatis in *Wroblou* in perpetuum acquisiuisse, protestatur. . . p. 244 Nr. 69

CLXVII. 1331, die 1 m. Aprilis, in Raczans.

Mathias, Episcopus ecclesiae Wladislauiensis, villam *Czarnoczino*, in terra Siradiae in districtu Wolboriensi sitam, Laurencio filio Galimiri de *Syroslauicz* iure Nouifori ad mansos flamingos locandam exponit . . . . . p. 245 Nr. 70

CLXVIII. 1335, die 8 m. Junii, in Zakroczym.

Semouitus et Troydenus, duces Mazouiae, ordinationes et pacta, a se cum piae recordationis fratre Lutder de Brunswik, generali magistro ordinis Theutonici seruatas, cum moderno magistro generali, fratre Theodorico de Aldenburch, tenendas esse declarant. . . . . p. 309 Nr. 24

CLXIX. 1336, die 30 m. Junii — 5 Julii, in Lnysczno.

Janislaus, Gneznensis ecclesiae archiepiscopus, decimam in *Wangrzinowicz* ad monasterium et ecclesiam de *Jezow* pertinentem, a se autem minus iuste nouae ecclesiae in *Buczischeuicz*, a Semouito domino Wisnensi fundatae, adiunctam, Paulo prepósito Yezeuiensi restituit. . . . . p. 310 Nr. 25

CLXX. 1337, die 11 m. Martii, in Pacoscz.

Kazimirus, rex Poloniae, terram Dobrinensem, protunc per Cruciferos occupatam, a fratre suo Wlodkone Dobrinensi et Lanciciensi duce, cui terra ipsa ex patria successione cesserit, in manibus suis resignatam, Lanciciensem uero

terram a se predicto Wlodkoni esse ad tempora vitae donatam protestatur. . . p. 247 Nr. 71

CLXXI. 1343, die 8 m. Novembris, sine l.

Frater Ludolffus Konig, ordinis Theutonici magister generalis, dissensionem inter se et Semouitum, ducem Mazouiae et dominum Wissnensem, occasione granicierum vertentem amputare cupiens, granicies easdem, de voluntate ducis prenominati, distinguit. . . . . p. 311 Nr. 26

CLXXII. 1345, die 24 m. Junii, in Lanchicia.

Vladislaus, dux Dobrzinensis et Lanciciensis, civitatem nouam, quae *Ryppin* nuncupatur, edificare et locare volens, eidem civitati XXIII mansos, et quasdam libertates confert . . . . . p. 312 Nr. 27

CLXXIII. 1347, sine d., in Lnysczno.

Jaroslaus, Gneznensis ecclesiae archiepiscopus, in causa inter Albertum, heredem de *Crosnoua*, et fratrem Jacobum, praepositum de *Gęzow*, occasione decimarum per kmethones de *Crosnoua* soluendarum vertente, de consilio ducis Mazouiae Semouiti decimam praedictam ecclesiae de *Gęzow* in perpetuum adiudicat . . . . . p. 313 Nr. 28

CLXXIV. 1347, die 16 m. Augusti, in Warsouia.

Semovitus et Kazimirus, duces Mazouiae et domini Czirnenses, Magistrae et conuentui b. Mariae Magdalenae ordinis Praemostratensis prope Płock penae capitalis, ratione homicidiorum in villa *Naruszowo* perpetrandorum, recipiendae dat facultatem . . . . . p. 314 Nr. 29

CLXXV. 1347—1352, die 5 m. Octobris, in Bobrowniki.

Wladislaus et Boleslaus, duces terrae Dobrinensis et Lanciciensis, visa expurgatione clenodii militalis a Raczeslao, herede de *Szorawino*, per testes idoneos facta, ius militale plenum predicto Raczeslao confert et confirmat . . p. 315 Nr. 30

CLXXVI. 1349, die 15 m. Aprilis, Siradiae.

Kazimirus, Rex Poloniae, villam *Ticzino* discreto viro Pomnano iure theutonico Nouifori locandam confert . . . p. 248 Nr. 72

CLXXVII. 1349, die 15 m. Aprilis, in Bobrowniki.

Vladislaus, Lanciciensis et Dobrinensis terrarum dux, de consilio baronum suorum Nicolao Rudnik ciuitatem *Lippe* iure Culmensi locandam concedit. p. 316 Nr. 31

CLXXVIII. 1349, die 3 m. Maii, in Bobrowniki.

Vladislaus, dux et dominus Dobrinensis et Lanciciensis terrarum, cum

Nicolao praeposito et conuentu fratrum Hospitalis circa antiquam ciuitatem Ripin ordinis Sepulchri Domini commutationem quorundam agrorum facit. p. 318 Nr. 32

CLXXIX. 1349, die 4 m. Octobris, in Pacost.

Albertus, palatinus Brestensis, Johannes iudex Wladislauiensis, Slaunicus castellanus de Rogosno et Stras subiudex Naklensis promittunt, quod Adam, heres de Wapnow, villam *Trzebathowo* ipsi a Mathia episcopo Wladislaviensi ad tempus regendum et possidendum concessam, ad primam requisitionem predicto domino episcopo restituet . . . . . p. 249 Nr. 73

CLXXX. 1350, die 24 m. Februarii, in Raczansz.

Petrus, castellanus Dobrinensis, et Jacobus, vexillifer Syradiensis, Johannem heredem de Brese, subdapiferum Brestensem, nepotem ipsorum, omni iuri, quod in villa *Lubane* habuerit, totaliter Episcopo et capitulo Wladislauiensi, ipsorum cum assensu renunciasse recognoscunt . . . . . p. 249 Nr. 74

CLXXXI. 1350, die 24 m. Februarii, in Raczansz.

Johannes, heres de Brese, subdapifer Brestensis, omni iuri, quod ex predecessoribus suis in villa *Lubane* habuit, episcopo et capitulo Wladislauiensi totaliter et in perpetuum renunciat. . . . . p. 250 Nr. 75

CLXXXII. 1351, die 14 m. Julii, in Płock.

Boleslaus, dux Masoviae et dominus Plocensis, inspectis petitionibus dominae Grzimcze, magistrae, suarumque sororum monasterii s. Mariae Magdalenae ante Plock siti, ordinis Praemonstratensis, villam ipsarum *Bodzanowo* iure Culmensi locari permittit . . . . . p. 320 Nr. 33

CLXXXIII. 1352, die 15 m. Julii, in Rypin.

Vladislaus, dux Dobrinensis et Lanciciensis, inspectis defectibus Hospitalis Sepulchri Dominici in suburbio Nouae Ciuitatis Ripin sito, certas eidem hospitali libertates ac molendinum in antiquo castro positum confert. . . . . p. 321 Nr. 34

CLXXXIV. 1354, (?) sine d. Varsaviae.

Casimirus, dux Masoviae, villam *Tarczyno* Johanni plebano de ibidem iure theutonico, Magdeburgensi, exponendam concedit, incolasque ipsius

villae ab omnibus solutionibus et exactionibus ducalibus liberat. . . . . p. 323 Nr. 35

CLXXXV. 1355, sine d., in Rypin.

Vladislaus et Boleslaus, duces Dobrinenses, ecclesiae parrochiali tituli s. Trinitatis in noua Rypin quasdam possessiones et libertates conferunt . . . . . p. 325 Nr. 36

CLXXXVI. 1355, die 27 m. Decembris, in Kalisz.

Semouitus, dux Mazouiae et dominus Cirnensis, castra Zakroczim et Wizna a domino Kazimiro rege Poloniae ad triennium cum pleno dominio sibi concessa esse declarat . . p. 327 Nr. 37

CLXXXVII. 1355, die 27 m. Decembris, in Kalisz.

Semouitus, dux Mazouiae et dominus Cyrnensis, terras et munitiones, a domino Kazimiro, Rege Poloniae, fratri suo bonae memoriae duci Kazimiro in feodum esse datas, feodumque, a se perprius domino Regi super aliis quibusdam terris et castris factum, nunc innouatum et homagium debitae fidelitatis a se prestitum esse protestatur. . . . . p. 328 Nr. 38

CLXXXVIII. 1356, die 16 m. Augusti, in Wladislavia.

Mathias, Ecclesiae Wladislauiensis episcopus, de consensu sui capituli ad instanciam Bogufali, scolastici Wladislauiensis, decimam mensae episcopalis in villa capituli Cruswiciensis, *Crzusa*, titulo emptionis pro altari in ecclesia Cathedrali Wladislauiensi de nouo fundando pro certa pecuniae quantitate iure perpetuo vendit . . . p. 250 Nr. 76

CLXXXIX. 1357, die 26 m. Februarii, in Raczansz.

Mathias, Wladislauiensis ecclesiae episcopus, aduocaciam ciuitatis episcopalis *Wolborz*, iacentis in terra Siradiae, iure Nouifori locatae, de consilio capituli Wladislauiensis Krumczoni de Pyotrkow pro septuaginta marcis monetae Thoruniensis vendit. p. 251 Nr. 77

CXC. 1357, die 5 m. Junii, in Gnevcov.

Mosczicz palatinus et Thomas iudex Gnewcouienses, considerantes, quod dominus Mathias, episcopus Wladislauiensis, per testes idoneos contra Johannem archidiaconum Pomeraniensem et omnes consanguineos ipsius, sufficienter probasset, villam *Basilissevo* citra quadraginta annos a se tentam esse et possessam,

predictam hereditatem ipsi episcopo et ecclesiae suae, diffinittiua mediante sententia, adiudicant . . . . . p. 254 Nr. 78

CXCI. 1361, die 26 m. Aprilis, in Mancolino.

Kazimirus, rex Poloniae etc. ciuitati suae Plocensi agros in suburbiis ipsius ciuitatis sexaginta mansos continentes possidendos et collocandos concedit, incolasque in eisdem sexaginta mansis locatos ab iurisdictione suorum officialium ac omnibus solutionibus liberos facit . . . . . p. 329 Nr. 39

CXCII. 1362, die 18 m. Augusti, in Raczansz.

Mathias, Wladislauiensis ecclesiae episcopus, quandam mericam ecclesiae predictae, in terra Siradiae iacentem, Nicolao sculteto de *Polikno* de consensu capituli Wladislauiensis locandam exponit . . . . . p. 255 Nr. 79

CXCIII. 1363, die 13 m. Januarii, in Raczansz.

Mathias, Wladislauiensis ecclesiae episcopus, villam *Wederne* Alberto Johannis, de *Zakrzewo* sculteto, de consensu capituli sui iure Sredensi locandam exponit . . . . . p. 257 Nr. 80

CXCIV. 1363, die 25 Junii, Warszauiae

Semouitus, dux Mazouiae, dominusque Cirnensis, considerans fidelia seruitia Stanislai, subdapiferi Cyrnensis, mericam, que *Wola Czeczyssewska* vocatur, iure theutonico, quo civitas Cyrsko fruitur, predicto Stanislao locandam concedit . . . . . p. 330 Nr. 40

CXCV. 1366, die 1 m. Junii, in Brest.

Hector, generalis iudex Cuyauiae et heres de Pacoscz, de consensu assessorum iudicii sui hereditatem *Jarunowo* Thomae de Pomorzani adiudicat, Thomam uero de Gazow et sorores suas ab actione iudicialiter amouet. . . . . p. 258 Nr. 81

CXCVI. 1367, die 29 m. Junii, in Wolborz.

Sbiluthus, Ecclesiae Wladislaviensis episcopus, de consensu capituli sui mericam, *Thwarda*, in castellania Wolboriensi sitam Stanislao *Szedrzykouicz*, sculteto, iure Sredensi locandam hac conditione, quod villa locata *Thwarda* debeat appellari, exponit. . . . . p. 258 Nr. 82

CXCVII. 1370, die 28 m. Junii, in Raczansz.

Sbilutus, Wladislauiensis ecclesiae episcopus, de consensu capituli

sui mericam *Gązomya*, in terra Siradiae iacentem, ad castellaniam Wolboriensem pertinentem, Petro de Zakrzewo nomine sculteciae adiectaque conditione, quod villa locata *Gązomya* debeat appellari, locandam exponit . p. 260 Nr. 83

CXCVIII. 1370, die 4 m. Julii, Ravae.

Nicolaus iudex et Michael subiudex Ravenses, in causa inter dominum Preczslaum, praepositum de Jeszew, et Andream fratresque eius, heredes de Wola, super quadam piscina vertente, eidem praeposito praedictam piscinam adiudicant. . . . . p. 332 Nr. 41

CXCIX. 1372, die 30 Octobris, sine l.

